THEOCRITI SYRACUSII

QUÆ SUPERSUNT.

CUM SCHOLIIS GRÆCIS AUCTIORIBUS,
EMENDATIONIBUS ET ANIMADVERSIONIBUS IN SCHOLIA
EDITORIS ET JOANNIS TOUPII,
GLOSSIS SELECTIS INEDITIS,
INDICIBUS AMPLISSIMIS.

PRÆMITTUNTUR
EDITORIS DISSERTATIO DE BUCOLICIS GRÆCORUM,
VITA THEOCRITI A JOSUA BARNESIO SCRIPTA,
CUM NONNULLIS ALIIS AUCTARIIS.

ACCEDUNT
EDITORIS ET VARIORUM NOTÆ PERPETUÆ,
EPISTOLA JOANNIS TOUPII DE SYRACUSIIS,
EJUSDEM ADDENDA IN THEOCRITUM,
NECNON
COLLATIONES QUINDECIM CODICUM.

EDIDIT
THOMAS WARTON, S. T. B.
COLL. SS. TRIN. SOCIUS,
NUPER POETICÆ PUBLICUS PRÆLECTOR, OXONII.

TOMUS PRIMUS.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.
MDCCLXX.

HONORATISSIMO VIRO

FREDERICO DOMINO NORTH,

SCACCARII CANCELLARIO,

FISCI DOMINO PRIMARIO,

MAJESTATI REGIAE A SECRETIORIBVS CONSILIIS;

LITERARVM OMNIVM ELEGANTIORVM,

QVAS INDOLE OPTIMA, INDVSTRIA SINGVLARI,

IN COLLEGIO SS. TRINITATIS OXONII

OLIM FELICITER EXCOLVIT,

ARBITRO, FAVTORI, SVMMO:

THOMAS WARTON

THEOCRITVM, QVO STVDIO POTVIT, EXPOLITVM,

EO, QVO PAR EST, OFFICIO,

D. D. D.

CONTINENTUR

IN TOMO PRIMO.

CONTINENTUR

IN TOMO SECUNDO.

PRÆFATIO.

CUM ego nuper in academia Oxonienſi prælectoris poetici munere fungerer, inque ea provincia poetas Græcos enarrarem; mecum conſilia inibat vir ſummus, non modo juris Anglici ſed et omnium humaniorum literarum peritiſſimus, GULIELMUS BLACKSTONE, ut alicujus eorum editionem, grandiorem nempe nitidioremque, ſuſciperem. Id quod in præli Clarendoniani decus et honorem, cujus tunc temporis ille erat e procuratoribus, tum etiam ſtudioſæ juventutis utilitatem, cederet. Commodum circa id tempus inferebantur in bibliothecam Bodleianam collectanea non exigua, ad Ariſtophanem, Pindarum, Theocritum, alioſque veteres ſcriptores Græcos illuſtrandos, ſpectantia; magno ſtudio et ſumptu facta et comparata a viro Græce doctiſſimo, JACOBO SANTAMAND, haud ita pridem defuncto. Inter ea longe numero plures erant, et eminebant maxime chartæ, quæ Theocritum ſpectabant. Jam vero Theocritus unus erat e Græcis poetis, cujus ſuavitatem ſaporemque priſtinum ſemper amaveram, quemque ab ineunte fere ætate diligentia ſingulari perlegeram. Ejus rei opportunitate uſus, inſtabat monitis amiciſſimus ille vir, ne tam pretioſum theſaurum diutius in tenebris inutilem jacere paterer: oblatam feliciter occaſionem prædicabat, auctorem digniſſimum pro meritis adornandi, cujus etiam nova editio valde deſiderabatur. Ne dicam pluribus, facile inter nos conveniebat, ut ego hunc poetam typis academicis excudendum curarem. Atque hæ fuere cauſæ, quæ me principio ad hanc editionem, quam antea ne ſomniabam quidem,

a impu-

impulerunt. Nunc qualia erant illa, quæ dixi, ſubſidia, quæque illis deinceps acceſſerint; qua denique ratione, illis aliiſve dein commoditatibus uſus, ſuſceptum opus adminiſtraverim, et ad umbilicum perduxerim, quam potero breviter et dilucide declarabo.

Erat itaque, quem memoravi, Jacobus ille Sanctamandus, alumnus collegii Lincolnienſis Oxonii, circiter A. D. 1705. Ibi vix unius anni ſpatium commoratus, academiæ valedixit [1], et in Italiam ſe contulit, literarum Græcarum flagrans ſtudio: maxime tamen, ut codices manuſcriptos excuteret, ad editionem novam poetæ hujus noſtri parandam, quam in animo agitabat. Apud Italos, cum magnam doctrinæ ſuæ famam celebritatemque, adoleſcens adhuc, necdum vigeſimum annum ætatis agens, excitaverat; plurimis doctis et egregiis viris [2], Vincentio Gravinæ, Nicolao Vallettæ, patribus quoque ampliſſimis Fontanino [3] et Quirino [4], carus eſſe cœpit. Ut hinc facilior illi eſſet aditus ad inſtructiſſimas Italiæ bibliothecas explorandas. Apud Florentiam præſertim, ſingulari uſus eſt amicitia viri celeberrimi, Antonii Mariæ Salvinii, profeſſoris ibidem Græcarum literarum elegantiſſimi; qui ejus in gratiam permulta ad edendum Theocritum facientia deſcripſit e bibliotheca Laurentiana, et monaſterii Beatæ Mariæ Benedictinorum [5]. Ut hæc quoque faceret, magno illi ſubſidio fuit et adjumento favor et auctoritas optimi patroni, Henrici Newton, tunc temporis a regina Angliæ ad Magnum Etruriæ ducem legati [6]. Nec propriis ſolummodo commodis operam dedit:

1 Ex ejus Teſtamento, infr. citat.

2 Ex eorum literis ad Sanctamandum datis. Sciat lector literas haſce, quas et ſubinde quoque citabimus, vel a Sanctamando ad alios datas, vel ad ipſum ab aliis, eſſe in bibliotheca Bodleiana.

3 "Ad Fontaninum partem epiſtolæ in qua "de Oroſio, et ipſo, verba facis, exſcriptum miſi. "Alium neminem conſului, quamvis omnes qui "Eruditorum nomen hic obtinent mihi ſunt noti, "&c." Sanctamandus J. Clerico, Romæ, 1709. Vide infra Epiſtolam J. Clerici. p. iii. Not. 2.

4 "Eſt ille Pater [Quirinus] humaniſſimus "doctiſſimuſque, tibi mirum in modum addic-"tiſſimus; tuumque ingenium acre ac ſagax, "tuamque doctrinam, una mecum admiratur ac "ſuſpicit." Salvinius Sanctamando, Florent. 1709. De quo infr.

5 E literis ejus ad Sanctamandum.

6 "Ablegatum reginæ noſtræ ſalutes, oro. Ab "eo non ita pridem humaniſſimas literas accepi, "&c."

quo minus amicorum doctissimorum, sive illi Angli essent sive peregrini, Ludovici Kusteri [1], Joannis Clerici [2], Potteri,

"&c." Sanctamandus Salvinio. Rom. 1709. "Ablegato magnæ Britanniæ reginæ literarum "tuarum caput, in quo de illo loqueris, ostendi: "tibique de tua in eum humanitate gratias agit; "ac de tuo vivido ac pernici judicio, ac in li-"teris sagacitate et præstantia, sæpe collocuti "sumus." Salvinius Sanctamando, Florent. 1709. Nonnullæ sunt literæ apud nos ab ipso Newtono ad Sanctamandum datæ. Eidem Newtono Longinum suum dedicat Hudsonus. Vide libr. cui tit. "Henrici Newton Societatis Regiæ Londini, Arcadiæ Romanæ, Academiæ Florentinæ, et ejus quæ vocatur *della Crusca*, socii, Epistolæ, Orationes, et Carmina." Lucæ. 1710. 4to.

1 "Est locus corruptissimus, quem doctissi-"mus amicus meus Sanctamantius ingeniose sic "restituit." Kusterus, apud Hesych. Albert. Tom. I. Voc. Αιγαιος.

2 Apponam hic prolixius magnam partem epistolæ ei datam a J. Clerico; unde non modo quod hic affertur in textu, sed et Sanctamandi consilia vel jam dicta, vel dicenda, de Theocrito, ipsiusque etiam Clerici aliorumque tunc temporis in literis meditata, clare illustrantur. "Ornatissi-"mo et doctissimo adolescenti JACOBO SANC-"TAMANDO S. P. D. JOANNES CLERICUS.— "A pluribus audiveram quod de THEOCRITO "moliris. Macte vero animo esto, remque gna-"viter prout cœpisti urge. — Ab omnibus eru-"ditis plausum feres, si vel THEOCRITUM ip-"sum emendatiorem, sine ullo commentario, "ediderís; dummodo scholiastes antiquus acce-"dat, isque, ut polliceris, auctior. Si sit ex-"emplar manuscriptum Genevæ, spondeo me "per amicos effecturum ut tecum communice-"tur; sed vereor ut nullum sit, neque unquam "quicquam ea de re audivi: et olim in privato-"rum manibus fuere illic manuscripti, qui ne-"scio quo avolarunt. Habeo editionem priscam "Orosii, collatam olim a patruo meo Daniele "Clerico cum manuscripto Genevensi, quam "putabam esse in bibliotheca publica; sed qui "neque illic, neque usquam alibi, inveniri po-"tuit. Tu vero dum valetudo et ætas sinunt, "excute forulos omnes bibliothecarum Italiæ, "quatenus quidem oculi patientur; non sunt "enim nimia fugientium litterarum investiga-"tione ita fatigandi, ut in posterum iis sine do-"lore uti in studiis nequeas. Verum sensim "multa absolvi possunt, et præsertim interdiu.— "Mea Anthologia nondum inchoata est; cum "propter alios labores quibus distinebar, tum "etiam propter bibliopolæ occupationes. Edidi "proxima æstate volumen alterum commentario-"rum meorum in Vetus Testamentum; quo "volumine libri omnes Historici illustrantur. "Præfui etiam editioni novæ T. Livii cum Sup-"plementis Freinshemii, novem voluminibus in "octavo. Adjeci notulas quasdam, et alia quæ "faciebant ad ornatum aut usum elegantissimi "historicorum Romanorum. Brevi erumpet in "lucem; omnia enim sunt impressa præter In-"dicem. Habeo nunc sub prælo Fragmenta "Menandri et Philemonis, quotquot inveniri "poterant, Latine versa, et brevibus notis a me "illustrata. Dimidia pars jam est typis excusa. "In usum juventutis hoc feci; quod etiam eru-"ditis non displiciturum spero. Mox accedam "ad P. Orosium, cujus editionem elegantem et "accuratam dabo ex antiquissimo codice Medi-"ceo; cujus collationem nactus sum ope am-"plissimi viri, qui REGINÆ M. Britanniæ lega-"tus est ad M. Etruriæ Ducem. Habeo anti-"quas aliquot editiones, hoc est, ante annum "1500. emissas in Italia, et collationes manu-"scriptorum. Sed siquid eruditi viri haberent, "quod mecum communicare vellent, eam in "rem, libenter monitis ipsorum obsequerer, et "gratias etiam in Præfatione agerem. Vellem "præsertim scire, an sint ejus antiqui codices Ro-"mæ anve sit quispiam, in cujus fronte *Hormestæ*, "aut *Orchestræ*, nomen legatur: nam, magno "infortunio nostro, Mediceus codex optimus et "antiquissimus a fronte mutilus est. Editiones "antiquæ, et codicum collationes quos ad ma-"num habeo, simile nihil præferunt. Sed ante "aliquot sæcula, hæc historia sub *Hormestæ* no-"mine notissima erat; ut docebit G. J. Vossius "de historicis Latinis. Siquid doctissimus Fon-"taninus de hac re nosset, aut alius quivis, gra-"tissimum esset eorum sententiam audire. Ad-"dam notas Fr. Fabricii, et meas, sed breves, "ut ratio reddatur mutationum, non ut res ipsæ "expendantur; quod nec scriptor ille postulat, "nec otium meum patitur. Ludovicus Kusterus "noster ferme ad umbilicum perduxit editio-"nem Aristophanis; neque quicquam expectat, "præter notulas quasdam viri illustris Ezechielis "Spanhemii. Est etiam occupatus in edendo "Novo Testamento Milliano, et jam medium "clivum superavit. Addet collationes aliquot "codicum, quos non habuit Millius. Est et op-"tandum talia fieri Romæ, ubi multi codices "illibati. Utinam codex ille Novi Testamenti "qui

Hudſoni [1], Baſilii Kennetti [2], aliorumque plurium quibus tunc viguit res literaria, deſideriis interea ſatisfaceret; cumque illis multa ex Italiæ bibliothecis a ſe deſcripta, ipſorum uſui futura, communicaret. In Angliam dein, per Genevam [3] Pariſioſque [4], rediit; largo hujuſcemodi penu, ampliſque copiis, abunde ditatus et refertus. Ea autem omnia, cum multis libris [5] rariſſimis et magni pretii, pro ſuo in academiam Oxonienſem amore, bibliothecæ Bodleianæ ſupremis tabulis [6] legavit, mortuus circiter A. D. 1750. Horum vero collectaneorum, quotquot utique Theocritum noſtrum reſpiciunt, hic ſyllabum notitiamque ſubjecimus.

I. Variæ Lectiones tredecim codicum Vaticanorum [7], Romæ.

" qui eſt ad finem manuſcriptorum bibliorum, " ex quibus ſeptuaginta interpretes edidit Sixtus " V. P. M. editus eſſet, qualis eſt, ſine ulla mu- " tatione! Præſtaret ejuſmodi codicem edere, " quam judicium Cardinalis Ximenii, aut po- " tius Complutenſium eruditorum, vel Roberti " Stephani, ſequi; qui jure nullo antiquiſſimis " codicibus ſepoſitis, recentiores ſequuti ſunt. " Sed ea de re alias. Valetudinem curato, et " oculis parcito. Siqua in re, tibi aut amicis " utilis noſtra opera eſſe queat, ea libere utaris " quæſo. Vale, doctiſſime adoleſcens, et nos " amare perge. Dabam Amſtelod. a. d. IV. Idus " Julias. 1709."

1 " Hudſono noſtro, qui novam editionem " Longini περὶ ὕψους adornat, fragmentum com- " mentarii in Hephæſtionem περὶ μετρων, per " proximum tabellarium mitto." Sanctamandus J. Clerico. Rom. 1709. Qua de re ita Cl. Hudſonus, in Præfat. ad Longin. pag. vii. " Περὶ " μετρων libellus — cujus particulam, beneficio " clariſſimi juvenis Jacobi de S. Amando hic " loci exhibere non gravabimur." Promittit et in literis modo dictis Sanctamandus noſter, ſe miſſurum etiam excerpta e lexico, cujus meminit in præfatione ad Longinum Tollius.

2 Horum plurimorum datæ ſunt ad Sanctamandum literæ. MSS. Bodl. ut ſupr.

3 " Hinc igitur, ineunte Maio, diſcedere ſta- " tui, Genevam primum; inde ſi pax, cujus non " exigua ſpes jam affulget, conſtituta fuerit, Lu- " tetiam meditor." — " Amicos longum valere " jube: Florentiam enim reviſendi ne vel mi- " nima ſpes ſupereſt." Sanctamandus Salvinio, Rom. 1709. — 10.

4 Ubi tranſcripſit e codice regio Anthologiam Conſtantini Cephalæ. Habet Scholia quædam Græca; cum conjecturis Guyeti, et ſui. Eſt nunc in bibliotheca Bodleiana.

5 Multos etiam collegio Lincolnienſi legavit. Fuit illi in animo, augere ſtipendia præfectorum bibliothecæ Bodleianæ. Ex Teſtam. Ibi dicitur fuiſſe e parochia S. Georgii Martyris, Londini.

6 Dat. Auguſt. 9. 1749. Sepultus jacet in clauſtro Hoſpitalis Chriſti, Londini; cujus etiam benefactor extitit.

7 Viz. I. MSS. Vatican. notat. 50. in fol. in quo nonnulla etiam Euripidis, Sophoclis, Heſiodi, Pindari, Homeri, et Planudis, continentur. II. MSS. Vatican. notat. 95. in fol. in quo etiam nonnulla Pindari, Homeri, Heſiodi, et Æſchyli, continentur. III. MSS. Vatican. notat. 38. in quart. in quo nonnulla etiam Ariſtophanis Heſiodi, Pythagoræ, et Oppiani. IV. MSS. Vatican. notat. 1825. in quart. in quo nonnulla Ariſtophanis et Heſiodi. Deſinit cum fine Idyll. xviii. V. MSS. Vatican. notat. 42. in quo nonnulla Pindari, Dionyſii Periegetæ, Cyprii epiſtolæ et Cypriani Chartophylacis. VI. MSS. Vatican. notat. 913. in octav. VII. MSS. Vatican. notat. 39. in octav. in quo Anonymi verſus quidam, necnon Heſiodi et Oppiani. Uſque ad finem ΑΔΩΝΙΑΖΟΥΣΩΝ cuncta Idyllia ordine habet. Inde vero, omiſſis Idylliis duobus, viz. xvi. et xvii. itur ad xviii. Sequitur Epitaphium Bionis, cui ſuccedunt Idyll. xxviii. et octo primi verſus Idyll. xxix. Cum quibus deſinit hic codex. VIII. MSS. Vatican. notat. 40. in quart. in quo nonnulla etiam Pindari et

II. Gloſſæ e dictis codicibus.

III. Scholia, quorum multa hactenus inedita, e dictis codicibus.

IV. Variæ Lectiones codicis Medicei, ſive Laurentiani, Florentiæ, cum Pindaro et epiſtolis Libanii compacti, notat. 37 [1].

V. Variæ Lectiones codicis Medicei, ſive Laurentiani, notat. 46 [2].

VI. Variæ Lectiones codicis Medicei, ſive Laurentiani, notat. 43 [3].

VII. Gloſſæ interlineares [4] e codice Laurent. notat. 37 [5].

Sophoclis. In hoc Idyllia, v. vi. vii. viii. ſola leguntur. Quintum etiam initio mutilum, uſque ad v. 26. Τις τειχας, &c. IX. MSS. Vatican. notat. 915. in fol. cum Homero, Heſiodo, &c. Mutila ſunt et incompoſita, quæ Theocriti. Incipit, v. g. Idyllium ſecundum, Ουδ' εγω ποτεϱον πεθιακημεις. Eſt in hoc codice Βωμος ille qui a Salmaſio primum editus eſt, et Securis utraque cum Scholiis et Gloſſis. Habet et Scholia in Syringem, cum Moſchi Europa. X. MSS. Vatican. notat. 1363. in fol. habet omnia ad finem Idyll. xiv. Χαιρειν πολλα, &c. cum Scholiis. Præterea Bionis Epitaphium, quod Theocrito tribuit, et Syringem. Continet etiam nonnulla Euripidis, Sophoclis, Pindari, &c. XI. MSS. Vatican. notat. 1311. in quart. Præter Theocriti non pauca, continet Pindari, et Heſiodi, nonnulla. Habet Gloſſas. Argumenta in eo cuncta deſunt. XII. MSS. Vatican. notat. 44. in quart. XIII. notat. 43. in quart. In his codicibus, aliter in Scholiis aliter in textu nonnunquam leguntur eædem voces. Parentheſis nunquam apparet. In aliis notæ nullæ perſonarum: in aliis nullæ inſcriptiones Idylliorum. Vario ordine ſæpe diſponuntur Idyllia, pro libitu ſcribentis. In paucis tantum iota ſubſcribitur.

1 Optimæ eſt notæ. Dicitur autem codex Evangeliſtæ Siderocephaſi, et ſic inſcribitur. Βιβλιον ευαγγελιςυ τυ Σιδηϱοκεφαλυ ϱωμαικυ και των φιλων.

2 Sæpe etiam Angeli Politiani dictus.

3 Omnes hi tres Laurentiani ſunt in pluteo xxii. Confer Montfaucon. Bibl. Manuſcript. I. p. 328. 303. 304. 307. 308.

4 Peſſimæ, quod video, ſunt notæ. Ad Idyll. xiv. 17. monſtrum hoc lectionis et commenti occurrit. "ΒΟΛΒΟΣ ΤΙΣ ΚΟΛΧΙΑΣ. [pro Κοχλιας.] Ειδος βοτανης Κολχικης ομοιας κϱομμυω." Eadem tamen lectio editur a Calliergo. Ad Idyllium idem, v. 34. "ΠΥΞ ΕΠΙ ΚΟΡΡΑΣ. Τας σιαγονας, η τας μηνιγγας." Atqui V. κοϱϱας eſt genitivus Doricus. Principio Cyclopis, ſive Idyll. xi. duo ſenarii Græci, rubrica exarati, adſcribuntur, Εκ παιγνιων λαμβανε διδασκαλιαν, &c. Fini libri additi ſunt hi verſiculi politici, rubrica, et ejuſdem farinæ.

> Σιμιχιδα Θεοκϱιτε, σοφων οιων ποιμαντοϱ,
> Και τηκαδων αιγων αιπολε μηκαδων·
> Τας Ἑλικωνιαδος βολαιναι θϱεψαν κηλησας·
> Ου πϱος μανδϱαν, &c.

5 Adſcribuntur hæc. "In gratiam lectiſſimi "juvenis Jacobi Sanctamand, ex autographo Me-"diceo deſcripſit A. Maria Salvinius, 1707." Porro bini Benedictini conferebantur a Cl. Salvinio, pluresque Gloſſæ deſcribebantur, in gratiam Sanctamandi; ut conſtat e mutuis utriuſque literis. Vaticanos contulit ipſe Sanctamandus. Sed de hiſce juvabit ipſius verba repetere e literis ad J. Clericum datis, A. D. 1709. "Nos in eo "jam ſumus, ut cunctos illius poetæ codices "qui in Italiæ bibliothecis aſſervantur diligenter "evolvamus: ſummaque ope conamur, non "modo textum, quantum fieri poteſt, emenda-"tum habere, ſed et quicquid in illum ab an-"tiquis conſcriptum, adhuc ſepultum in bib-"liotaphiis jacet, eruere. Decimo jam [Vati-"cano] inſudamus. Textum quidem multis in "locis emendavimus, in infinitis dialectum reſti-"tuimus, Scholiaque multo emendatiora et auc-"tiora habemus."

VIII. Variæ Lectiones e codice Cardinalis Ottoboni, Romæ.

IX. Sylloge quarundam variantum Lectionum codicum trium Laurentianorum, Florentiæ. notat. 37. 43. 46. [Vid. Num. iv. v. vi.]

X. Gloſſæ unius cod. Laurent. prædictorum [1].

XI. Notæ ſcriptæ in margine cod. Laurent. notat. 46 [2].

XII. Argumentorum differentiæ, notatæ a Politiano, e cod. Laurent. notat. 46 [3].

XIII. Gloſſæ interlineares cod. Laurent. notat. 46 [4].

XIV. Variæ Lectiones e duobus codicibus [5] Monaſterii Benedictini B. Mariæ, Florentiæ. notat. A C. 4. A C. 12. Quorum alius Vetuſtior, alius Recentior dictus.

XV. Gloſſæ codicis Recentioris prædicti.

XVI. Scholia ex aliquo Laurentianorum codicum [6].

Jam quid horum hic habes, quoſque in uſus hæc converterim, dicendum. Tam bono ſpicilegio variantum lectionum inſtructus, ex iis novum emendatumque Theocriti textum proponere et procudere decreveram. Tandem vero

1 Sunt a Cl. Salvinio tranſcriptæ. Princip. Επιταφιος Αδωνιδος. Fin. Παννυχιη μοι.

2 Hæ vel ex Suida vel ex Scholiis deſcriptæ, vel ipſius Politiani ſunt.

3 Non ultra ſeptem prima Idyllia progrediuntur argumenta. Quæ, inquit Sanctamandus, non integra deſcripſi; quia ab A. Politiano conflata ex H. Stephano [f. Calliergo] apparent evidenter, non vero ex aliis manuſcriptis expreſſa.

4 Forte manu A. Politiani. Plerumque ex Suida et Scholiis. Deſinunt cum Idyllio ſeptimo.

5 Eos, ſi ſcilicet iidem ſunt, ſæculi quatuordecimi cenſet eſſe Montfauconus, Biblioth. Manuſcript. I. p. 416.

6 Non notavit codicem Sanctamandus. Sed eſſe Cod. Laurent. 46. conjicio, præter alia, quod A. Politianus quædam alleverit in margine. Habet tantum Scholia breviora editis: mendoſe ſæpe exarata. Sæpe etiam plura et meliora editis. Necnon Argumenta ut in Calliergo: forte exinde ſcripta. Deſinit cum Idyllio xiv. ſed non habet totum. In initio Scholiorum ad Idyll. i. hæc habentur Græculi cujuſdam ſcribæ, rubrica.

> Ὥσπερ σκυφος χαλκευτος, η κισσοβον,
> Ἡ βουκολικη πασιν αγκειται βιβλος·
> Τοι γαρ ερεφωμεν, οἱ θελοντες τον λογον,
> Στεμμασι λαβροις, ει κελαδουσι φρενες.

Quæ dat Aldina etiam, poſt epigrammata duo Artemidori, reperitque A. Schottus in Toletano. Habet et Vaticanus quintus. In initio Pharmaceutriæ manu recenti ſcriptum. "Τουτ' ακου των ενδυματικων θεωριων τοιχει τω των Ἀσματι Ἀσματων." In margine ad Idyll. x. 41. in Schol. ad Voc. Τραγωδιαν, hæc aſcripta legimus. "ΤΡΑΓΩΔΙΑΝ. Τουτ' εστιν ῳδην εν τη συνηθεια νεων Ἑλληνων." In initio exhibentur variæ lectiones præfatiuncularum. Habentur hi verſus politici ad fin. Idyll. xv.

> Οἱ Ιωνες ειωθασι φιλειν τας αφαιρεσεις,
> Τας συγκοπας διασπασθαι λιαν των Αιολεων,
> Ηλειων δ' αυ αποκοπαι γνωρισματα τυγχανει.

Atque hæc præſertim quod non notetur codex.

melius

melius et commodius putabam, eas una conſpiciendas et conſulendas, vel ſaltem earum optimas, in calcem editionis meæ, ſub COLLATIONUM titulo, rejicere; utique potius aliquo recepto adhuc et probato textu poetæ noſtri, ad quem illæ exigerentur. Plurimas inſuper codicum lectiones in notis meis invenies: quas ibi oſtendere etiam nonnunquam neceſſe habui, non quod actum agerem, ſed quod ſæpe accideret, ut aliqua ratiocinatio de ipſis inſtituenda fuerit, et aliæ cum aliis, allatis interea lectionibus editionum diverſarum, conferendæ. Etſi vero codicibus manuſcriptis tantum tribuiſſe videar, ut excutiendis et diligentius exſcribendis tantum operis inſumpſerim, non tamen ex iis ſum, qui putem quicquid in codice manuſcripto legitur, ab Apolline Delphico dictatum. Horum enim permulti exſcripti ſunt in Italia [1] poſt captam Conſtantinopolin, a Græculis famelicis, qui patria expulſi [2], ſtipem undiquaque corrogabant. Etiam qui Græcia exportati, plurimi ſcribis ævi medii debentur, et in ſumma inſcitia puræ Græcitatis exarabantur. Scholia quod attinet, vulgata illa, e Vaticanis, prius ineditis auximus [3]; editis etiam variantes lectiones ex iiſdem codicibus admovimus. A Gloſſis non prorſus abſtinuimus. Neque enim ſemper nullius ſunt frugis iſtiuſmodi commentatiunculæ. Acceperant quippe gloſſatores illi, recentes quidem, ſed bonis temporibus propinquiores, multa utilia ac commoda per traditionem; libros et commentarios nobis

1 Plurimos ſcribi fecit vir magnificus Laurentius Mediceus, ad bibliothecam ſuam inſtruendam, circa A.D. 1490. Montfauc. Paleogr. Gr. p. 81.

2 In Creta quoque multi ſcripti, ubi poſt Conſtantinopolin captam crebri extorres Græci confluxerant. Memorat Montfauconus codicem Diodori Siculi, cujus in fine legitur. *Μιχαηλ Ἀποστόλης ὁ Βυζάντιος, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πατρίδος πενίᾳ συζῶν, καὶ τήνδε βίβλον μισθῷ ἐν τῇ Κρήτῃ ἐξέγραψεν. Michael Apoſtolius Byzantinus, poſt captam patriam in penuria vivens, mercede hunc librum in Creta ſcripſit.* Palæogr. Gr. p. 82. Porro in Creta, infimis præſertim ſæculis, admodum floruit librorum Græcorum ſcriptio. Ibid. p. 111.

3 Vide NOTITIAM noſtram SCHOLIORUM, Scholiis præfixam. Plura, credo, ejuſdem generis, inedita, etiamnum latent in bibliothecis; a primis editoribus auctorum veterum, qui nempe libris ipſis in lucem protrahendis utilius operam dabant, optimo jure neglecta: nunc vero, in hoc otio, in hac editionum bonarum copia, ſedulo a noſtris hominibus perquirenda, et in apricum proferenda.

ignotos

ignotos hodieque deperditos, aſpexerant: multas probas lectiones vel caſu vel induſtria tradunt: etſi Græca lingua ipſorum temporibus valde corrupta fuerit, tamen ſub ea nonnunquam latebat helleniſmi veteris et verioris indoles, unde crebra vocabula, dubiæ ſignificationis et obſcuræ, ſæpe feliciter explicant. Etiam barbara et Byzantina ipſorum interpretamenta veris non raro ſunt proxima, viamque veris interdum ſenſibus aperiunt. Dedimus itaque Gloſſarum Laurentianarum ſive Medicearum, necnon Vaticanarum, delectum. Argumenta e Vaticanis libris in COLUM, et PUERILES AMORES [1], nunc primum publici juris efficimus. Idylliorum quoque titulos e probatiſſimis codicibus attulimus.

Ea quidem, per ſe ſatis editioni fuiſſe facile credideris. Nequid ulterius tamen incepto deeſſe videretur, ad codices manuſcriptos exquirendos, qui domi habebantur in bibliothecis Angliæ, proxime me verto. Offendo in bibliotheca Bodleiana duos Theocriti codices, inter Baroccianos: alterum [2] octo priora Idyllia complectentem, cum paucis editorum Scholiorum; alterum [3], et initio et fine mutilatum, nedum quid integrum retinentem. Unum [4] præterea, inter Laudianos octo tantum priora Idyllia continentem. Reperio in Muſeo Britannico [5] Londini, bonæ notæ codicem, ſæculi, ut mihi videbatur, decimi quarti. Habet quinque tantum Idyllia, cum paucis excerptis editorum Scholiorum. Hos omnes collatos habes: nonnunquam in notis etiam, pro more meo, citatos. Duos denique codices Cantabrigienſes inſpexi; alterum bib-

1 Cætera e Vaticanis, ut videtur, primus edidit Calliergus; quæ, hic, cum prolixiora et levicula, etſi poſt Calliergum tantum repetita ſint in antiquioribus et rarioribus, non iterari curavimus. Primus, puto, contraxit Argumenta ut hodie leguntur in vulgaribus editionibus, Daniel Heinſius in editione ſua Commeliniana, 1604.

2 Cod. Barocc. 109. Habentur in eodem codice plures Græci poetæ. Charta eſt, et non inelegantcr exaratus.

3 Cod. Barocc. 216. In charta.

4 Cod. Laud. 731. 89. Cum pluribus aliis Græcis poetis. In pergamen.

5 MSS. Harl. numerat. 5691. In charta. Siquando cito Codicem Mediceum primum, ſecundum, tertium, vel quartum, habeo illos ex animadverſionibus Reiskii. Quinam horum, an ulli, ſint iidem cum noſtris Sanctamandeis, facile patebit conferenti.

liothecæ publicæ [1], alterum Collegii Emanuelis [2]: ſed non tanti mihi viſi ſunt ut conferrem.

Expoſui quæ mihi fuit ad manum copia codicum manuſcriptorum. Agendum deinceps de editionibus, ſaltem optimis, poetæ noſtri: ut conſtare poſſit, cum quid illis hæc noſtra debuerit, tum poſt aliorum labores quid nos demum præſtiterimus.

Theocritum primus [3] edidit Venetiis, literarum Græcarum magnus ille inſtaurator Aldus, A. D. 1495 [4]. Habet ea editio tria et viginti prima Idyllia, necnon trigeſimum; Moſchi etiam et Bionis quædam Theocriteis intermixta: additis inſuper Heſiodo, Theognide, Phocylide, Catonis Diſtichis ex Græca metaphraſi Planudis, et Variis Sententiis Græcis. Cujus quidem libri non mediocris eſt auctoritas; cum ſe adeo fidelem præſtiterit Aldus, ut nihil etiam emendaverit, ne vel minimum diſceſſerit a ſcriptis exemplaribus ſibi ad exprimendum propoſitis. Quod facile patebit COLLATIONES noſtras inſpicienti. Paulo poſtea Juntina, ſive Florentina, ſucceſſit, ſcilicet A.D. 1515. Ad eam ſæpe provocat Henricus Stephanus. Videtur editor uſus fuiſſe codicibus bonis, forte e bibliothecis Mediceis, quoſque non adhibuerat Aldus. Mox anno ſequenti, ſc. 1516. poetam

1 Eſt ibi, inter principes poetas Græcos H. Stephani, Theocritus in margine notatus manu Iſ. Caſauboni. Sed nihil inveni quod non eſſet in ejus Lectionibus Theocriteis. Erat, ni fallor, ille liber peculium reverendi admodum doctiſſimique Patris Jo. Mori, epiſcopi Norvicenſis. Memorat eundem librum Cl. Montfauconus, ſed dicit eſſe editionis Commelinianæ, 1604. Catal. Manuſcript. i. pag. 688.

2 Mutilus valde eſt: ut pauculæ tantum pagellæ ſuperſint.

3 Eſt vetuſtior adhuc editio, quam non hic recenſemus; quoniam ejuſdem Notitiam pleniſſimam, a Cl. Sanctamando deſcriptam, inferius habiturus es. Moneo tamen hoc, eam cum Aldina, etiam vitiis, plerumque conſentire; Doricam autem dialectum nonnunquam melius exprimere.

4 Duas editiones ab Aldo concinnatas fuiſſe, eodem tamen hoc ipſo anno, credidit Cl. Reiſkius, Præfat. ad Theocr. p. vi. ſeq. Veruntamen in aliquibus exemplaribus, poſt editum librum, folia nonnulla, quod admodum vitioſa, reſecuit et ſubmovit Aldus, et alia in eorum locum rite ſuffecit. Hinc error ortus. Duo ſunt exemplaria, ſed eadem editio. Vid. Mattairii Annal. Typogr. I. pag. 244. Uterque liber eſt in bibliotheca Bodleiana. viz. ART. F. 4. ix. et S. AMAND. 104. Exemplar Aldinum, quod reſpondet alteri prædictorum, Bibl. Bodl. S. Amand. 104. vitioſum nempe, pro ſumma ſua humanitate, mihi ſponte commodavit vir doctiſſimus, JOSEPHUS SANDFORD, collegii Baliolenſis ſocius.

noſtrum Romæ edidit Zacharias Calliergus, Cretenſis, homo non indoctus Græce; qui non modo libris Græcis cudendis, ſed et codicibus exſcribendis [1], apud Italos quœſtum feciſſe viſus eſt. Primus adjecit illa, quæ nempe in Aldina et Florentina deſiderabantur, Idyllia vigeſimum quartum, vigeſiſimum quintum, vigeſimum ſextum, vigeſimum octavum, vigeſimum nonum [2]. Præterea Syringem [3], epigrammata novemdecim, Securim, Alas, et Aram [4]. Ut nemo poſt illum nova acceſſione [5] Theocritum locupletaret, etſi ex hoc numero fuere qui nonnulla deinceps eximerent. Textui ſubjunxit et Scholia, nunquam antea vulgata. Addidit etiam Joannis Pediaſmi commentarium Græcum ad Syringem. Multas quidem mendas Aldi ſuſtulit Calliergus, viciſſimque novos errores invexit, ingenio ſuo, non ubique ſagaciſſimo, confiſus: etſi codicibus, ut ego conjicio, Vaticanis adjutus eſt [6]. Tandem omnium quæ præceſſerant famam fere extinxit Henricus Stephanus; qui Theocritum edidit inter principes

1 Eſt in bibliotheca collegii Novi, Oxonii, codex Græcus, qui dicitur exſcriptus a Z. Calliergo. Neſcio an ſcriptor, an auctor, fuerit cujuſdam Compendii Grammatices Gr. cui Tit. Περὶ γραμματικῆς κατ᾽ ἐπιτομὴν Ζαχαρίου Καλιέργου. Princip. "Πύλην ἀπλανῆ, &c." Bibl. Bodl. MSS. Barocc. 72. p. 229. Verſabatur primo Venetiis, ubi edidit Etymologicum Magnum. Ejus doctrinam prædicat Eraſmus, Epiſt. xxiii. 5.

2 Vide ſis ejus præfationem Græcam.

3 Quæ forte recentior Theocrito.

4 Sunt Simmiæ Rhodii. Luſus Theocrito plane indigni.

5 Niſi quod tria addiderint epigrammata, ex Anthologia, D. Heinſius et Joh. Criſpinus. Epigrammata Theocriti memorantur a Suida.

6 Succedebant hæ editiones. Lovanii, 1520. Baſileæ, apud Cratandrum, 1530. Venetiis, 1539. Altera Baſileæ, 1541. Altera Venetiis, ſive ex officina Farreana, 1543. Harum nulla auctoritas. Expreſſæ omnes ab Aldina vel Romana; ſæpe etiam ſumma negligentia et incuria, præſertim duæ illæ Venetæ. Paulo melior Camerariana, quæ prodiit, cum ſcholiis pauculis Joach. Camerarii, ſine loco, 1545. Sed certe prodiit Francofurti, per Petr. Brubachium. Ita enim in Titulo. "Præter hæc et Latina Verſio carmine non infeliciter reddita per H. Eboanum Heſſum, &c." Iſta autem Eboani verſio, quæ, ut vides, pars hujus editionis eſt, quamvis ſeparatim ligari poſſit, ita habet in Titulo. "Francofurti. Ex Officina Petri Brubachii. MDXLV." Vid. Not. ult. ad Idyll. XXIV. Æque bona Brubachiana, quæ Francofurti prodiit, 1558. Habet eadem illa ſcholia Camerarii. Nonnulla et breviuſcula ſcholia, a ſe elaborata, Xylander editionis curator adjecit illis Idylliis quæ Scholiis antiquis carebant. Morelliana, Pariſiis edita, 1561. mendoſiſſima eſt. Omnes illæ, nec minus in textu memoratæ, penes me ſunt. Editiones quoque Theocriti priſcas rimanti mihi, ſeſe obtulit libellus iſte rariſſimus, qui doctos omnes hodie fugiſſe videtur. "Scholia Micaeli Toxitæ Rheti Poetæ et Comitis Palatini Cæſaris in Theocriti Idyllium primum. Ex Scholiis Joannis Sturmii. Tiguri excudebat Jacobus Geſnerus." Datur Epiſtola Nuncupatoria Argentorati, 1562. In qua dicitur Martinum Cruſium hæc prius edidiſſe; ſed multa hic Michaelem Toxitam de ſuo Sturmianis addidiſſe.

principes poetas Græcos heroici carminis, A. D. 1566 [1]. Prioribus omnibus, ut certe cultior et nitidior, ita emendatior et emaculatior eſt hæc editio. Utebatur ille non ſolum lectionibus Aldinæ, Romanæ, et Florentinæ; ſed multis etiam ſpecioſis caſtigationibus, quas illi idoneus vir Michael Sophianus e veteri quodam codice, ſecum forte e Græcia advecto, porrexerat [2]. Idylliorum porro ille mutavit ordinem, quem ab antiquioribus traditum acceperat; quodque maximum, Moſchi et Bionis carmina, ſummo judicii acumine, ſejunxit a Theocriteis. Quod tamen horum nonnulla, Bionis nempe et Moſchi, olim Theocrito aſcripta, eique hic a Stephano [3] interdicta, Theocrito diſerte tribuantur in codicibus bene multis, id leviſſimum puto. Deſcripti enim ſunt hi codices ex Artemidori grammatici [4] archetypo, cui primum debentur hæ turbæ; qui nempe in unum corpus [5] poetas omnes bucolicos Græcos indiſtincte collegit, et poſteritati tradidit. Quæ igitur e Theocriteis exemit, et ad Moſchum Bionemque remiſit, Henricus noſter, ea Theocriti non eſſe probant argumenta, ut loquimur, INTERNA quamplurima, quæ mille codicibus Byzantinis opponere auſim: probat guſtus eruditorum virorum, qui ſeveriorem Theocriti bucoliſmum ſapiunt [6]. Jam tandem luculentam Syracuſani vatis editionem protulit Daniel Heinſius, A. D.

1 Eam editionem iterabat poſtea Stephanus, forma minore, cum Bione et Moſcho, A.D. 1579.

2 Vide Stephani notas ad Princip. poet. Gr. &c. pag. 487.

3 Hoc etiam ſtudio Fulvii Urſini factum. Viderat et hæc ſejungenda Joach. Camerarius, ut patet ex ejus editione Theocriti rariſſima, a me ſuperius citata. Ἰστέον, &c. pag. 195. b.

4 An Tarſenſis, an alterius, incertum. Notum ejus hac de re epigramma, nec inelegans: quod affertur in Vaticanis hoc cum titulo.

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ ΕΠΙ Τῌ ΑΘΡΟΙΣΕΙ ΤΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ.

Βουκολικαὶ Μοῖσαι σποράδην ποκά, νῦν δ' ἅμα πᾶσαι
Ἐντὶ μιᾶς μάνδρας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλας.

Bucolicæ Muſæ, olim ſparſæ, nunc una omnes
Sunt unius ovilis, unius etiam gregis.

Forte collectioni ſuæ præfixit Artemidorus hoc carmen, ut mos erat. De quo non alibi.

5 Frequens apud grammaticos, auctorum, qui idem argumentum tractarunt, monumenta in unum colligere. Ut fieret nempe liber. Hinc nata Anthologia. Ne dicam plura.

6 Non itaque audio hic eruditiſſimum longe Fabricium. "Non plane certum eſt adhuc, — nihilne ex his quæ Moſcho adſcripſerunt viri docti, ad Theocritum auctorem ſit referendum." Bibl. Gr. II. p. 444.

1604.

1604[1]. Eam nos in textu ſequimur omnino, ſine accentibus tamen; quos ut exemplo fere novo rejicerem penitus, auctores mihi fuere, viri eruditiſſimi, bonis credo rationibus inducti, procuratores typographei Clarendoniani, quorum ſub auſpiciis hoc opus ingrediebar[2]. Nullis codicibus uſus, crebra in dialectis mutavit, et communia quædam ad Doriſmum refinxit Heinſius. Scholia etiam, currente prælo, feſtinanter et obiter emendavit[3]. Poſtremo, vir eximia Græcarum literarum ſcientia præditus, JOANNES JACOBUS REISKE, Lipſiæ Theocritum nuper edidit, doctiſſimiſque animadverſionibus inſtruxit, A. D. 1765. De qua quidem editione, merito ſane prædicanda, cum recentiſſime lucem aſpexerit, jamque adeo in manibus omnium verſetur, non eſt ut pluribus agam. Quod ſi conſilium Reiskii de edendo Theocrito, mihi non niſi ſerius innotuiſſet, ſane religio mihi fuiſſet, quo minus provinciam a tanto viro feliciter occupatam fidentius invaderem[4].

Dixi prius de Idylliis quibuſdam Bionis et Moſchi a Theocriteis, opera Henrici Stephani, ſeparatis. Jam vero multa præterea poemata reliquit Stephanus, quæ non minus manifeſto patet a Theocrito non profecta fuiſſe. Ut ego in hac mea demum editione delectum novum facerem, et ſpuria

1 Prior quædam Heinſii editio prodiit, 1603. 8vo. Mendoſiſſima quidem, ut ſtatim plurima ejus exemplaria ſupprimi curaverit Commelinus. Prius et ediderat Theocritum Commelinus, 1596. Cum Emendationibus Scaligeri, et Lectionibus Caſauboni.

2 Anno ſcilicet 1758.

3 Ex Epiſtola Lectori. Ad hanc editionem factæ ſunt et conformatæ juniores omnes editiones. Wintertoni nempe, inter minores poetas, ut dicuntur, Cantabrigiæ, 1652. Noſtræque Oxonienſes. Quarum Oxonienſium prima, ſc. 1676. ſub auſpiciis Fellii, inclyti epiſcopi Oxonienſis, prodiit. Nitida quidem ſatis, hodieque perrara. Oxonienſis, illa A. D. 1699. nullam editionem Venetam, vel hac vel illa, antiquiorem videtur agnoviſſe: Venetam enim ſolam citat in corrigendis hinc inde Scholiis.

4 Editurus erat et Theocritum JACOBUS PHILIPPUS D'ORVILLE, profeſſor humaniorum literarum apud Amſtelodamenſes, quarum maxima jactura nuper defunctus eſt. Magnam ille vim codicum contulerat; et ſi ſingularem etiam in hiſce literis peritiam ſpectes, unicus Theocriti ſoſpitator futurus erat. Ejus chartæ ſervantur Amſtelodami. Ad hanc editionem locupletandam, largam præterea conjecturarum ſegetem Dorvillio tranſmiſerat Hemſterhuſius. Veruntamen, ut dicam hic quod verum eſt, et ſuum cuique tribuam jus, in poetis Græcis expoliendis non ubique peritiſſimus erat artifex inſignis ille vir: in oratione Græcorum ſoluta principatum merito tenet.

ſcilicet illa quæ Stephanus neglexit, a legitimis etiamnum ſecernerem, rogarunt me docti quidam viri. Quorum ideo conſilium maxime improbavi, quod nollem turbare, et loco depellere, quæ, communi omnium conſenſu, tot annis regnaverant in libris Theocriti, ſibique poſſeſſionem quandam vetuſtatis adquiſiverant. Non tamen alienum erit et incommodum, ſi ſententiam meam de carminibus hiſce in unum olim colligendis aperiam; ac deinde quænam Idyllia, ſive poematia, aliunde huc pedem intulerint, exponam.

Scripſit Theocritus, teſte Suida, libros ſingulares Bucolicorum, Prœtidum, Ελπιδων, Funebrium, Hymnorum, Heroinarum, Elegorum, Jamborum: necnon, uti credo, alia nonnulla poematia, quæ ad nullam prædictorum claſſem referebantur. Hæc omnia, diſtincte tamen, una collecta puto, et a veteribus lecta. Paulatim ex his, quæ non fuerunt Bucolica, dominabantur enim illa longe diutius, excidebant quædam. Ut ſcilicet Prœtidum, Ελπιδων, Funebrium, Hymnorum, Heroinarum, Elegorum, Jamborum; adeo ut horum nulla, vel pauciſſima, relinquerentur. Cum vero totum opus, ab origine, faciem præ ſe tuliſſet ſylloges cujuſdam miſcellaneæ breviorum poematum, aliena poematia inſuper, ut fit, importata fuerant. Quod ad Bucolica attinet, quorum forte omnia nunc habemus [1], huic claſſi Bionis et Moſchi, forte et aliorum, Paſtoralia, progreſſu temporis immiſcebantur. Titulus interea, Τα ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ, ita dudum cætera omnia obſcuraverat [2], ut quæ non eſſent Bu-

1 Notum illud Servii, in Vita Virgilii. "Sed eſt ſciendum, ſex eclogas [Virgilii] eſſe mere ruſticas, quas Theocritus DECEM habet." Hæ ſunt Heinſio, i. ii. iii. iv. v. vi. vii. viii. ix. xi. Heinſ. Lect. Theocr. cap. i. pag. 293. Confer Fabric. Bibl. Gr. ii. 430. Pro numero decem horum Idylliorum, Theocritus Syringem ſuam, decem paribus verſuum, quaſi totidem calamis, conſtantem, dicaviſſe Pani, notat ibidem Salmaſius. Recte quidem: niſi quod hoc fecerit recentior aliquis poeta. Sed hoc argumentum alibi videbimus.

2 Sub charactere bucolico ſemper a veteribus deſignatur et citatur Theocritus. Dabo teſtimonium minus notum ex Æliano. Hiſt. Animal. xv. c. 19. Θεοκριτος ὁ των ΝΟΜΕΥΤΙΚΩΝ ΠΑΙΓΝΙΩΝ ΣΥΝΘΕΤΗΣ. Quaſi nihil aliud præter paſtoralia carmina ſcripſiſſet. Ad hæc exigantur illa Longini verba. §. xxxiii. 6. Τοις Βουκολικοις, ΠΛΗΝ ΟΛΙΓΩΝ ΤΩΝ ΕΞΩΘΕΝ, ὁ Θεοκριτος επιτυχεστατος. Quæ minus hactenus intellecta, poſt irritos maximorum virorum conatus, brevi, ſperamus, nota faciet et facilia Toupius noſter.

colica, etiam ipſius Theocriti, ad hunc titulum redigerentur. Hinc fit quod HYLAS ſub hoc nomine citetur a Scholiaſte Apollonii Rhodii [1]. Mox grammaticus aliquis importunus, neſcio quis, collectioni huic ita mutilatæ et interpolatæ, complectenti tamen adhuc omnia vel plurima Theocriti Bucolica, ejuſdemque nonnulla alia poematia, commodum maximeque generalem titulum præfixit IDYLLIA THEOCRITI. Vides ut hic multa prorſus perierint. Recenſebo jam quæ cæteris, ut mea ſententia fert, irrepſerant. Atque hæc ſunt, AITES, ENCOMIUM IN PTOLEMÆUM, HELENÆ EPITHALAMIUM, FAVORUM FUR, BUCOLISCUS, HERCULES LEONIS INTERFECTOR, PISCATORES, OARISTYS, IN MORTUUM ADONIM. Cur tamen hæc Idyllia Theocrito prorſus abjudicaverim, rationes meas, vel ſaltem de ſingulis ſuſpiciones, expoſui ſuo loco [2]. Interea quod Stobæus, Euſtathius, et Etymologus Magnus, horum nonnulla citent ut Theocritea, id nihil me movet. Quod Euſtathium attinet, Theocritus, mihi crede, ejus ætate [3], qualis hodie, legebatur. Nullis utebatur ille Græcorum poetarum ſcriptis, quæ non ad hodiernum diem pervenerunt. Comicos profecto frequentes adducit, ſed omnes ex Athenæo [4]. Legerat, ut

1 Argon. i. 47. Nonnulla alia Idyllia ſuis nominibus deſignantur. Theocritus Εν ταις ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΡΙΑΙΣ, Euſtath. Odyſſ. xiv. p. 554. v. 18. Εν ΑΔΩΝΙΑΖΟΥΣΑΙΣ, Id. Iliad. i. p. 104. Et Ariſtoph. Schol. Nub. 1128. Etiam ΛΥΚΙΔΑΣ, η ΘΑΛΥΣΙΑ, Etymol. Mag. V. διακραινωσατε. ΧΑΡΙΤΕΣ, η ἹΕΡΩΝ, Hermog. Ιδ. ii. c. xi. ΥΜΝΟΣ εις Διοσκȣρȣς, Schol. Ariſtoph. Plut. 210. Proprio et hic quidem nomine citatur Ὑλας, a Scholiaſte Apollonii: ſed illud carmen dicitur eſſe εν ΒΟΥΚΟΛΙΚΟΙΣ. Apud Porphyrium Philoſophum citatur, rectius quidem, Theocritus in Βȣκολικοις, ſcilicet in Idyllio tertio. Vid. Epiſt. Bentl. ad J. Mill. p. 42. Cantab. 1713.

2 Quibus hæc adjicio. AITEM Theocriti non eſſe, ſed alicujus Ionici poetæ venuſtiſſimi, credit Hemſterhuſius, ad Lucian. Wetſt. i. p. 253. Quocum confer Thomam Magiſtr. edit. Bernard. i. p. 109. Hercules ΛΕΟΝΤΟΦΟΝΟΣ forte ad Theocritea referebatur, quod alibi Herculem, in HYLA nempe, Theocritus ceciniſſet. Porro DIOSCUROS Theocrito non convenire credidit Joachimus Camerarius, quod ſit hymnus ille ΙΩΝΙΚΟΤΕΡΟΣ. Ad calc. editionis ſuæ Theocriti, Fabricio non cognitæ, 1545. pag. 195. De qua ſupra. Confer Heinſ. Lect. Theocr. cap. i. pag. 294. THALYSIA quoque non Theocrito, ſed cuidam Simichidæ, poetæ Coo omnibus adhuc ignoto, nuperrime tribuit Reiskius. Cujus etiam Coi poetæ vult eſſe ENCOMIUM PTOLEMÆI.

3 Floruit Euſtathius paulo ante A. D. 1200.

4 Male itaque Joſephus Scaliger, ubi dixit, "Sappho et reliqui Lyrici ante DUCENTOS annos "fuerunt combuſti Conſtantinopoli." Scaligeriana, V. SAPPHO. pag. 225. edit. Colon. Agrippin. 1667. Immo longe ante ducentos annos. Aliter ipſorum ſcripta, ſi non Euſtathius, ſequioris ævi grammatici certe citaviſſent. Scaliger floruit circa A. D. 1600. Confer notam præcedentem.

verum fatear, grammaticorum libros non paucos qui nunc interciderunt; et exinde ſæpe fragmenta depromit, hodie non alibi reperienda. Meliores certe poetarum verſabat codices, unde lectiones affert quas nos ingenio et conjectura parum conſequi potuiſſemus. Antiquiores Euſtathio Stobæus et Etymologus[1] Magnus: ſed ante eorum etiam tempora Chriſtiani homines, bono forte conſilio, plurimos inſignes poetas Græcos, quos non penitus e medio ſuſtulerant, eos amputaverant, exſecuerant, innovaverant, aliaſve male mulctaverant[2]. Nequid dicam de temporis ipſius injuria, rerumque fato communi.

Excuſum fideliſſime Textum poetæ noſtri prodire ſpondeo. Ut ita potiſſimum fieret, mecum præli curam moleſtiamque aſſiduo ſubire, mendiſque typographicis eximendis acrius invigilare, non dedignatus eſt, amicus egregius, BENJAMINUS WHEELER, apud Oxonienſes ſuos non unius profeſſoris nomine merito exornatus: dignior ſane qui ipſum auctorem, qua præditus eſt inſigni harum literarum ſcientia, potius expoliviſſet, omnemque hujus operis in ſe rationem ſuſcepiſſet.

In Notis quæ ſubjiciuntur huic editioni, quaſque in tranſitu memoravi, ſi nova prorſus nulla de meo priuſque ignota in medium protuli, quod dicant alii; congeſſi tamen dijudicavique quicquid boni habent docti viri, qui ad hunc uſque diem ſcripta ediderunt in Theocritum: maxime tamen quæ commenti ſunt Iſaacus Caſaubonus et Daniel Heinſius, quorum extant in hunc poetam Lectiones[3] eruditione plenæ.

1 Stobæi ætas incerta. Sed certe vixit non longe ab A. D. 600. Etymologus Magnus forte antiquior A. D. 1000.

2 Dicam et fædum facinus librariorum ſequentibus ſæculis, unde plures authores veteres Græci, vel penitus extincti, vel peſſundati. Ne novas membranas emerent, aut ſibi compararent, eradebant ſæpe e codicibus quæ pertinebant ad veterem hiſtoriam et humaniores literas; inque eorum locum ſubſtituebant nænias, nugas eroticas, homilias, vitas patrum, aliaque id generis, quæ magis intelligebant, pluriſque faciebant. Hac fraude et pernicie ſcriptores multi, qui tempore Photii ſupererant, omnino deleti ſunt. Cœpit hoc fierit circiter A. D. 1150. Photius vixit circa A.D. 900. Vide Montfaucon. Palæograph. Gr. p. 37. 319. Confer P. Alcyonium, de Exilio. pag. 29. edit. Baſil.

3 Caſauboni prodiere primum, in Georgicis, Bucolicis, et Gnomicis, Joannis Criſpini, Genev. 1584. 12mo. Sub nomine HORTIBONII. Sæpe recuſus eſt ille Criſpini liber. Confer Caſauboni Epiſtolam H. Stephano, Lectionibus hiſce præmiſſam, dat. vi. Id. Aug. 1584.

Heinſii

Quod ſi Heinſii inanem diligentiam, nimiamque argutiam in novis ſenſibus conſectandis et eliciendis, interdum vellicaverim: Caſauboni judicium ſagax et ſubactum, rerumque vetuſtarum omnium admirabilem peritiam, cum ſumma verecundia conjunctam, rite prædico. Id tamen non diſſimulandum de utriſque; eos permultos locos difficillimos penitus intactos reliquiſſe. Quibus in explicandis ſi conatus mei ceciderint, veniam certe dabis, poſt tantos viros periculum facienti. Perquiſivi etiam ſedulo locos ſcriptorum, præcipue recentiorum atque etiam hodiernorum, qui Theocritum obiter et aliud agentes illuſtrant, nec levi ſane opera ac ſtudio, ut ipſorum rationes huc referrem. Hiſtoriam, Mythologiam, Geographiam veterem, non hic enarramus: quod nihil aliud eſſet, quam longas et tædii plenas diſſertationes facili negotio conſarcinare. Aliunde hæc, et a libris iſtiuſmodi argumenta ex inſtituto tractantibus et præcipientibus, edocebere. Eſt tamen ubi hæc attigimus; quando nempe res eſſet reconditior, et mens vel alluſio poetæ non facile obvia et aperta. Conjecturas meas in textu refingendo eruditorum judicio relinquo: nec affero, ut bonas credam, vel etiam veroſimiles, ſed quæ melioribus eruendis inſervire, facemque quodammodo prælucere, poſſint. Reperiebam porro inter chartas Sanctamandi ſpecimen commentarii [1], quem ſubjuncturus erat editioni ſuæ. Sed cum inchoata tantum et exilia forent hæc adverſaria, nec quid fere novi vel ad liquidum perducti continerent, pauxillum ex illis extricare potui quod eſſet ex uſu [2]. Erat proculdubio

Heinſii prodiere primum, ſub forma et titulo Lectionum Theocriticarum, in editione Commeliniana Theocriti prædicta, 1604. Longe exiliores ſunt notæ Heinſii, quæ primum comparuerunt in illa Commeliniana ſuperioris anni. Confer Theocrit. Commelin. 1604. pag. 290. Necnon Heinſii Epiſtolam E. Putſchio, dat. 22. Mart. 1604.

1 "Judicium quod de meis in Theocritum "conatibus facis, humanitatem tuam redolet. "Sed certo ſcias, nunquam ſine commentario "me eum eſſe editurum." Sanctamandus J. Clerico. Rom. 1709. Vid. ſupr. p. iii. not. 2.

2 Ejus tamen nonnulla adhibemus in ADDENDIS et CORRIGENDIS, ampliora illa quidem et minime ſupprimenda, ſed pauca, quæ notaverat ad Lectiones Theocriticas Caſauboni et Heinſii.

Sanctamandus noster, siquis alius, ingenio et doctrina instructissimus, literis præsertim Græcis excultus, ut qui commentarium numeris omnibus absolutum condere potuisset in Theocritum. Quod puto præstitisset, si non propter adversam valetudinem, vel tædio operis, vel vanis nescio quibus timoribus, editionem a se susceptam jam tandem omisisset, apparatum suum omnem post se relicturus, aliisque hanc telam pertexendem porro traditurus [1]. Exigua quædam et pauca selegi e Salvinii adnotatis in poetam nostrum; quæ Sanctamando, Romæ degenti, ipsius etiam rogatu, per schedas tres quatuorve, miserat. Lectiones etiam Josuæ Barnesii, noti satis in Græcos auctores nominis, manuscriptas, in bibliotheca collegii Emanuelis Cantabrigiæ obtulit mihi, tradiditque in manus evolvendas, etiam Oxonium mecum portandas, doctissimus amicus RICARDUS FARMER, ejusdem collegii socius. Nulli tamen mihi in hoc opere adjumento fuere: nam trita tantum et pervagata dudum præ se ferunt, nugisque præterea abundant operosis. Audiveram et celeberrimum TAYLORUM, olim Græcæ linguæ apud Cantabrigienses eruditissimum professorem, notas quamplurimas in hunc auctorem reliquisse; quas tamen haud nancisci poteram, nactasque parum utiles futuras intellexi. Sequitur hunc meum qualemcunque commentarium EPISTOLA de SYRACUSIIS, ab eximio viro, mihique multis

1 "Plura de hoc nostro opere scriberem, et "quibus quantisque commentariis noster poeta "esset edendus, lubens nunc tecum agerem: "nisi gravissima quæ me valde affligit opthalmia, "et parum firma in ipso juventutis limine vale-"tudo, plane dubium faceret, an unquam ad "umbilicum opus perducere possim. Sumptui "tamen aut labori minime, dum procedendi fa-"cultas adest, parcendum statui: ut si ultimam "operi manum imponere, Mihi sit denegatum, "saltem non exiguum symbolum Aliis, si qui "hanc provinciam post me suscepturi sunt, con-"tulisse videar. — Restat ut enixe rogem, necui "hæc me agitare notum facias. Nam quum "Magliabecchius, aliique, me inscio hanc fa-"mam excitassent, ingentem mihi invidiam, &c. "— Præterea incertus, ut dixi, rei exitus me "dissimulare, imo cunctis constanter institutum "nostrum pernegare cogit." Sanctamandus J. Clerico. Romæ, paulo post annum, ut videtur, 1709. Longe pleniora sunt, et fere absoluta, quæ reliquit in Pindarum, cujus editionem etiam meditabatur, adnotata. Quæque etiam in Aristophanem, Apollonium Rhodium, Demosthenem, aliosque. Ea nunc habentur in bibliotheca Bodleiana.

2 In bibl. Bodl.

nominibus obſervando JOANNE TOUP, conſcripta, feſtiviſſima juxta et doctiſſima: cujus in me propenſiſſima voluntas effecit, ut Longinum ſuum, quem avidiſſime exſpectamus, paulisper omitteret; ne condimenti prorſus expers eſſet Theocritus hic noſter, quo lectores eruditos alliceret et invitaret. Nimirum neque hic ſtetit in me Theocritumque meum viri benevolentiſſimi ſtudium. Tranſmittendas etenim mihi curavit ANIMADVERSIONES in Scholia, exquiſita harum literarum varietate refertas: necnon in textum poetæ noſtri, nomine ADDENDORUM, ſingularem, ſummoque perpolitum ingenio, notarum conjecturarumque libellum. Quibus perlectis, vereor ut quicquid nos in his elaboraverimus, una litura delendum putabis. Nonnulla quoque mihi per literas olim indicaverat, quæ ſuis locis in Commentario noſtro rite diſtributa reperies, ejus tamen ſubſcripto nomine. Nec unquam alienam in Notis hiſce noſtris vel obſervationem vel ſententiam protuli, ubi prudens et ſciens ipſum auctorem celaverim ſive diſſimulaverim. Quæ fraus multis profuit, ut magnos prolixoſque commentarios nullo negotio conſcriberent, ſpecioſumque nomen eruditionis et ingenii facile ſibi compararent.

Denique Diſſertationem de Græcorum Poeſi Bucolica a nobis olim inter Prælectiones noſtras poeticas in ſcholis Oxonienſibus publice recitatam, auximus et recognovimus, ut hic commode legeretur. Præmiſi Scholiis, ipſorum Notitiam; ſive hiſtoriolam, brevemve conſpectum, ipſorum auctores, ætatem, fataque et fortunas exhibentem. Quibus et ſubjeci eorundem, editorum ſcilicet hactenus, Emendationum faſciculum. Adhæc Indices elaboravi duos: alterum veterum Græcorum ſcriptorum, ſive ſuperſtitum ſive deperditorum, qui ſcilicet in ſcholiis hiſce, cum vulgatis antea, tum etiam hactenus ineditis, hinc inde citantur: alterum Rerum in ſcholiis Memorabilium. Habes et hic uberrimum utiliſſimumque

mumque Indicem omnium vocabulorum Theocriteorum, a Sanctamando olim confectum. Accuratiſſimum præterea eſſe ſpondeo, qualem e Sanctamandi induſtria jure exſpectares: quod ut magis credas, cum alio etiam, contexto opera et ſtudio viri Græcæ linguæ peritiſſimi THOMÆ MORRELL, mihique a ſe eam in rem conceſſo, diligenter contuli; nec in minima quidem vocula, ſiqua fides ejuſmodi collationi, quid emendandum reperii. Inter alia etiam hujus editionis auctaria, Vitam Theocriti, non prius editam, a Joſua Barneſio olim ſcriptam, ipſiuſque etiam manu mecum a viro docto admodum THOMA MORRES, nuper Collegii Hertfordienſis Oxonii Vice-principali digniſſimo, communicatam, præfigendam curavi. Non quod ibi Barneſii rationes ubique probaverim, ut inter exſcribendum notulis nonnullis paucis hinc inde allitis corrigerem; ægreque etiam exſcriberem, utpote prolixam, ſæpe etiam nugacem et ſtramineam. Sed nulla alia, ut verum fatear, æque commoda ſuppetebat; nec novi aliquod facilius quam paratis uti: et quo minus novam Vitam conſarcinarem, refugiebat ingenium meum. Etſi forſan id operis præſtitiſſe, non ita moleſtum fuiſſet et difficile, ac Barneſianam typis exprimendam deſcribere. Præterea nolui conſilio et voluntati amici viri non ſatisfacere, nec munus adeo benevole oblatum negligendum duxi.

Nec prætereundum, in hoc opere exſequendo quibus obſequiis me devinxerit digniſſimus et amiciſſimus vir JOANNES PRICE, bibliothecarius Bodleianus. Qui mihi, quoties armarium ejus ampliſſimum identidem reviſerem, gazamque præſertim Sanctamandeam in hanc editionem ſedulo pertractarem, officium ſuum atque operam promptiſſime ſemper accommodavit: quique porro, codicibus indicandis, chartis diſponendis et apte locandis, incommoditatibus denique pluri-

1 Opportuno tempore vixit Barneſius ad nomen ſibi comparandum: cum nempe non adeo pervagata erat apud nos Græcarum literarum notitia critica. Magnum ergo ſuis præſtitiſſe viſus, in edendis, idque ſplendide et eleganter, notiſque qualitercunque adornandis, Homerum, Euripidem, Anacreonta. Præſertim cum bonæ ipſorum editiones non facile ſuppeterent.

bus

bus ſubmovendis quæ bibliothecas publicas accedentibus moleſtæ et injucundæ evenire ſolent; aliis etiam comiter admodum et benigne præſtandis, opportune cavit et effecit, ut hoc mihi negotium quam facillime cederet.

Mirabitur jure lector editionem Theocriti tam grandem, et in tantam molem excreviſſe poetam qui ſcilicet inter Minores, ob carminum certe ſuperſtitum paucitatem, recenſeri conſuevit hactenus et haberi. Sed ita ſolent noſtri ſæculi editores, eruditione abundantes; ut hodie poeta, præſertim Græcus, ipſe ſui pars minima ſit. Porro copiæ illæ amplæ, ſupellexque parum curtus, quibus inſtruebamur ad hoc opus adornandum, nolebant anguſtiori limite coarctari. Habebatur interea, quod prædixi, ratio nonnulla ſplendoris et ſpeciei: proſpectumque eſt rite præli noſtri famæ, et celebritati Academiæ nihil non magnificum molientis, et ſuo nomine venditantis. Quod vero ſerius, nec niſi poſt exactum decennium, Theocritus Oxonienſis exierit, id lucro mecum lector æquus ac prudens apponet. Ut tam lente feſtinarem, minime quidem laboris ullius ignava detrectatio ſive operis inchoati tædium, ſed aliæ plures et neceſſariæ, quibus aſſidue diſtringebar, occupationes effecerunt. Nequid dicam de crebris et importunis moris, quas identidem typographi, lubricum genus hominum atque intractabile, ſolent injicere. Veruntamen ex hac cunctatione, plurima nec improviſa commoda, qualia ſcilicet ipſum tempus afferre conſuevit, quaſi fortuito nobis nec opinantibus obvenerunt. Equidem ſi magis feſtinata fuiſſet, optimis acceſſionibus orba penitus et deſtituta, in lucem proſiluiſſet hæc editio: quinimo, ne dicam cætera, curis in auctorem noſtrum REISKIANIS, quæ nonniſi nuperrime Lipſiæ prodierunt, et (quod inſtar omnium duco) TOUPIANIS, quas ex quo nactus fuerim vix annus amplius eſt, omnino caruiſſet.

Dabam in Coll. SS. Trin. Oxon. Die Feb. 1. 1770.

DE POESI BUCOLICA GRÆCORUM DISSERTATIO.

ARGUMENTUM.

Origo Bucolicorum. Bucolica pars veteris Comœdiæ. Theatrum paſtorale. Ætas aurea. Paſtorum tria genera. Metrum bucolicum. Theocritus. In quibus, et quare, Virgilio Theocritus antecelluerit.

DE Bucolici carminis apud Græcos initio et origine, perdifficilis eſt et obſcura quæſtio: neque ea de re certum aliquod et probabile, vel literarum vetuſtarum monumenta tradidere, vel ſcriptorum recentiorum commenta et conjecturæ afferunt. Rationes igitur meas in materia tam dubia, nedum ſatis ad liquidum perducta, ſaltem quæ mihi veroſimillima videbuntur, exponam. Quod ſi veterem reliquiſſe, novamque viam prorſus iniviſſe videar, id omnino veritatis inveſtigandæ ſtudio factum; certe non ut ipſius antiquitatis auctoritatem, et clarorum virorum judicia, parum verecunde deſpexerim.

Omnes poeticæ ſpecies ſiquis attente contempletur, unamquamque tenuiſſimis initiis primitus conſtitiſſe reperiet. Qui primi ſingularum repertores et auctores olim extitere, nulla ſive ingenii ſive conſilii magnitudine rem videntur egiſſe; ne quicquam præclarum valde et nobile ſibi in animis ſtatuiſſe. Nimirum principia quædam et cauſas extudere, quibus nihil ſimile habet aut finitimum quæ in inventis hodie præſtantia cernitur et abſolutio. Fortuito nonnunquam, caſuque neſcio quo, potius quam cogitatione et cura, maximæ res efficie-

 bantur.

bantur. Ecquis crediderit reginam illam Tragœdiam, res perſonaſque graviſſimas ſuſtinentem, animis et affectibus imperantem, e rudi et incompoſita in laudem Bacchi cantilena ſuccreviſſe? Eodem modo, qui primi bucolicos verſus edidere, nihil quicquam ſomniaſſe puto de definitione quæ circumfertur hujus generis hodie; nedum apud ſe conſtituiſſe, ut vitæ paſtoralis imaginem, deliciis omnibus abundantis, exhiberent. Etenim, quod aiunt nonnulli, primis mundi ſæculis exorta fuiſſe paſtoralia, quo nimirum tempore curandis omnino gregibus et armentis occupati, priſci mortales agris degebant, otioque ſummo fruebantur, eorum non facile probo ſententiam. Hoc enim ſi pro conceſſo illis tribuatur, unde, quæſo, effectum eſt, ut tam longo annorum ſpatio, a primævis nempe illis aureiſque temporibus, tam pauci ſcriptores inventi fuerint, qui hoc opus exercuerint; tam raro frequentata fuerit, et tenuiter exculta, poeſeos antiquiſſima ratio? Quod ſero tandem, Theocrito ſcilicet auctore, tempore Ptolemæi Philadelphi, ſuos numeros impleret, et ad maturitatem quandam perduceretur? Ablegato igitur hoc, et e medio prorſus ſublato, de ætate quæ dicitur AUREA commento, quod tamen poſthac plenius inſequemur; miſſiſque præterea crebris illis fabellis et hiſtoriolis, quæ de Bucolicorum origine feruntur, quarum omnium fidem vel ideo maxime ſuſpicari fas eſt, et in dubium vocare, quod inter ſe diverſiſſimæ ſunt, Hoc volo: Bucolicam poeſin ortum a veteri Comœdia ſimplici adhuc et inculta traxiſſe [1]; ejuſdemque fuiſſe quandam ſive partem ſive ſpeciem [2]. Dilucide

1 In theatro ſaltem *cœpiſſe* Bucolica, auctor eſt Diomedes, pag. 484. edit. Putſch. Vett. Gramm. "Inde res in conſuetudinem tracta eſt, "ut greges ruſticorum THEATRUM INGREDE-"RENTUR et de victoria CANERENT." Ut nempe Dianam placarent, ob morbo Siciliam laborantem.

2 Vel ſaltem INTERLUDIUM, ut Mimi. Qui primum inter actus comœdiæ ſolebant apponi: dein ſpeciem dramatis ipſi per ſe conſtituebant. Quid ſi bucolica primitus, quaſi mimi, interponerentur actibus comœdiæ? Unde et obſcænitatem ſuam poterant traxiſſe. Sequentia refert Diomedes e Suetonii fragmento, notanda quidem, pag. 487. edit. Putſch. "Primis temporibus, "OMNIA quæ in SCENA VERSABANTUR in co-"mœdia AGEBANTUR." Vide libellum N. Calliachii de Ludis Scenicis, &c. cap. vi. pag. 34. Patavii, 1713. 4to. Confer et huc Not. 2. pag. xxv.

conſtat,

conſtat, primordia ſua ſuſcepiſſe Comœdiam a ludis illis liberrimis, quos diebus feſtis ruſtici homines poſt opera peracta celebrare ſolebant, adhibitis verſibus inconditis et quaſi ſubitis: quibus autem deinceps ſucceſſerunt et ſcena et fabula. Hiſce celebritatibus obeundis multa per effrænem licentiam faciebant, feriata plebs et diſſoluta, ſeque viciſſim laceſſebant probris et convitiis. Notiſſimum proſtat Horatii luculentumque teſtimonium.

> Agricolæ priſci, fortes, parvoque beati,
> Condita poſt frumenta, levantes tempore feſto
> Corpus et ipſum animum, ſpe finis dura ferentem,
> Cum ſociis operum, pueris et conjuge fida,
> Tellurem porco, Sylvanum lacte piabant,
> Floribus et vino Genium memorem brevis ævi.
> Feſcennina per hunc inventa licentia morem,
> Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit [1].

Adhibendus huc etiam Tibullus.

> Agricola aſſiduo primum laſſatus aratro,
> Cantavit certo ruſtica verba pede;
> Et ſatur arenti primum eſt modulatus avena
> Carmen, ut ornatos duceret ante deos [2].

Quid vero obſtitiſſe credideris, quo minus inter cæteros, paſtores [3] inducerent, hominum genus et ruri repertum et

1 Epiſt. ad Auguſt. Epiſt. Lib. ii. Ep. i. v. 139. ſeq.

2 Lib. ii. El. i. 51.

3 Meſſores certe, uti jam vidimus ex Horatio. Unde ortum habuiſſe poterat Theocriti ΘΕΡΙΣΤΑΙ, MESSORES, ſive Idyll. x. Quod interludium fuiſſe puto. Appoſite magis Maximus Tyrius, Diſſertat. xxxvii. §. 4. Markl. "Αθη-" *ναιοις δ' ἡ μεν παλαια Μȣσα χοροι παιδων*, &c. "*ȣσα, κ' ανδρων, γης εργαται κατα δημȣς συνιςαμενοι,* " *αρτι* ΑΜΗΤΟΥ *κ'* ΑΡΟΤΟΥ *κεκονιμενοι* ΑΣΜΑΤΑ " ΑΔΟΝΤΕΣ *αυτοσχεδια*. *Vetus Athenienſium Muſa* " *nihil aliud erat quam chori puerorum, atque* " *agricolæ tributim diviſi, et adhuc* a meſſe et " ſemente *ſordidi*, CANTICA *quædam* canentes "*ſubita et extemporanea.*" Boni etiam fiſtulatores, non minus quam ovium paſtores, putabantur Meſſores. Hinc Theocritus, Idyll. vii. 22.

> *Εμμεν* ΣΥΡΙΚΤΑΝ *μεγ'* ῾ΥΠΕΙΡΟΧΟΝ, *εν τε νομεῦσιν,*
> *Εν τ'* ΑΜΗΤΗΡΕΣΣΙ. ———
> *Eſſe* fiſtulatorem excellentem, *inter et paſtores,*
> *Et* meſſores. ———

Adhibebantur illi, puto, ſive ad cantandum ſive fiſtulandum, inter Thalyſia, ſive ſacra autumnalia Cereri facta poſt fruges conditas. Ubi Lytierſæ cantilena nunquam forſan omittebatur. Apud Græcos nulla vitæ ratio CANTORE ſuo, et CANTILENA, caruiſſe videtur.

ad

ad ludum, nec minus ſcommata dicenda, proclive? Jam vero unde, niſi ex hoc fonte, paſtorali carmini dramaticam illam formam, ſive alternatim dicendi cantandique rationem, quæ quaſi peculiariter illi convenit, obtigiſſe putaveris? Quid quod apud Siculos, auctore Epicharmo, ipſa Comœdia primitus inventa perhibeatur, apud quos etiam Bucolica cœpiſſe tradunt? Ut exiſtimes quæ communi patria naſcuntur, inter ea quiddam cognationis, ſaltem neceſſitudinis, intercedere.

Verumenimvero ut hæc veroſimilia magis et illuſtria fiant, nonnulla huc facientia in ipſis Theocriti ſcriptis indicare pergam. In Idyllii tertii principio [1] vocem uſurpat ΚΩΜΑΣΔΩ paſtor Tityrus, actioni theatrali propriam, cum cantu tripudium quoddam paſtorale denotantem [2]. Eodem fere poeta reſpexit hoc etiam verſiculo [3].

> Πα μοι ται δαφναι φερε, Θεστυλι, πα δε τα φιλτρα;

Qua formula cum carmen Theocritus effingeret, in animo viſus eſt habuiſſe cantilenam quandam, ΑΝΘΕΜΑ nuncupatam, quam moris erat in Tripudio ſuccinere,

> Πȣ μοι τα ῥοδα; πȣ μοι τα ια; πȣ μοι τα καλα σελινα;

Quid quod ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΜΟΣ ſit ſpecies quædam cantus et ſaltationis [4]? Unde patet hic aliquid agi, et coram ſpectatoribus exhiberi. Porro in eodem Idyllio tertio prædicto, quo non eſt aliud ingenii magis bucolici, mos ingrediendi ſcenam, comicis ſolennis, accurate ſervatur. Scena conſtituitur ante antrum Amaryllidis. Pecudes ſuas acturus paſtor Tityro commendat ac tradit.

> Τιτυρ' εμον το καλον πεφιλαμενε, βοσκε τας αιγας,
> Και ποτι ταν κρανας, &c [5].

1 V. 1.
2 Heſychius, ΚΩΜΟΣ. Ειδος ορχησεως ποιμενος τινος, η μελους τινος.
3 Idyll. ii. 1.
4 Vid. Heſych. V. ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΜΟΣ. Ibidemque viros doctos. Necnon in V. ΚΩΜΟΣ.
5 V. 3.

Haud

Haud ſecus ac qui in veteri comœdia ſe ad parabaſin accingunt, inſtrumenta quæ ſecum forte attulere deponunt, aut illis tradunt quos Ακολουθοι vocant: uti fit in ΕΙΡΗΝΗι Ariſtophanis. Utque deinceps in ANDRIA Terentii factum eſt.

Vos hæc intro auferte, abite[1]. ——

Denique, quod caput eſt, cum plurima reperire ſit apud Theocriti Bucolica contumelioſe dicta et indecenter, in illis indicia quædam non obſcura Feſcenninæ illius licentiæ, qua priſca ſcatebat comœdia, mimique præſertim priſci, facile poſſumus agnoſcere[2].

Hæc eſt ergo ſumma, quodque, ut paucis comprehendam, ſuper hac re ſtatuendum volumus. Naſcente jam comœdia, perſonæ ejus erant ruſticæ, convitiis projiciendis aptæ: inter cæteras, in ſcenam nonnunquam paſtores inducebantur, et agebantur paſtoralia. Progrediente tempore,

1 Act. i. S. i. 1. Confer Heinſ. Lect. Theocrit. c. vii. pag. 316. edit. ut ſupr.

2 Præter Bucolica, nonnulla alia Theocriti Idyllia INTERLUDIA SCENICA fuiſſe credo. Notum eſt, non exiguam partem Idyllii ſecundi a Sophronis mimis deſumptam. Idem etiam dicendum de quintodecimo, ſive SYRACUSIIS. Quid ſi pro Mimorum aliquo genere proinde habeantur hæc poemata? Porro Mimi Sophronis graves erant et honeſti; cum cæterorum ridiculi et obſcœni. Id quod teſtatur Ulpianus ad Demoſthen. Olynth. ii. Demoſth. Mounten. p. 307. edit. 1746. "Οἱ μιμοι Σωφρονος ΣΠΟΥΔΑΙΟΙ εισι. "ΑΛΛΟΙ δε μιμοι ΓΕΛΟΙΟΙ." Vid. et ibid. pag. 63. Erat et ſpecies mimorum, qui dicti ηθολογοι. Vid. Scalig. Poetic. L. i. c. x. pag. 43. edit. 1581. Inquit Suidas, de Sophrone, "Εγραψε μιμους ανδρειους, μιμους ΓΥΝΑΙΚΕΙΟΥΣ. "Εισι δε καταλογαδην, διαλεκτῳ Δωριδι. In Voce "ΣΩΦΡΩΝ. *Scripſit mimos viriles, mimos* mulie-"bres. *Oratione ſoluta, lingua Dorica.*" Ejuſdem ΓΥΝΑΙΚΕΙΑ citat Athenæus; ut facile videas unde Theocritus in SYRACUSIIS modo dictis tranſtulerit garrulitatem muliebrem. In quo Idyllio, inquit Heinſius, "multa poeta ſibi permit-"tit, quæ, quia e trivio ſunt, maximam venuſ-"tatem habent: quandoquidem in ejuſmodi, "ſæpe ne a ſolœciſmis temperarit Sophron, ut "ex veterum judiciis ſcimus." Lect. Theocrit. c. xxi. pag. 366. edit. Commelin. Summus etiam Sophronis in proverbiorum concinnitate et frequentia lepos. Quæ et ex eodem tranſtulit etiam Theocritus. Profecto redundat et eminet in Theocrito, etiam in Paſtoralibus, familiaris et feſtivus character; quem qui non ſapiunt, parum ſapiunt Theocritum. Eundem forſan e mimographis veteribus hauſit et expreſſit. Præclare notat Heinſius, et exquiſito rerum judicio: "minus multo intereſſe inter poemata nonnulla "Theocriti, eorum quæ Bucolica inſcribuntur, "et COMOEDIAM aliquam aut MIMUM, quam "inter Virgilianas Eclogas et hæc Theocriti." Heinſius Lectori, apud edit Theocrit. Commelin. 1604. pag. 13. Eſt ſane CYNISCÆ AMOR, ſive Idyllium xiv. quaſi mera Comœdiæ alicujus ſcena. Denique memoratur ab Athenæo ʹΑΛΙΕΥΣ Sophronis. Ut exiſtimes a mimo aliquo, quorum erat univerſos mores et characteres imitari, Theocritum PISCATORES effinxiſſe. Temporibus Xerxis et Euripidis, ſi fides Suidæ, floruit ille Sophron, natione Syracuſanus; ejuſque mimi, ob ſingularem venuſtatem ſententiarumque ſapientiam, adeo in deliciis Platoni habiti fuerunt, ut in ſinu geſtaret.

prorſus exulabant e theatro omnes illæ de plebe perſonæ, paulatimque meliores adhibebantur. Permanſere tamen utcunque paſtorum dialogi: et, ſive agerentur ſive non, ſervatis quibuſdam veſtigiis veteris actionis ſcenicæ, in ſcribendi ſpeciem deinceps evaſere; et in nudam narrationem interdum, ſiquando forſan minus expedierit priſcam dramaticam formam retinere, ceſſante ſcena, tranſiere. Depoſita eſt paulatim vetus omnis etiam in hac parte barbaries. Quas rus ſecum fert delicias ac gratias animadvertebant poetæ; et exinde luculentis deſcriptionibus et imaginibus convenientiſſimum concinnari poſſe poema compertum eſt. Natum eſt denique lectu jucundiſſimum carmen, actiones moreſque paſtoris imitans et repræſentans.

Roget forſan aliquis, hæc ſi vera ſint de Bucolici carminis origine, unde evenerit, ut ne leviſſima quidem, apud auctores antiquos de Paſtoralibus exhibendis et agendis, occurrat mentio: quod de theatro ipſorum [1], larva, actoribus denique, aliiſque eam in rem neceſſariis, nulla ſuperſit notitia? Ob hanc, repono, præcipue cauſam: quod videlicet eorum ſcena informis valde fuerit et incompoſita; quodque poſtquam vetus Comœdia novam ſubinde formam capeſſiverit, paſtores, una cum cæteris ejuſdem farinæ perſonis, brevi tempore ſive prorſus obmutuerint e ſpectaculis pulſi penitus, ſive ſaltem a populo minus minuſque indies ſuſpici cœperint. Quod ſi diutius paſtoralium repræſentatio perduraverit, ſubordinata tantum fuit eorum ſcena, quippe quæ tantum inter actus comœdiæ, mimorum more, ſolerent ap-

1 Niſi forte quod THEATRUM PASTORALE, de quo ſcilicet agimus, Heliodorus reſpexerit. Locus eſt inſignis et venuſtiſſimus. Deſcribitur annulus factus ex amethyſto Indico, cui plures artificio ſummo paſtorales imagines inſculpebantur. Paſtor rupi inſidet, gregem deſpectans. Inter cætera hæc habentur. "*Εγεγραπτο και αρνειων* "*ἁπαλα σκιρτηματα. Και οι μεν αγεληδον επι την* "*πετραν ανατρεχοντες, οι δε περι τον νομεα κυκλους* "*αγερωχους εξελιττοντες,* ΠΟΙΜΕΝΙΚΟΝ ΘΕΑΤ-"ΡΟΝ *επιδεικνυσαν τον κρημνον*. *Expreſſæ erant* "*et agnorum teneræ laſciviæ. Et quidam gregatim curſu petram aſcendentes, quidam circa* "*paſtorem petulanter ſeſe in orbem intorquentes,* "paſtorale theatrum *præcipitium repræſentabant.*" Heliodor. Æthiopic. Lib. v. pag. 231. 232. edit. Lugd. 1611.

poni:

poni: vel forte quod, ut infra videbimus, aliena ſcena huc adhiberetur[1].

At nec omnino ſiluere de theatro hoc paſtorali quidam recentioris ævi critici. Diſerte Voſſius et aperte, etſi nullum vetus teſtimonium ſubjecerit, admonet nos, "Scenam, " in quam a poetis bucolicis paſtores agentes inducerentur, " arboribus conſtructam fuiſſe[2]." Scenam quoque paſtoralem videtur intellexiſſe doctiſſimus Daniel Heinſius, etſi de eadem nihil expreſſis verbis affirmaverit. "Oportuit certe " quicunque actor hæc ſaltaret mirum in modum laſcivire " geſticulatione." Et alibi, de exordio Idyllii tertii. "Quæ " omnia cum vehementiſſimo σχηματισμῷ et geſticulatione, pe- " dumque motu pronunciantur." Paulo etiam inferius. "In " quibus omnibus reſpirat et interquieſcit actor. Neceſſe eſt " itaque orationem totam, quia repræſentationi conformata " eſt, &c[3]." Apponam et hic locum Vitruvii de ſcenarum ſpeciebus et conſtructione; maxime tamen ut in eum Perrotii commentarium ſubjiciam. "Genera autem ſcenarum " ſunt tria; unum quod dicitur Tragicum, alterum Comi- " cum, tertium Satyricum. Horum autem ornatus ſunt in- " ter ſe diſſimiles, diſparique ratione: quod Tragicæ defor- " mantur columnis, faſtigiis, et ſignis, reliquiſque regalibus " rebus; Comicæ autem ædificiorum privatorum et menia- " norum habent ſpeciem, &c. Satyricæ vero ornantur ar- " boribus, ſpeluncis, montibus, reliquiſque agreſtibus rebus, " in topiarii operis ſpeciem deformatis[4]." Ad ea Perrotius. " Poſſem reddere Scenam Satyricam SCENAM PASTORALEM:

1 Videtur huc reſpexiſſe, ſaltem debet huc referri, Donatus, in Vita Virgilii. pag. 5. edit. Virgil. Burman. Tom. i. "Bucolica eo ſucceſſu " [Virgilius] edidit, ut in SCENA quoque per " CANTORES crebra pronunciatione recitaren- " tur." Anne vult Donatus AGERENTUR? Locum ita explicat doctiſſimus longe Salmaſius. " Nec ſolum Homeri carmina ſed etiam Archi- " lochi, &c. &c. a Rhapſodis cantitata et ACTI- " TATA ſunt. — Ῥαψῳδοὶ alienorum carminum " ſunt ACTORES. Idem apud Latinos videtur " factum. Auctor Vitæ Virgilii. *Bucolica eo* " *ſucceſſu edidit, ut* IN SCENA QUOQUE *per* " *cantores crebra pronunciatione recitarentur.* In- " telligit Ῥαψῳδοὺς τῶν βουκολικῶν Virgilii." Plinian. Exercitat. in Solin. Tom. i. pag. 609. a. D. edit. Traject. 1688.

2 Inſtitut. Poet. L. iii. c. 8. §. 15.

3 Heinſ. Lect. Theocr. p. 311. 316.

4 Architect. L. v. c. 8.

et

"et verosimiliter ea ipsa est de qua vult hic loqui Vitru-"vius [1]." Atque hinc vides, præter ea superius allata, cur Scenam Bucolicis propriam minime descripserint veteres: quoniam videlicet illis inserviebat Satyrica [2].

Vides hypothesin hanc nostram repudiare prorsus et e medio tollere decantatissimam illam, quæ tamdiu hominum mentes insedit, opinionem de Ætate Aurea. Dicendum tamen quid illi commento ortum dederit; quamque futile sit et falsum, si jam dicta minime pro veris habeantur, ostendendum paucis. Apud bucolicos scriptores amœnissimæ pulcherrimæque rerum imagines repræsentari solent: Omnigenorum fructuum permagna ibi vis est et copia: cum pingues agni sunt, tum pascua florentissima. Quicquid e speluncis, fluminibus, arboribus, capi possit oblectamenti, luculente describitur. Interea mortalium gens exhibetur, sortem ultra humanam felix, otioque pæne divino florens; in mediis commoditatibus et bonis ruris uberrimi, nihil pensi habens nisi de coercendis et curandis ovibus; amori, carminibus, et cantui dedita; omnium expers scelerum, vitæque integerrimæ. Præclara hæc et beata, quæ vix ullibi terrarum sive unquam crederes extitisse. Ea igitur grammatici, in primisque Donatus [3], cum nodum non aliter expedire poterant, ad fabulosum aliquod sive fortunatum sæculum, quod Aureum dixere, nullo negotio retulere. Qui sane cum hac ratione rem non valde difficilem interpretati fuere, ipsius in genere poeseos, speciatimque de qua loquor bucolicæ, vim, naturam, et propositum, parum recte æstimasse

1 "*J'aurois pu traduire* scenam satyricam *la* "*Scene Pastorale; et vraysemblablement c'est elle* "*dont Vitruve entend icy parler.*" In Notis ad Gallicam ejus metaphrasin Vitruvii. De topiario opere, vid. Plin. Nat. Hist. xv. 30. Tull. Epist. Quint. Fr. iii. 1. c. 2. — iii. 3. c. 2. Plin. Epist. iii. 19. Quod affert Scaliger non huc pertinet. "Nam cum priscæ [scenæ] e ramis ac "frondibus constitutæ fuissent cum racemis et corymbis, &c. Poet. L. i. cap. 21. pag. 87. edit. 1581.

2 Ita neque Scenam, verbi gratia, Pantomimicam descripserunt. Ratio est, quod cum fabulæ quas saltabant Pantomimi, vel tragicæ essent vel comicæ, utebantur in eas apparatu vel tragico vel comico.

3 In Vita Virgil.

videntur

videntur et intellexiſſe. Omnem poeſin imitando conſtare notiſſimum eſt. Eo proſpicit bucolica poeſis, ut quæ dicta vel facta ſunt apud paſtores imitetur. Hoc tamen illa ita agens ut delectare poſſit, in ipſa, ſive reali, veritate exprimenda, quæ legentibus injucunda nonnunquam foret et ingrata, minus occupatur. Effingit ergo, ſi dicere fas ſit, idealem quandam veritatem, quæ quidem a reali illa altera adeo non abhorret, ut ex eadem plane componatur et omnino conſtituatur. Res interea non quales ſunt, ſed ex deſiderio ſuo, depingit. Quod egregium pulchrumque ediderat natura, miro imitationis artificio, perfectius adhuc et ſpecioſius efficit; idque præſertim curat, ut quæ ſparſa ſunt locisque diviſa, colligantur et quaſi conſtringantur: ut nimirum,

Speluncæ, vivique lacus, et frigida Tempe,
Mugituſque boum, molleſque ſub arbore ſomni,

una conjunctimque reperiantur. Paſtoralis denique Muſa, quæ ſordida inter paſtores occurrunt et indecora, ſupprimens et celans, omneſque quæ ruri deprehenduntur ubicunque veneres inveſtigans et arripiens, illud providet, ut abſolutior quædam naturæ pulchritudo, rerumque ſpecies, poſſit exiſtere. Atque hinc factæ ſunt jucundæ illæ imagines, hinc deliciæ illæ ſuavitate omni conditæ, quæ nos tantopere paſtoribus invidemus. In hoc conquiſitiſſimo delectu conſtat Arcadia illa beatiſſima, ſive ſæculum aureum, de quo tot fabellæ prodiere. Quo quidem reſpectu poeſis omnis, ex inſtituto ſuo, auream quandam repræſentat ætatem: quippe quæ homines magis illuſtres, eventus ampliores, reſque meliores ac revera ſunt, oſtentare conſuevit.

Illud profecto non ſatis diligenter advertens Trappius, vir alias eruditi judicii, mihique ſemper honoris cauſa commemorandus, de paſtorali poemate diſſerens, hæc præcepit. " Paſtorale poema noſtris ætatis ſcriptoribus minus conve-

"nit; propter immutatam prorſus a primis mundi ſæculis "rerum et vitæ humanæ conditionem. Cum enim, extra "plebem miſeram atque inhoneſtam nulli nunc ſint paſto-"res, nimis dura et coacta videtur proſopopoeia; vel paſto-"ribus qui nunc ſunt elegantiam aut eruditionem quan-"tumvis exiguam affingere, vel divites et doctos ſub paſto-"rum ſpecie inducere. De facto hæc omnia veritati eſſe "contraria univerſis notiſſimum eſt, ideoque nullus fictioni "reſtat locus; ac proinde ipſum hujus poematis fundamen-"tum tolli videtur, prout noſtris temporibus accommoda-"tur[1]." Hæc Trappius. Cæterum ſi concedamus immutari prorſus a primis mundi ſæculis rerum et vitæ humanæ conditionem, nulloſque hodie paſtores exiſtere præter plebem miſeram atque inhoneſtam; ſi tamen reſpiciamus interea, qui ſit poeſeos ipſius uſus et conſilium, res nempe non quales ſunt, ſed quales eſſe debent, exhibere: non adeo dura videbitur et coacta proſopopoeia. Fateor equidem quamplurima in paſtorali carmine repræſentata, de facto veritati eſſe contraria, vel ſaltem valde diſſimilia. Qua vero ratione rite colligi poſſit exinde nullum idcirco fictioni reſtare locum? Eodem modo in Tragœdia fit repræſentatio veritati et facto contraria vel diſſimilis; non tamen eam ob rem naturæ et proprietati diſconvenit imitatio dramatica. Hoc quidem pacto nemo ſanus hodie ſcriberet tragœdias; quoniam in vita ipſa non exiſtunt heroes cothurnati, qui metro magnifice loquuntur. Nimirum in hac et in illa ſpecie archetypum quendam, ſive exemplar, imitatur poeta, non qualem vidit, ſed qualem vellet.

Agendum nunc de paſtoribus, ſive perſonis, quibus partes in veteri Græcorum bucolica poeſi rite tribuebantur. Fuere illi Bubulci, ſive qui boes, Upiliones, ſive qui oves

1 Prælect. Poetic. xiv. ad calc.

curabant,

curabant, et Caprarii [1]. Hæc distinctio, quæ vulgo minus nota et intellecta hactenus, diligenter animadvertenda est et tenenda in legendo Theocrito, bucolicorum poetarum summo. Horum dignissimi erant Bubulci, a quibus nempe Pastoralia nomen illud generale BUCOLICA jam etiam olim sortiebantur et assumebant [2]. Quinimo divitiis et possessionibus cæteris longe antecellere visi sunt. In Idyllio vigesimo septimo Theocriti, Daphnis sub specioso Bubulci nomine se puellæ commendat.

Ταν πινυταν Ἑλεναν Παρις ἡρπασε ΒΩΚΟΛΟΣ αλλος.

Μαλλον εμ' ἡδ' Ἑλενα τον ΒΩΚΟΛΟΝ εστι φιλευσα [3].

Postea non solum armenta sua puellæ in dotem se daturum promittit, sed nemora etiam et pascua.

Πασαν ταν αγελαν, πανθ' ΑΛΣΕΑ και ΝΟΜΟΝ ἑξεις [4].

Dein dicit puella, quæ Capraria erat, se mox invisuram talia BUBULCI sui bona.

ΑΙΓΕΣ εμαι βοσκεσθε· τα ΒΩΚΟΛΩ εργα νοησω [5].

Magna illa et grandia, quæ sunt BUBULCORUM nempe, longeque ultra suam conditionem. In vigesimo, miratur fastidium urbanæ puellæ pastor, indignaturque se contemni quod Bubulcus fuerit.

Ευνικα δε μονα τον ΒΩΚΟΛΟΝ ουκ εφιλασεν [6].

In eo porro sita est et consistit pastoris expostulatio illa [7].

——— Κ' ουποτ' ακουεις

Ως καλος Διονυσος εν αγκεσι ΠΟΡΤΙΝ ελαυνει.

Ουκ' εγνω δ' ὁτι Κυπρις επ' ανερι μηνατο ΒΟΥΤΑι.

* * * * * * * * * *

1 Vide grammaticorum Præfatiunculas Græcas præfixas Theocrito. Possent quartam infimamque conficere classem Mercenarii; quorum omnis fere in convitiis sermo. Adhibentur in quarto et quinto Theocriti.

2 Ita grammaticus a nobis primum editus inter Præfatiunculas Græcas Theocriti. Εκ του κρειττονος μερους ταυτα των τετραποδων ΥΠΕΓΡΑΦΗΣΑΝ.

3 V. 1.

4 V. 33. Immolaturum se VITULAM Amori, et BOVEM Veneri, spondet. v. 63. Quod non temere prætereundum.

5 V. 46.

6 V. 42.

7 32. seq.

Ενδυμιων

Ενδυμιων δε τις ην; Ου ΒΟΥΚΟΛΟΣ; ουδε Σελανα
ΒΟΥΚΟΛΕΟΝΤΑ φιλασεν. ———
* * * * * * * * * *

Και τυ, Ῥεα, κλαιεις τον ΒΩΚΟΛΟΝ. Ουχι δε και τυ,
Ω Χερνιδα, δια παιδα ΒΟΗΝΟΜΟΝ αυτος επλαγχθης;

In cantu quoque Bubulcorum major dignitas. In Idyllio octavo, Daphnis orditur Αοιδαν ΒΩΚΟΛΙΚΑΝ. Ubi ſcholiaſtes Græcus, Ωιδην ΒΟΥΚΟΛΟΙΣ ἉΡΜΑΖΟΥΣΑΝ [1]. "Cantilenam "Bubulci gradui et conditioni, meliori illi et decentiori, "convenientem." In nono etiam Daphnis jubetur ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΔΕΙΝ, quaſi grande quiddam; et ut prior, quaſi ex decoro, cantilenam incipiat [2]. Proximum vel ſecundum locum obtinuerat Upilio, ſive qui oves curabat. Eſt idem qui in Idyllio prædicto Daphnidi concedit, ut primus certamen ineat [3]. Non magnis opibus ſe jucunde ſatis habebant hoc genus paſtorum: nedum ut nemora ſua et larga paſcua creparent. Inferior adhuc ordo Caprariorum [4]. Amictu ſatis ſordidos fuiſſe, nec munditiei valde deditos, colligere eſt ex habitu Lycidæ, in Idyllio ſeptimo [5]. Objicit in primo, Priapus Daphnidi, quod parum ſibi in amore temperans, imi-

1 Ad v. 31.

2 Viderat hanc diſtinctionem paſtorum Theocriti Longus, eamque ſæpe accurate notat. Inducit ille Philetam paſtorem, qui ſciebat fiſtula canere, quid bobus, quid ovibus, quid capris competeret. "Εσυριττεν ὁσον βοων αγελη πρεπον, οιον "αιπολιῳ προσφορον, και οιον ποιμνιαις φιλον. Τερπ- "νον ην το ποιμνιων, ΜΕΓΑ ΤΟ ΒΟΩΝ, οξυ το "αιγων. Ὁλως ΠΑΣΑΣ ΣΥΡΙΓΓΑΣ μια συριγξ "εμιμησατο." Paſtoral. Lib. ii. pag. 83. edit. Jungerman. Porro Ariſtides Quintilianus diſtinguit fiſtulas upilionum et caprariorum. "Ἡδονη ισχυρον "δελεαρ, ἡ και τα αλογα των ζωων αλισκεται, ὡς "δηλουσι ποιμενων τε ΣΥΡΙΓΓΕΣ, και αιπολων "ΠΗΚΤΙΔΕΣ." De Muſica. Lib. ii. pag. 66. Vol. ii. Antiq. Muſic. Auctor. edit. Meibom. Diſtinguit etiam upilionum et caprariorum melos Julius Pollux, L. ix. §. 12. "Ειποις δ' αν "και αγροικον μελος, και αγροικην μουσαν, την των "ΑΙΠΟΛΩΝ τε και ΠΟΙΜΝΙΩΝ."

3 Hujus generis erat Cyclops. Ditior cæteris quidem ejus generis, dignitatemque præ ſe ferens ſibi peculiarem. Appellatur tantum Ποιμην. Nunquam ejus ARMENTA memorantur. Vid. Schol. ad Idyll. Theocrit. vi. 7.

4 Hunc ordinem deſcripſit ipſe Theocritus, Idyll. i. 80.

Ηνθον τοι ΒΩΤΑΙ, τοι ΠΟΙΜΕΝΕΣ, ὩΠΟ-
ΛΟΙ ηνθον.

Quin et Donatus, in Vita Virgilii. "Tria ſunt "paſtorum genera quæ dignitatem in Bucolicis "habent. Quorum qui minimi ſunt, Αιπολοι di- "cuntur a Græcis: iidem a nobis Caprarii. "Paulo honoratiores qui Ποιμενες, id eſt Upilio- "nes, dicuntur. Honeſtiſſimi et maximi, Βουκο- "λοι, quos Bubulcos dicimus."

5 V. 13.

taretur

taretur alicujus Caprarii mores libidinoſos, nec jam Bubulci nomine dignus eſſet.

ΒΩΤΑΣ μαν ελεγευ, νυν δ' ΑΙΠΟΛΩ ανδρι εοικας [1].

Pari opprobrio Polyphemus, Ovium paſtor, vellicatur.

Βαλλει τοι, Πολυφαμε, το ποιμνιον ἁ Γαλατεια
Μαλοισιν, δυσερωτα τον ΑΙΠΟΛΟΝ ΑΝΔΡΑ ΚΑΛΕΥΣΑ [2].

Jam paupertas eorum patet, et notatur a Theocrito; ubi Comatam ſalſe defricat Lacon, quod herus ejus Eumaras non haberet pellem, caprinam nempe, in qua dormiret.

Ουδε γαρ Ευμαρα τω δεσποτη ης τοι ενευδειν [3].

Quinetiam Caprariis indoles illiberalior longe, moreſque inculti magis, ut ad rixas parati ſemper eſſent, nec unquam careret ipſorum ſermo obſcœnitate et turpitudine. Cujus fæditatis et maledicentiæ ſingulare eſt et inſigne exemplum Idyllium Theocriti quintum [4]. Denique quam ſimplex fuerit, et in omni re rudis hæc gens, ad exemplar Theocriti, vult oſtendere Longus Sophiſta: ubi Paraſitus nequiſſimus Daphnida, formoſiſſimum puerum, facile ſe ludificari poſſe ſperat, et ad vota ſua flexurum, quod Caprarius eſſet. "Επιθεσθαι διεγνω τω Δαφνιδι, και πεισειν ωετο ραδιως, ως ΑΙΠΟΛΟΝ [5]." Ita apud eundem Longum metuunt ruſtici ne infantes modo reperti ab homine paupere futuri eſſent CAPRARII, cum tamen fortunam ex faſciis ſibi meliorem promitterent [6].

1 V. 85. Ubi optime, et ad rem noſtram ſcholiaſtes. ſc. v. 87. "Ουκ' αξιως της σεαυτου "ΤΑΞΕΩΣ διετεθης. ΒΟΥΚΟΛΟΣ γαρ ων ωφειλες "ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΗΣ ειναι, και γενναιως τας ερω-"τας, και τα συμπιπτοντα δικαιως φερειν. Νυν δε, "ως εοικεν, ΕΛΕΓΟΥ μονον ΒΟΥΚΟΛΟΣ, τη αλη-"θεια δε ουκ' ει, ΜΙΚΡΟΠΡΕΠΩΣ διακειμενος, και "τοιαυτα παχων οια αν ΑΙΠΟΛΟΣ ανηρ επαθε."

2 Idyll. vi. 6. Etſi capras etiam paſceret Cyclops. Sed eminentior ejus character ποιμενικος. Vulgare illud, puto, convitium.

3 Idyll. v. 10.

4 Ubi tamen adhibetur ſervus caprarii. Sed, ut par eſt, magiſtri mores refert.

5 Paſtoral. L. iv. pag. 154. edit. Jungerman.

6 Lib. i. p. 9. edit. Jung. Ubi etiam, paulo ſuperius, ſomnium monet, ut puer repertus paſceret capras, puella, quod ſexui decorum magis, oves.

Ita conſtitutis et ſeparatim deſcriptis Paſtorum tribus illis generibus, apponam nonnulla alia horum characterum diſcrimina et notas, unde non modo nova lux ſed etiam novus lepos plurimis Theocriti locis oboriri poſſit. In Idyllio octavo, magna carminis venuſtas conſtat in diverſitate characteris quæ fit inter Bubulcum et Upilionem. Boves paſcit Daphnis, oveſque Menalcas; et uterque in alluſionibus faciendis negotium proprium reſpicit. Alterius provinciam nunquam invadit alter. Hoc minutius oſtendere, totum eſſet Idyllium exſcribere. Vide tamen ut ex officio ſuo et charactere comparationes pulcherrime ducat Bubulcus. "Dulcis inquit vox eſt VITULÆ, dulcis etiam ſpiritus. Sua-"viter mugit et VITULUS, et VACCA ſuaviter[1], &c." Mox inquit Menalcas[2], OVIUM ubera ubique lacte turgeſcere, et teneras PECUDES ſaginari, cum pulchra puella advenerit. Reponit Daphnis, quando diſceſſerit formoſus Milo, areſcere protinus et VACCAS, et QUI eas paſcunt. Denique maxima cum proprietate Caprarius in judicium adductus, quem apud HÆDOS canis albus latrabat[3], mutilatam cornibus CAPELLAM victori tribuit[4]. In Idyllio nono, jactat Daphnis Bubulcus, torum ſibi ſtructum a pulchris pellibus ALBARUM VACCARUM[5], quas arbutum rodentes Lybs e ſcopulo dejecerat: cui ſubinde Menalcas[6] opponit VELLERA ſua[7], quæ, ex ovili nempe petitum ſupellectile, magna copia ſibi ad pedes et caput in antro jacebant. Diverſa etiam numina diverſis hiſce paſtorum generibus. Pana, tanqaum magiſtrum ſuum ſive præceptorem in cantandi ſive fiſtulandi arte[8], Ca-

1 V. 76. Confer Idyll. ix. 7.

2 V. 41. ſeq.

3 V. 27.

4 V. 86.

5 V. 10.

6 V. 18.

7 Ita apud Idyll. v. 56. Inquit caprarius Comatas, ſuas caprinas pelles longe molliores eſſe agninis illis upilionis Laconis.

8 Promittit Thryſis, apud Idyllium primum, caprario, proximum cantandi præmium poſt Pana. v. 4. "Qui ſi cornutum HIRCUM acceperit, "tu CAPRAM." Donat poſtea caprarius μεγα Κισσυβιον. Et optimum ſane argumentum eſt, ut legamus, v. 56. ΑΙΠΟΛΙΚΟΝ, pro Αιολικον, quoniam donatur ab Αιπολῳ. Ita et offert Capram, donum characteri ſuo congruum. Aliter hæc intelleximus alibi. Lector dijudicet.

prarii

prarii ſuſpiciebant et venerabantur. Contra Bubulci et Upiliones diſcipuli erant Muſarum et Apollinis [1]. In Idyllio primo [2], Upilio Thyrſis invitat Caprarium in ſedile ſuum ΠΟΙΜΕΝΙΚΟΝ, rogatque ut ludat fiſtula. Reſpondet Caprarius, non hoc ſibi licere meridie cum Pan dormiret, quem metuebat ut deum ſuum [3]: fas tamen idem eſſe Thyrſidi Upilioni, qui non æque obſtrictus tenebatur ea religione [4]. Nam poſtea rite ille invocat Muſas, ut ſibi canenti propitiæ eſſent [5]. Ita quoque cantum deſinit.

Σπεισω ταις ΜΩΣΑΙΣ. Ω χαιρετε πολλακι ΜΩΣΑΙ [6].

Quinetiam poſtquam Thyrſis, ſive ΠΟΙΜΗΝ, promiſerat Pani hircum, et Caprario, qui Panis erat, capram; ita deinde caprarius pollicetur Muſis oviculam, Thyrſidique, qui Muſarum erat, agnum ſtabularium [7]. In Idyllio quinto, inquit Lacon Upilio,

Και γαρ εμ' ΩΠΟΛΛΩΝ φιλεῖ μεγα. ———

Quod vero autumat in præcedenti diſticho Comatas, ſe Muſis cariorem eſſe ipſo Daphnide, id dictum plane ex Caprarii vanitate et jactantia. Jurabant porro per Daphnidis dolores, ut in eodem Idyllio Lacon, Upiliones et Bubulci. Pænam autem Melanthii Homerici ſibi optat Caprarius Comatas. Quod ΑΙΠΟΛΙΚΟΝ omnino juramentum. In exordiis nonnullorum Idylliorum, paſtorum qui loquentes inducuntur, ſive Bubulci, ſive Upiliones, ſive Caprarii eſſent, conditionem gradumque deſignare ſolet Theocritus; et in ipſo jam limine monere qualibus e perſonis conſtet drama.

1 Qui Bubulcus etiam fuit.

2 Vid. v. 14. ſeq.

3 Ita jurat per Pana Caprarius, Idyll. v. 141. Erat ipſe porro caprarius, et ab epigrammatiſtis αιγιβοτας dicitur ſæpius. Ita quoque puella jurat per Pana, Idyll. xxvii. 50. Namque paſcebat illa capras. v. 46. Ita et ibi χαρακτηριστικως opponitur paſtori τῳ ΒΟΥΚΟΛῼ.

Daphnis, celeberrimus ille apud veterum paſtoralia, erat ΜΟΥΣΑΙΣ φιλος ανηρ. Idyl. i. 141. Erat autem Bubulcus, ſive paſtor boum. Ibid. 86. 92. 113. 116. 120. 121. &c.

4 Vid. D. Heinſ. Lect. Theocrit. c. ii. pag. 295. edit. Commelin.

5 Αρχετε βωκολικας, ΜΩΣΑΙ ΦΙΛΑΙ, αρχετ' αοιδας.

6 V. 144.

7 V. 9.

Veruntamen

Veruntamen hæc diſcriminatio paulatim evanuit, locumque ceſſit generali nomini et ideæ PASTORIS: cum jam ceſſabant poetæ ex ipſa vita reali ſcribere paſtoralia. Etiam deſiit in Moſchi Bioniſque carminibus [1]; ut ſolus veræ et genuinæ poeſeos exemplar bucolicæ Theocritus reliquiſſe videretur. Atqui multum varietatis et gratiæ antiquis Bucolicis acceſſiſſe ex hac oppoſitione characterum putaveris; unde magna et jucunda morum, ſermonum, cantuumque, diverſitas. Hac laude omnino deſtituitur Virgilius; hac etiam deſtituta recentiora omnia Paſtoralia, perſonarum ſimilitudine perpetua, ſive identitate, lectores obtundunt.

Nec prætereundum putamus, etſi non prolixius inveſtigandum, quod traditur de Metro Bucolico. In pangendis verſiculis caviſſe videtur Theocritus, ut pes quartus eſſet dactylus; ita ut demptis duobus in fine pedibus tragicum Tetrametrum fiat. viz.

Ἁδυ τι το ψιθυρισμα και ἁ πιτυς. ——

Ἁ ποτι ταις παγαισι μελισδεται. ——

Cujus conſtructionis ſunt omnes Idyllii primi, exceptis viginti et ſeptem. Omnes etiam ſecundi, præter novem. Ex hac circumſtantia concludit Heinſius, illa carmina eſſe mera Bucolica [2]: cum longe alius ſit carminum curſus in Ptolemæo, verbi gratia, et Charitibus [3]. Hac de re ita etiam ſtatuit, peritiſſimus arbiter, Valckenarius, in erudita Epiſtola ad M. Roverum. "Verſum dactylicum dici debere Buco-"licum, ſi duobus pedibus poſtremis reciſis, remaneret te-

1 Niſi quod in Moſchi Epitaphio Bionis, propter dignitatem puto, ſub Bubulci charactere Bion adumbretur. Vid. ver. 20. 23. 83. Ubi, carus erat ARMENTIS. Eum plorant VACCÆ, quæ verſantur apud TAUROS. Suavem VITULAM mulſiſſe dicitur.

2 Ut et cætera octo, quæ, cum duobus illis, habet tantum pro Bucolicis Theocriti. "E tot "Theocriti, inquit, quæ hic habemus, fere ſola "hæc imitatus eſt Virgilius: et, ſi unum aut "alterum excipias, ex aliis nullum; niſi quate-"nus diverſi etiam inſtituti poetas. Quod mag-"no argumento eſt cum paucis aliis ſeorſim hæc "edenda eſſe." Hoc alibi attigimus. Confer Heinſii Ariſtarch. Sac. pag. 816. edit. Elzev. 1639.

3 Lect. Theocrit. c. i. pag. 293. Idem cenſet Maurus Terentianus, col. 2430. Necnon Donatus, Vit. Virgil. Servius, Ecl. i. Virgil. Diomedes, Plotius, &c.

"trameter, qui clauderetur dactylo, terminante partem ora-
"tionis atque adeo Alcmanicus[1]." Porro laudatur Bucolicum carmen, certe numerosius erit, si primo loco sit dactylus, et pedem absolvat[2].

Quod attinet ad poetas Bucolicos Græcos quorum scripta ad nos pervenere, prætereo Bionem et Moschum, venustos sane et festivos Pastoralium carminum auctores; et ad Theocritum festino, qui princeps hoc genus, ut jam monuimus, ornavit. Quem quidem nulla ratione me commodius expendere et dijudicare posse confido, quam si cum Virgilio brevissime conferam. Et profecto nobilem præcipuumque puto Theocritum in circumstantiis illis, sive adjunctis, apte seligendis et adhibendis, quæ levissimæ licet et ab aliis prætereundæ, rem aliquam distinctius exprimunt et apertius exponunt. Permulta occurrunt apud Theocritum suavissima hoc genere et βȣκολικωτάτα, quæ non ausus est in Latinam poesin transferre fastidiosus Virgilius; quas nimirum non facile tulissent teretes Romanorum aures. Nihil supprimit aut dissimulat Theocritus, quod solent ætatum politiorum poetæ: omnia minute describit et enarrat. Hinc est quod tenuis et exilis sit Maro, quando Theocritus, eandem rem tractans, et plenus sit, et copiosus, et multiplex: quod hic res exprimat, ille tantum indicet. Poetæ Siculi nonnunquam concinnas magis descriptiones imitando reddidit Romanus; quæ tamen ideo pulchræ erant, quod erant inconcinnæ. Expolivit ille quod non debuerat expoliri. Castigatior Theocrito, comptior, enucleatior, elegantior for-

1 Pag. 15. Leovardiæ, 1747.

[r] Hanc bucolici metri rationem diligenter observasse Virgilium, ejus difficultate deterritum, testis est Donatus, in Vit. Virgil. Ita quoque de Theocrito loquens Maurus Terentianus.

Jugiter hanc legem toto prope carmine servat:

Noster rarus eo pastor Maro. ——

Quid tamen profecerit hac in parte Virgilius, versiculis ipsis numeratis et æstimatis accurate satis ostendit Valckenarius. Quot etiam in Theocrito ad normam suam tornati. Ibid.

2 Confer Voss. Institut. Poetic. L. iii. c. 8. §. 10.

tasse, merito possit haberi Virgilius: imaginum et varietate et vi, nec raro venustate, clarior Theocritus. Hunc eruditiorem populi Romani gustum, tum præcipue limatiora illa Virgilii et subtiliori genere facta Pastoralia respiciens Quintilianus, istam de Theocrito satis invidiose, certe minus æque, sententiam tulit. "Musam illam [Theocriti] rusticam et pastoralem, non forum modo, verum ipsam etiam urbem reformidare [1]." Profecto Pastoralia scribens Virgilius affectata utitur et arcessita Musa, alienam quasi personam sustinet: Theocritus vero suam. Mores populares alter; aliunde mutuatos et acceptos exhibet alter. Rem pastorum ex alterius imitatione descripsit Virgilius, ex ipsa vita Theocritus. Quanquam enim, quos exprimeret, apud Italos agens Virgilius ob oculos pastores [2] habuerit, veruntamen celebris magis et exculta fuit apud Siculos vita et conditio pastoritia. Vigebat inter eos, ut plurimum, curatio cultusque pecorum; quibus alendis apprime respondebat insignis loci fertilitas, agrorumque bonitas. Hinc fortiores et frequentiores ingerebantur in oculos Theocriti, Siculi hominis, imagines Bucolicæ: hinc crebræ illæ et naturales, si loqui liceat, allusiones, quibus nos in isto poeta volvendo tantopere delectamur: a rebus ipsis nimirum, sive objectis expetitæ, quas quotidie viderat et noverat ipse, quibuscum-

1 Instit. Orat. L. ix. c. 2.

2 Non certe diversa illa pastorum genera, de quibus supra egimus. Hinc nonnulla apud Virgilii Eclogas sine proprietate dicta, et characteris convenientia, ex imitatione et studio Theocriti. Ut Ecl. v. 32. Ubi inquit Mopsus pastor,

> Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvæ,
> Ut gregibus TAURI, segetes ut pinguibus arvis.

Rursum, Ecl. iii. 100. Ubi Damætas,

> Eheu, quam pingui macer est mihi TAURUS in arvo.

Sed nullum per totam Eclogam servatur pastoralis characteris discrimen. Quanam proprietate dicit Damætas? 85.

> Pierides VITULAM lectori pascite vestro.

Cui respondet Mopsus.

> Pollio et ipse facit nova carmina: pascite TAURUM.

An Bubulci, an Upiliones, an sint Caprarii, nescimus. Nec vidit, puto, Virgilius classes hasce diversas pastorum. Theocritum imitans, inquit de moribundo Gallo, Ecl. x. 19.

> Venit et UPILIO, tardi venere BUBULCI.

Ubi postponitur quidem Bubulcus. Adjicit statim, versu sequenti, pastorem nullius ordinis,

> Uvidus hyberna venit de glande MENALCAS.

Sed hoc tantum, ut aliis accendam facem.

que

que familiariſſime verſatus eſt. Uno atque altero exemplo perſpiciamus, quam parum feliciter mores Siculos ſub ſpecie Romanorum paſtorum Virgilius expreſſerit.

Apud Theocritum talia cecinit Cyclops.

> Και γαρ θην ουκ' ειδος εχω κακον, ώς με λεγοντι,
> Η γαρ πραν ες ΠΟΝΤΟΝ εσεβλεπον, ης δε γαληνη.
> Και καλα μεν τε γενεια, καλα δε μευ ἁ μια κωρα[1].

Eadem, Corydone loquente, Virgilius imitatus eſt.

> Nec ſum adeo informis; nuper me in litore vidi
> Cum placidum ventis ſtaret mare[2]. ———

Quæ tamen Cyclopi, non itidem Corydoni, conveniunt. Sive fonte ſive fluvio, pro ſpeculo nempe, Corydon homuncio debuerat uti. In Theocriti perſona illa, quam veriſſime et accommodate ad ſitum, ad χαρακτηρα, referuntur omnia. In oceanum, tanquam ſpeculum, aptiſſime Cyclops ille immanis, formaque humana major, inſpicit, tum præſertim qui marino in littore verſabatur et agebat aſſidue. Quin cum dicat Corydon magnam ſibi vim lactis ſuppetere, nec æſtate nec frigore deeſſe, ea minus recte tribuuntur paſtori, vitæ civilis et domeſticæ diurnis copiis et commoditatibus utenti: optime autem Polyphemo, cujus ferina conditio poſtulabat, ut talia haberet ſibi in longum tempus condita et repoſta. Præterea quod jactat Corydon, ſe ditiſſimum eſſe nivei pecoris, ut poſſideret mille agnas in Siculis montibus errantes, cantandique eſſe peritiſſimum, longe convenientius de Cyclope prædicata puto; cujus notiores longe erat paſtorales divitiæ, fiſtula ludendi peritia valde celebris et inſignis, character denique Bucolicus eminentior. Eadem de Corydone Virgiliano, omnium hominum paſtorumque obſcuriſſimo, nunquam credere fuimus edocti. Eodem modo Cyclopis

1 Idyll. vi. 34. 2 Ecl. ii. 25.

hirſutum

hirſutum ſupercilium minus feliciter tranſtulit ad alium paſtorem Virgilius. In dicto Theocriti carmine, inquit Cyclops.

> Ηρασθην μεν εγωγε, κορα, τεῦ [1], ἁνικα πρᾶτον
> Ηνθες ἑμα συν ματρι, θελοισ' ὙΑΚΙΝΘΙΝΑ ΦΥΛΛΑ
> Εξ ορεος δρεψασθαι· εγω δ' ὁδον αγεμονευον.

Quæ reddidit Maro.

> Sepibus in noſtris parvam te roſcida mala,
> Dux ego veſter eram, vidi cum matre legentem.

De quibus Scaliger, in ſcriptis antiquorum ſatis verſatus, antiqui nihil unquam ſapiens. "Nonne melius *Mala*, quam "*Folia Hyacinthi?* Petuntur enim magis hyacinthi Flores "quam Folia. Et in Montibus infrequentior hyacinthus [2]." Attamen haud ſcio annon agreſtiora ſunt *Folia hyacinthi* quam *Mala*. Quin et ſuavioris quiddam ſimplicitatis ineſt in *foliis*, quam in ipſis *floribus*, hyacinthi petendis: quæ præterea deſertis montibus quærere quiddam magis ruſticum ſapit, quam Mala in ſepibus. Nec magis dextre rem geſſit Virgilius in Poculo Theocriti recoquendo. Neque enim vidit aut intellexit Maro quale vas Theocritus deſcriberet, quod nempe non erat ejus ætatis aut patriæ. Hinc CISSYBIUM illud capaciſſimum, paſtoribus Siculis lacte, vino, aut quocunque alio potu ingurgitandis aptum, in duos cantharos convivales contraxit; quos magno ſculpturæ apparatu, nimioque, ſaltem ſi formam minorem ſpectes, ornavit.

1 Mavult eruditus vir, pro κορα, τευ, ΚΟΡΑΣ τευ. *Puellulam te jam amare cœpi, cum primum, &c.* Habet et Virgilius, quod ad amuſſim quadrat cum hac emendatione, *Parvam Te.* Ita fere pro *virguncula* adhibetur V. ΚΟΡΗ, apud Longum. "Τοσουτον δε κρατει τη Χλοη το αφελες ἠν "ὩΣ ΚΟΡΗ, &c. *Tanta profecto tenebat ſimplicitas Chloen* utpote puellulam, &c." Paſtoral. L. ii. pag. 87. edit. Jung. Cujus autem ætatis eſſent et Daphnis et Chloe, facile patet e prædictis. Αλληλους εφιλουν, περιεβαλλον, κατεκλινοντο. Και ΟΥΔΕΝ ΔΡΑΣΑΝΤΕΣ ΠΛΕΟΝ, ανισταντο. Ibid. pag. 86. Specioſæ tamen emendationi videatur obſtare quod ſequitur, v. 30. Γινωσκω, χαριεσσα ΚΟΡΗ. Sed hæc obiter.

2 Poet. L. v. c. 5. pag. 637. edit, ut ſupr.

Sed

Sed hoc factum ſtudio venerum Theocriticarum; quas hic forte feliciter imitatus eſſet, ſi ejuſdem generis poculum cogitaſſet. Quomodo Maronem ſæpius peccaſſe, facile eſt oſtendere.

Ut dicam paucis quod ſentio. Similis eſt Theocritus amplo cuidam Paſcuo, per ſe ſatis fæcundo, herbis plurimis frugiferis floribuſque pulchris abundanti, dulcibus etiam fluviis uvido: ſimilis Virgilius Horto diſtincto nitentibus areolis; ubi larga florum copia, ſed qui ſtudioſe diſpoſiti, curaque meliore nutriti atque exculti diligenter, olim huc a paſcuo illo majore transferebantur.

VITA THEOCRITI.

SCRIPTA A JOSUA BARNESIO, CANTABRIGIÆ GRÆCÆ LINGUÆ PROFESSORE REGIO. NUNC PRIMUM EDITA [1].

I. *Quando natus Theocritus et ex quibus.* II. *Confirmatur ex MSS. Dorica lingua Vetus et nova.* III. πλειας Τραγωδων. *Theocritus omnibus coævis poetis ſuperior. Alter a Theocrito Chio. Ipſe de ſeipſo. Bucolicorum omnium princeps.* IV. *De fictitio nomine* Simichidas. V. *Male cum Moſcho confunditur.* VI. *Contra, ex ipſo Moſcho Fragmentum Moſcho reſtituitur.* VII. *Amplius de illo* Supplemento, *quod ſit genuinum. Per partes explicatur. Theocriti tutores et condiſcipuli. Zenodotus.* VIII. *De tutore Phileta: ejus fragmenta quædam.* IX. *De tutore Aſclepiada: ejus epigramma in Berenices imaginem.* X. *Ovidius noſtrum cum Theocrito Chio male confundit.* XI. *Theocriti noſtri præſtantia in re bucolica. Eum Virgilius imitatur, ut et Euphorionem. Pierii lapſus.* XII. *Theocriti laus, et laudatores antiqui. De Dorica dialecto.* XIII. *Titulus Theocriti genuinus.* XIV. *Theocriti amici. Opera: fragmentum ex Athenæo, ex Euſtathio, ex Caſaubono. Character. Qui de eo ſcripſerunt, aut perierunt, aut latent.*

I. THEOCRITUS poeta Syracuſanus, natus erat Syracuſis, primaria Siciliæ urbe, filius Praxagoræ et Philinnæ; ſub exitu Alexandri Magni, qui mortuus eſt anno primo Olympiadis CXIV [2], teſte Flavio Joſepho contra Apionem [3]. "Αλεξανδρον δε τεθναναι παντες ὁμολογουσιν επι της ἑκατοστης τεσσαρακαιδεκατης Ολυμπιαδος." Floruit vero temporibus Ptolemæorum Lagidæ, et ejuſdem filii Philadelphi; quorum ille quadraginta, hic triginta annis regnabat: fuitque συγχρονος Callimacho Cyrenæo, Lycophroni

1 [Quas notulas hic vides *Uncinis incluſas* adjecit Editor. Cæteras omnes ipſe Barneſius. Porro reperiebatur hoc opuſculum Barneſii inter Scrinia R. Viri ANTONII BLACKWELL, jampridem defuncti; qui nempe meditabatur editionem Theocriti, ſcripſitque inter alia eruditum nec incelebrem librum Anglice, cui Tit. *The Sacred Claſſics Defended*, &c. Ejus ex amiciſſimis erat Joſhua noſter: cujus et in gratiam videtur hanc VITAM condidiſſe.]

2 Vid. Voſſ. de Poet. Gr. p. 57. [Confer Caſaub. Lect. Theocrit. cap. vi. p. 225. et cap. ult. pag. 283. Et Fabric. Bibl. Gr. ii. pag. 430.]

3 Lib. i.

phroni Chalcidenſi, Arato Solenſi, Nicandro Colophonio, Apollonio Rhodio, Philico [1], Homeroque juniore, Myrus Byzantinæ filio: qui ſeptem dicti ſunt ΠΛΕΙΑΣ, quod iiſdem fere temporibus ita in poeſi reluxerint, uti ſtellæ ſeptem in Πλειαδος ſydere.

II. Hanc Theocriti ætatem, inter alia, confirmat nobis MS. Toletanum ab Andrea Schotto tantopere laudatum [2]. "Εγενετο δε ισοχρονος τε τε Αρατου, και Καλλιμαχε, και του Νικανδρου, επι των χρονων Πτολεμαιου Φιλαδελφου. Κεχρηται δε Ιαδι διαλεκτω, και Δωριδι τη νεα. Δυω γαρ εισι, Παλαια και Νεα. Και ἡ μεν Παλαια, τραχεια τις εςι, και ὑπερογκος, και ουκ' ευνοητος· ἡ δε Νεα, ᾗ και Θεοκριτος χρηται, μαλθακωτερα, παρα τε [3] Επιχαρμου και Σωφρονος· ου μην απολιμπανεται και Αιολιδος. *Iiſdem fuit temporibus, cum Arato et Callimacho, atque Nicandro; tempore Ptolemæi Philadelphi. Uſus eſt autem Ionica dialecto, et Dorica Recentiori; duplex enim illa dialectus, Antiqua et Nova. Et Antiqua ſane aſpera quædam eſt, et præturgida, nec intellectu facilis: at Nova, qua et Theocritus utitur, mollior utique, ab Epicharmo et Sophrone uſurpata. Nec tamen reſpuit etiam Æolicam.*"

III. Quod ſupra locutus ſum de Pleiade [4], nihil illud attinet ad ſeptem ejuſdem fere temporis tragœdos, qui et PLEIAS dicti ſunt. Quorum nomina alia Theocriti Scholiaſtes, Hephæſtionis Scholiaſtes alia profert. De qua re Andreas Schottus [5]. Nos de nobiliſſimorum et maximorum ingeniorum Pleiade verba nunc facimus. Cujus princeps Theocritus ab omnibus ſemper habitus: ut qui Lycophrone, perſpicuitate; Callimacho, Nicandro, Philicho, ingenio; Apollonio Rhodio, quoties illi aſſurgere viſum, ſublimitate; omnibus doctrina, longe ſuperior eſt æſtimatus. Nam et Euripidis elegantiam ſæpe aſſequitur, et Homeri ipſius majeſtatem haud magnopere reformidat: propriis tamen viribus confiſus, non veterum poetarum ſcrinia ſuffuratus, imitari optimos in optimis contentus, non compilare. Atque hanc genuinam probi poetæ indolem, alicubi ipſe [6] in epigrammate quodam de ſeipſo, ut ſuam ſibi vendicat, ita canens [7].

1 Ita recte pro Philiſco, ut Voſſius ibid. p. 64. In qua tamen re Andreas Schottus deceptus, Obſervat. L. ii. §. 3. p. 36. "Φιλικος legend. Φιλισκος."

2 Obſervat. Poet. L. ii. c. 50. p. 99. [Quod hic pro fragmento manuſcripto venditant Schottus et Barneſius, extat impreſſum in Aldina editione Theocriti. Vide Præfatiunculas Græcas grammaticorum in hac noſtra editione.]

3 [Forte legendum παρα ΤΗΝ Επιχαρμου. Ut Dorica dialectus lenior dicatur PRÆ ILLA, qua uſi fuerant Epicharmus et Sophron.]

4 [Hac de *Pleiade*, quin et de quatuor ætatibus poetarum Græcorum, egregie Joſ. Scaliger, patrique Julio quam diſſimillime, Opuſc. Ined. Pariſ. 1610. p. 466. In Epiſtol. Cl. Salmaſ.]

5 Obſervat. L. ii. c. 1.

6 [Eſt hoc epigramma Artemidori, non Theocriti, ut ſuo loco diximus.]

7 Anthol. Gr. fol. 518.

Αλλος ὁ Χιος. Εγω δε Θεοκριτος, ὃς τάδ᾽ εγραψα
Εἱς [1] απο των πολλων ειμι Συρακοσιων.
Ὑιος Πραξαγοραο, περικλειτης τε Φιλινης·
Μουσαν δ᾽ ΟΘΝΕΙΗΝ ουποτ᾽ εφελκυσαμην.

Alius est [Theocritus] *Chius. Ego autem Theocritus qui hæc scripsi*
Unus ex plebe sum Syracusana.[1]
Filius Praxagoræ inclytæque Philinæ;
Musam vero alienam *nunquam attraxi.*

Et ita ſane nullum Theocritus, quem in paſtorali carmine ſequeretur, habuit; ut eum omnes Bucolici poetæ ſuum facile principem agnoſcant, et unicum fere ſibi proponant imitandum: nempe veterum Bio et Moſchus, et Virgilius; ac deinceps recentiorum plurimi.

IV. Non deſunt qui patrem Theocrito noſtro Simichum, ſive Simichidam, dictum volunt; quod eo ſe nomine plus ſemel poeta venditare videatur. Verum dicendum, expreſſa poetæ ipſius verba, in præmiſſo epigrammate, ubi omnia plana et ſimplicia haberi debent, quæque patrem illius Praxagoram, matremque Philinnam diſerte aſſerunt, nobis longe pluris æſtimanda, quam ridiculæ leveſque criticorum conjecturæ: cum in majoribus poematiis, et illis temporibus et noſtris etiam, ſemper fuerit mos, vera et propria aliquando nomina, per alia quædam fictitia, ſive ισοδυναμα, ſive ὁμοψηφα, ſive ταυτοσημαντα, adumbrari. Nonnunquam etiam in minoribus poematiis, ubi ænigmatice præſertim aliquid dicendum; ut in noſtra ætate ſæpe fit: cujuſmodi exempla, ſiquod opus, ſexcenta proferre poſſem. Et ipſe quidem alias, ubi ſeipſum vocat Simichidam; verum tamen et proprium ſuum nomen ſub ænigmate prodit. Ibi enim, ſub Paridis nomine qui tres Deas judicavit, Θεοκριτος ſubinnuitur: ut, ΠΑΡΙΣ Σιμιχιδας [2]. Quomodo, in eodem poemate, vocavit Penelopen, ΟΥΔΕΝΟΣ ευνατειραν: quoniam Ulyſſes, ejuſdem maritus, ΟΥΤΙΝ ſe vocatum dixerat Cyclopi. Etiam Telemachum ibidem vocat poeta ΜΑΚΡΟΠΤΟΛΕΜΟΝ: quod, μακροθεν πολεμουντα, ταυτον σημαινει τῳ ΤΗΛΕΜΑΧΟΝ.

V. Quod denique mirere, ſunt etiam qui MOSCHUS verum et proprium noſtro poetæ nomen affirment; ita nempe primitus illum vocatum, deinde aliud hoc novum nomen, judicii fama adquiſitum, THEO-

1 Vid. Joſ. Scalig. in Virgilii Cirin. v. 91.
2 [In Syringe. Confer Heinſii Lect. Theocrit. c. xii. pag. 337. 338. edit. 1604.]

CRITUS.

CRITUS. Quod legimus in illo apud Suidam [1], cui titulus ΓΕΝΟΣ ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ. "Θεοκριτος ὁ των Βουκολικων ποιητης, Συρακουσιος ἦν το γενος, πατρος Σιμιχιδου, ὡς αυτος φησι.

ΣΙΜΙΧΙΔΑ, πᾳ δη τυ μεσαμεριον ποδας ἑλκεις [2];

Ενιοι δε το Σιμιχιδα επωνυμον ειναι λεγουσι. Δοκει γαρ σιμος τις την προσοψιν ειναι· πατερα δ' εσχηκεναι Πραξαγοραν, και μητερα Φιλιναν. Ακουστης δε γεγονε Φιλητα, ὡς Ασκληπιαδης μνημονευει [3]. Ηκμασε δε κατα τον Πτολεμαιον, τον επικληθεντα Λαγωον. Περι δε την των Βουκολικων ποιησιν ευφυης γενομενος, πολλης δοξης εκ τουτων επετυχε. Κατα γουν τινας Μοσχος καλουμενος, ΘΕΟΚΡΙΤΟΣ επεκληθη. *Theocritus Bucolicorum poeta, Syracusanus fuit genere, patre Simichide, quemadmodum et ipse affirmat.* [Idyll. vii. 21.]

SIMICHIDA, *ubi tu meridie pedem trahis?*

Sunt tamen qui id cognominis ei fuisse, quod sima esse facie videretur, patremque habuisse Praxagoram et matrem Philinam, asserere non dubitant. Cæterum Philetæ auditor fuit, ut Asclepiades refert. Floruit autem sub Ptolemæo, Lagi cognomento: et bucolico carmine, quod bonæ esset indolis, non exiguam sibi gloriam paravit. Unde secundum aliquos, qui MOSCHUS *alias appellatur,* THEOCRITUS *vocatus est.*"

VI. Verum hic error omnino ex juvenum animis averruncandus; cum sit otiosorum hominum delirium. Ipse enim Moschus, in Bionis Epitaphio, inter suos prædecessores poetas Theocritum Syracusanum memorat, quorum urbes patriæ æque Bionis fatum deplorare dicuntur, atque ipsorum. Et certe Moschus multo erat ætate inferior Theocrito [4]; quum hic sub duobus prioribus Ptolemæis floruerit, infra O-

1 [Vid. Præfatiuncul. Gram.]

2 [Idyll. vii. 21. Ubi vide Scholiastem. Sed non exinde clare liquet an seipsum, an aliquem Simichidam Coum ex amicis suis, innuat Theocritus. Neque enim simum fuisse concedit Scholiastes, neque Simichidam inde appellatum. "Οἱ δε λεγοντες Σιμιχιδαν λεγεσθαι, δια το ΣΙΜΟΝ ειναι, κακως λεγουσι." Neque simus sed bene nasutus est Theocritus noster, in sui imagine; quam post F. Ursinum æri incisam exhibet Jac. Gronovius, Tom. iii. e. Antiquitat. Græc. Porro ex hoc versiculo, necnon v. 50. ejusdem Idyllii, septimi nempe, concludit doctissimus Reiskius, non Theocritum, sed Simichidam quendam, poetam Coum nobis hactenus ignotum, conditissimum illud Idyllium scripsisse. Idem legit ibid. v. 1, et 131. Θευκριτος, i. e. Θεοκριτος, pro Ευκριτος, nomen parum Græcum. Quod si concedas, saltem Theocritus non erit auctor illius carminis. Confer Gregor. Corinth. Dialect. edit. Clariss. G. Koen, pag. 164. Not. 76. Credit et Reiskius eundem Simichidam, Coum poetam, scripsisse Idyllium septemdecimum, sive Encomium Ptolemæi.]

3 Ita ex MSS. lego, pro Φιλιππιδου και Αρχληπιαδου ὡν μνημονευει. Vide A. Schotti Observat. Poet. L. ii. c. 5. p. 99. [Gyraldus etiam et Ursinus Philetæ auditorem faciunt. In ista quidem Schotti lectione possit significari Asclepiades, qui Scholia scripsit in Theocritum.]

4 [Hoc probare posset, si non extarent veterum testimonia, mollities et elegantia carminum Moschi. Confer Suidam, V. ΜΟΣΧΟΣ.]

lympiadem CXIV, et CXXVIII. At Moſchum ſub Ptolemæo Phyſcone omnino claruiſſe conſtat, inter Olympiadas nempe CLVIII, et CLXV. Adeo ut fere centum annorum ſpatium inveniatur inter illorum tempora. Verumenimvero, quandoquidem in eo Moſchi loco, quo Theocriti noſtri inter alios clariſſimos ſuperiorum ætatum poetas mentionem facit, magna reperitur lacuna, etiam in pulcherrima editione Davidis Whitfordi [1]; totum locum exhibere juvat, cum præmiſſis, ipſo Supplemento, et ſequentibus. Quod quidem Supplementum ex aliquo veteri manuſcripto Muſurus deprehenſum ſervavit, et ab Henrico Stephano exſcribitur in eleganti ſua Heroicorum poetarum editione [2]. Hæc itaque Moſchus, in Epitaphio Bionis.

> Αρχετε, Σικελικαι, τω πενθεος, αρχετε, Μωσαι,
> Παισαι, Βιων, θρηνει σε κλυτη πολις, αστεα παντα.
> Ασκρη μεν γοαει σε πολυ πλεον Ἡσιοδοιο,
> Πινδαρον ου ποθεοντι τοσον Βοιωτιδες Ὑλαι [3].
> Ου τοσον Αλκαιω περι μυρατο Λεσβος ερυμνα [4],
> Ουδε τοσον τον αοιδον εμυρατο Κηιον [5] αστυ.
> Σε πλεον Αρχιλοχοιο ποθει Παρος· αντι δε Σαπφους
> Εισετι σου το μελισμα κινυρεται ἁ Μιτυλανα.

Dein in noſtris hactenus codicibus deſiderantur hi ſex toti verſus, quos nunc ex Muſuro et Henrico Stephano lubens orbi literato exhibeo.

> Παντες ὁσοις καπυρον τελεθει στομα βωκολιασται
> Εκ Μοισων σεο ποτμον ανακλαιοντο θανοντος.
> Κλαιει Σικελιδας, το Σαμου κλεος. Εν δε Κυδωσιν
> Ὁ πριν μειδιοωντι συν ομματι Φαιδρος ιδεσθαι
> Δακρυα νυν Λυκιδας κλαιων χεει. Εν τε πολιταις
> Τριοπιδαις ποταμω θρηνει παρ᾽ Ἁλεντι Φιλητας.

Tum recte ſequitur, ut olim, Philetæ diſcipulus Theocritus.

1 [Etiam Vulcanii, 1584. Aliorumque.]

2 [Fol. 487. Primus edidit hoc ſupplementum Z. Calliergus in Theocrito ſuo, 1516. Plures quoque alii, longe ante hanc Stephani editionem, quæ prodiit 1566. Non exſtat in Aldina Theocriti.]

3 Proprium nomen urbeculæ in Bœotia. Homer. Iliad. v. 708. [Hoc longe antea viderat, pluribuſque illuſtraverat, Palmerius.]

4 An ἐρανη? Vide quæ nos ad Anacreont. v. 1209. [Eadem conjectura placuit Adriano Heringæ, qui cum Cl. Valckenario communicavit. Vid. Valckenar. Epitaph. Bion. pag. 87. Leovard. 1747.]

5 Scribe Τηϊον. Vid. Schotti Poetic. Obſervat. L. ii. c. 41. p. 96. Sic MSS. Vatican. [Hanc variationem olim notaverat Xylander in ſcholiis ſuis Græcis, ut hic Anacreon deſignaretur. Sed forte proba eſt vulgata lectio, in qua Simonides intelligitur, Cæus poeta.]

Atque

Εν δε Συρακοσιοισι ΘΕΟΚΡΙΤΟΣ. ————

Atque ita nobili fragmento Moſchum auximus; et diſtinctionem, quam diximus, inter illum et Theocritum abunde probavimus. Nam ipſe Moſchus, immediate poſt hæc verba de Theocrito, de ſe loquitur: ut nemo poſthinc dicat, per Theocriti nomen ſeipſum δεικτικως indigitaſſe.

> Εν δε Συρακοσιοισι ΘΕΟΚΡΙΤΟΣ. Αυταρ εγω τοι
> Αυσονικας οδυνας μελπω μελος· ου ξενος ωδας
> Βωκολικας, αλλ᾽ ἡντ᾽ εδιδαξαο σειο μαθητας,
> Κλαρονομως[1] Μοισας τας Δωριδος αμμε γεραιρων·
> Αλλοις μεν τεον ολβον, ἐμοι δ᾽ απελειψας[2] αοιδαν.

Atque ita ſe Moſchus Bionis diſcipulum, et carminis hæredem, affirmat: cum Theocritus, diu ante, Philetam habuerit præceptorem, elegorum, et Aſclepiaden, epigrammatum, poetas. Ut ſcholiaſtes Theocriteus ad illud[3],

> ———— Ουτε τον εσθλον
> ΣΙΚΕΛΙΔΑΝ νικημι τον εν Σαμῳ. ————

"Ασκληπιαδην φησι τον επιγραμματογραφον. Ὡσπερ γαρ Σιμιχιδαν ἑαυτον καλει ὁ Θεοκριτος πατρωνυμικως, ὡς ὑιον Σιμιχιδα· και τον Ευμηδην Κρατιδαν, ὑιον οντα Κρατιδα, ουτω και νυν Σικελιδαν ονομαζει, τον Ασκληπιαδην τον Σαμιον, ὡς ὑιον του Σικελιδα, ου δοκει ακουσης γεγονεναι." Ita Theon: et ex illo Lilius Gyraldus, in Theocriti Vita. Verum ut nobile illud fragmentum, modo Moſcho reſtitutum, nullam poſthac ſuſpicionem incurrat, quo minus genuinum ſit et authenticum; lubet amplius de illo quæ neceſſaria viſa ſunt adtexere.

VII. Marcus Muſurus, ut modo diximus, primus hoc a ſe repertum in quodam antiquo manuſcripto admonuit[4]; ſuo loco et authori reſtituendum, Henricus Stephanus ab hoc exceptum ſervavit, in ipſo fine Græcorum Poetarum ſuæ editionis[5]. Joſephus Scaliger eoſdem verſus

1 [Legit Cl. Valckenarius Κλαρονομος. Ubi ſupr. pag. 88.]

2 Scribe απελειπες. MSS. Vatican.

3 Idyll. vii. 40.

4 [Ubi hoc dixerit Muſurus, mihi non conſtat: nec novit forte Barneſius.]

5 [Sc. fol. 487. Ubi ſeorſim excuduntur, hoc cum titulo. "ΜΟΥΣΟΥΡΟΥ στιχοι, ὡν μεμνημαι εν τῃ ϖρος ειδυλλιον." Nempe pag. 273. Ubi hæc in margine poſt Voc. Μιτυληνα. ver. 93. allevit Stephanus. "Τους στιχους οἱς ὁ ΜΟΥΣΟΥΡΟΣ "τα λειποντα [ſc. hiatum] ανεπληρωσε, ζητει κατα "το τελος των ειδυλλιων." Dein ſequitur in textu, "Ενδε Συρακοσιοισι, &c." Ita Z. Calliergus introducit hoc ſupplementum in ſua editione prædicta, 1516. "Μαρκος ὁ ΜΟΥΣΟΥΡΟΣ ελεγε τοιαυτα τινα λειπειν." Unde conjicio Calliergum non hoc habuiſſe e codicibus Vaticanis, quibus uſus eſt. Ad illud ita commentatur Xylander in ſcholiis ſuis Græcis, editionis Theocriti Brubachianæ, 1558. p. 268. "Ει ταυτα του ποιητου εισι γνησια. "Ουχι ὑπο του ΜΟΥΣΟΥΡΟΥ, ὑποσυνεπληρωθη, τουτο "γαρ

agnoſcit, integre deſcriptos in veteri codice manuſcripto nobiliſſimi viri, Ludovici Caſtanei; uti teſtatur nobis Andreas Schottus, in obſervationibus ſuis Poeticis [1]. Illud nunc paucis explicemus. —— V. 94. Παντες ὁσσις καπυρον πλεξη ϛομα. — Moſchus Theocriti imitatione gaviſus eſt: ut vel ea de cauſa diu ipſius poemata pro Theocriticis ſint habita, nec niſi avorum noſtrorum memoria diſcriminata. Ipſe autem Theocritus in Thalyſiis [2],

> Και γαρ εγω Μοισαν καπυρον ϛομα. ——

Hinc Moſchi, ὁσσις καπυρον ϛομα. — V. 95. Εκ Μοισαν. — In Muſuri quidem libro legebatur Μοισων, non ſatis accurate: verum in prædicto codice ſcriptum erat Μοισαν, teſte Andrea Schotto [3]. Quam lectionem Theocriti, a quo ſumitur, authoritas confirmat Και γαρ εγω Μοισαν καπυρον ϛομα. Idem dicendum de V. 95. ανακλαιοντι. — Quod per feſtinationem Muſurus ſcripſit ανακλαιεσι. — V. 69. Κλαιει Σικελιδας το Σαμω κλεος. — Per Sicelidam, intelligit Sicelidæ filium Aſclepiaden Samium, elegiographum, Theocriti præceptorem, de quo ipſe Theocritus [4],

> —— Ου γαρ πω κατ᾽ εμον νοον, ουτε τον εσθλον
> Σικελιδαν νικημι τον εκ Σαμω, ουδε φιληταν.

De quo loca ſupra. — V. 96, 97, 98. Εν δε Κυδωνι, ὁ πριν μειδιοωντι συν ομματι φαιδρος ιδεσθαι, δακρυα νυν Λυκιδας κλαιων χεει. — De hoc Lycida quod Cydonius, hoc eſt Cretenſis, ex Cydone erat, et poeta, et ομματι μειδιοωντι φαιδρος, ipſe ita Theocritus, loco prædicto [5].

> ———— Και τιν οδιταν,
> Εσθλον συν Μοισαισι, Κυδωνικον ευρομες ανδρα,
> Ωνομα μεν Λυκιδαν. ——

" γαρ ΦΑΙΝΕΤΑΙ, ουκ αν ὁ τουτο ειδυλλιον συγγεγραφως ειη Θεοκριτος, αλλα Μοσχος, η τις αλλος." Conſtans itaque fama fuit, apud primos Theocriti Moſchique editores hoc a M. Muſuro ſuppoſitum ſuiſſe. Concedit ipſe Scaliger verſiculum quendam, qui hos ſex verſus, ſive ſupplementum, antecedebat in codice Ludovici Caſtanei, ſpurium fuiſſe. viz.

> Παντοσε κλαυσει σ᾽ ἡ νησος, Σικελη τ᾽ Αρεθουσα.

Reliquos ſex de quibus egimus, habet pro veris Moſchi filiis. Emendat. in Moſch. pag. 231. edit. 1604. Veros etiam credidit Cl. Valckenarius, modo citatus, pag. 81. Non interea prætereundum, quod Fulvius Urſinus adſcripſerat *Muſuri*, verſui 94. Παντες ὁστις, &c. in editione ſua Bionis et Moſchi, poſt Fœminas Illuſtres, 1568. p. 251. Et profecto utebatur Urſinus magna copia bonorum codicum ſcriptorum, quos illi ſuppeditabat inſtructiſſima bibliotheca Alexandri Farneſii Cardinalis. Etiam in VIRGILIO COLLATO, affert, in citandis verſiculis, e membranis ſuis meliora ſæpe quam quæ leguntur in editis libris.]

1 L. ii. c. 48. p. 96. [Ipſe etiam Joſephus Scaliger. Emendat. in Moſch. ut ſupr.]

2 Idyll. vii. 37.

3 Ibid. p. 96.

4 Idyll. vii. 38.

5 Idyll. vii. 11.

Et

Et mox,

—— Καὶ μ' ἀτρέμας εἶπε σεσαρὼς
Ὄμματι μειδιόωντι. ——————

— V. 99. — Ενθε πολιταις Τριοπιδαις ποταμω θρηνει παρ' Αλεντι Φιλητας. — Philetas ille fuit alter Theocriti præceptorum, ut modo diximus; et pariter cum Sicelida, hoc eſt Aſclepiada, ab eodem memoratum, jam nunc oſtendimus. Vixit quidem ſub Philippo, et Alexandro Magno, necnon Ptolemæo Lagi filio, a quo factus eſt, in ſenectute magna, filii Philadelphi tutor: adeo ut Theocritus ſub eodem militaverit præceptore, ac proinde fuerit regis condiſcipulus. Philetas autem, Cous erat genere, qua in inſula pupillus ejus Philadelphus eſt natus: ut ad eundem alter pupillus Theocritus.

Καὶ σε Κοως ατιταλλε, βρεφος νεογιλον εοντα·
Δεξαμενα παρα ματρος, ὁτε πρωταν ιδες αω [1].

Incolæ vero Co, inſulæ, Τριοπιδαι vocabantur, a Triopa rege; ut ab illius filio Merope, ſit etiam dicta Μεροπη, Μεροπις, et Μεροπηις νησος: et Callimachus vocat, Κοων Μεροπηιδα νησον [2]. Quod autem Coum Philetam Moſchus hic ponat ad fluvium Halenta, idque inter Triopidas, [V. 99.] Εν τε πολιταις Τριοπιδαις ποταμω θρηνει παρ' Αλεντι Φιλητας, concludendum, non ſolum Δημον τινα της Κω, Αλεντα vocatum, verum etiam Ποταμον. Quod neſcio an ulli veterum ſatis obſervatum. Illis tantum Siciliæ fluvius iſtius nominis notus: et Δημος της Κω, ut Theon ad illud Theocriti [3].

Ης χρονος, ανικ' εγω τε και Ευκριτος ες τον Αλεντα.

"Αλεις, inquit, (ita enim lego, pro Αλευς,) η Δημος της Κω, ουτω καλουμενος, απο τινος Αλεντος· η τοπος εν Κω, ουτως ονομαζομενος απο Αλεντιου τινος βασιλεως. Εστι δε Αλεις, και ποταμος Σικελιας." Et ipſe Theocritus hanc inſulam, in Encomio Ptolemæi, Τριοπος κολωναν vocat [4]. Alius erat magni nominis Philetæ diſcipulus, Zenodotus; inſignis grammaticus, ſub Ptolemæo Lagi filio, cujus etiam filios erudiit, et præfuit Alexandrinæ bibliothecæ. Primus etiam dicitur Homeri libros emendaſſe, et in ordinem redegiſſe, nempe ante Ariſtarchum, ſed ſeculis aliquot poſt Piſiſtratum, Solonem, et Hipparchum. Hunc etiam Gerardus Joannes Voſſius [5] effatur Philetæ fuiſſe diſcipulum ſub Ptolemæo Lagida, ejuſ-

1 Idyll. xvii. 58.
2 Del. 160.
3 Idyll. vii. 1.
4 Idyll. xvii. 68.
5 Hiſtor. Gr. p. 56.

demque præfuiſſe bibliothecæ: unde ſequitur, ab hoc ſaltem rege inchoatam illam bibliothecam, quæ Philadelphi nomine præcipue celebratur, ut ab illius auſpiciis ſit abſoluta.

VIII. Philetæ itaque hujus poetæ Coi meminerunt, poſt Theocritum et Moſchum, Propertius, Ovidius, Statius, Athenæus, Ælianus, Theon Scholiaſta Theocriti, et pauci alii. Ita certe Propertius.

> Callimachi manes, et Coi ſacra Philetæ,
> In veſtrum, quæſo, me ſinite ire nemus [1].

Atque iterum,

> Ora Philetæa noſtra rigavit aqua [2].

De Philetæ hujus macilentia nimia corporis Ælianus [3], etiam ubi vulgarem rumorem ipſe improbat, ex eo, quod adeo levis ſi eſſet, minime par foret tantum plumbi in calceis geſtaret. Alias eidem dicitur Ποιητης ἑξαμετρων. Suis carminibus Battida puellam, ſibi adamatam, celebravit. Illius tamen hodie parum ſupereſſe videtur. Quicquid tamen nobis licuit colligere, non vobis invidebo. En! diſtichon inprimis, de Hippomene, cui Venus dedit aurea poma, a Baccho prius accepta [4].

> Μηλα φερων κολποισι, τα οἱ ποτε Κυπρις ἑλοισα
> Τριοσα Διονυσῳ δωκεν απο κροταφων [5].

> *Mala ferens in ſinu, quæ quondam Venus capiens*
> *E Bacchi capite trina dedit.*

Hæc etiam de Orpheo.

> Τον μεν Βιστονιδες κακομηχανοι αμφιχυθεισαι,
> Ὁυνεκα πρωτος εδειξεν ενι Θρακεσσιν ερωτας
> Αρσενικους, εκτεινον. ————————

> *Illum Biſtonides mala machinantes circumfuſæ,*
> *Quod primum oſtendit apud Thracas amores*
> *Puerorum, occiderunt.* ————————

Licet alii Phanoclei [6] hæc tribuant. Ita etiam de Burinna fonte patrio.

1 L. iii. El. 1.
2 L. iii. El. 3.
3 Var. Hiſt. L. ix. c. 14. et L. x. c. 6.
4 [Ejus epigrammata memorat Suidas. Quorum nulla hodie leguntur, ſaltem ſub ejus nomine, in Anthologia Planudea. Habetur quidem SAMIUS Philetas in Cephalea. Confer Voſſium, Poet. iii. p. 52. Necnon Cl. Rieſkium, Notit. Poet. Anthol. V. ΦΙΛΗΤΑΣ.]
5 Schol. ad Idyll. ii. 120.
6 [Qui librum ſcripſit Περι ΤΩΝ ΚΑΛΩΝ, ſive de Formoſis. Extant ejus luculenti elegi, nec pauci, de Orpheo Calain puerum amante. Qui forſan pars ſunt libri prædicti, Vid. Stob. Grot. §. lxiv. p. 262.]

Νασατο

Ναιετάεν δ' ἐν προχοῇσι μελαμψήφοιο [1] Βουρίνης [2].

Habitabat in oſtiis nigris lapillis præditæ Burinæ.

Hoc etiam illius diſtichon laudat Athenæus [3].

Γηρύσαιτο δὲ νεβρὸς, ἀπὸ ψυχὴν ὀλέσαισα,
  Ὀξείης κάκτου [4] τύμμα φυλαξαμένη.

Alium item verſum unicum, et epitaphium ejuſdem, profert idem [5]; quæ huc referre nihil attinet. At non omittendus, quem laudat Antigonus Caryſtius [6].

Βουπείνας [7] φθαμένους [8] προσεβήσαο μακρὰ μέλισσας.

IX. Plura quidem reſtant alterius Theocriti præceptoris carmina, Aſclepiadæ nempe. Nam in Anthologia, duodecim ad minimum Epigrammata ſub ejus nomine extant, multo ſane lepore condita omnia. Quorum unum tantum, ſpeciminis cauſa, proferam: quoniam de Ptolemæi Lagidæ pulcherrima et dilectiſſima uxore, Berenice agit: atque proinde et authorem et ætatem per ſe ſatis indicat.

ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ, Εἰς εἰκόνα Βερενίκης.

Κύπριδος ἅδ' εἰκών; φέρ', ἰδώμεθα μὴ Βερενίκης.
  Διστάζω ποτέραν φῇ τις ὁμοιοτέραν.

An Veneris hæc ſtatua? Age, videamus an Berenices.
  Dubito, an hanc an illam dicat quis ſimiliorem.

X. Talibus uſus præceptoribus Theocritus, nec ſuo ingenio et indole, nec illorum fama aliquid indignum fecit aut ſcripſit; ſed magnis principibus charus vixit, et in illorum etiam gratia immortuus eſt. Verum aliis, et huic etiam, nocuit Cognominem habuiſſe: quamquam et ipſe ſatis caute de hac re nos præmonuerit in illo epigrammate ſupra memorato, Ἄλλος ὁ Χῖος, &c [9]. Neque enim tantum periculi in illa opinione videtur latere, qua Theocritus et Moſchus, aut etiam Bion, idem et unus fuiſſe perhibentur; quantum in hac, quod noſter Theocritus Syracuſanus, idem ſit atque Chius. Quum tamen noſter tam aperte ſe diſtinguat ab illo, ut modo vidimus. Et dicendum, quod Chius ille Theocritus ſexaginta annis Syracuſano noſtro

1 Ibi μελαμπέτροιο.
2 Idyll. vii. 6.
3 L. ii. fol. 71. A.
4 [Siculorum vox. Confer Theocrit. Idyll. x. 4.]
5 Fol. 327. 401.
6 C. xxiii.
7 [Ita et Βουποίητε μέλισσα, in epigrammate ἀνεκδότῳ. Vide nos ad Idyll. iii. 13.]
8 Ibi φαμένος. Male.
9 Vid, §. iii.

prior

prior esset; Aristoteli nempe συγχρονος, quem et epigrammate quodam suggillavit. Id quidem in Anthologia, nonnisi dimidiatum extat; at apud Eusebium [1], omnibus suis numeris plenum et integrum. Quod cum unicum sit maledici illius poetæ superstes opus, et, ob virulentiam in tantum philosophum, satis luculentum habeatur illius animi indicium, huc adtexere non gravabor.

> Ἑρμιου ευνουχου, ηδ' Ευβουλου ἁμα δουλου,
> Σημα κενον κενοφρων θηκεν Αριστοτελης.
> Ὁς δια την ακρατη γαστρος φυσιν, εἱλετο ναιειν,
> Αντ' Ακαδημιης, Βοσφορον εν προχοαις.

> *Hermiæ eunuchi, et Eubuli una servi,*
> *Inanem tumulum posuit vanus Aristoteles:*
> *Qui, propter ventrem voracem, maluit habitare,*
> *Pro Academia, ad ostia Bosphori.*

Hic vir, cum esset morosi et amarulenti ingenii, ab Hierone ut nonnulli, vel, ut alii, ab Antigono, ultimo supplicio affectus fuisse perhibetur. Quæ res occasionem dedit nonnullis magnis quidem et doctis hominibus, at in hac parte minus cautis, de nostro Theocrito hanc historiam sumendi. Horum primus est Ovidius, qui in Ibide canit,

> Utque SYRACOSIO præstricta fauce poetæ,
> Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ [2].

Quidam ex grammaticis [3] hanc historiam ita recitat. "Cum Theocritus in Hieronis tyranni filium invectus esset, ab eo ideo est capi jussus, ut cum ad supplicium trahi simularet, interrogatus, si deinceps a maledictis desisteret: ille eo acrius etiam regi ipsi maledicere cæpit; quare rex indignatus, non jam ad simulatum sed ad certum supplicium rapi jussit. Quidam laqueo strangulatum, quidam capite cæsum prodidere." Et hæc commentio carmini quidem Ovidii prædicto congruit omnino; verum grammaticus debuit authorem nobis dare, ex quo poeta hæc accepisset: cum nullum tamen adferat; quoniam, ut credo, nullum adferre potuit. Quandoquidem ipse poeta deceptum se prodat apertissime. Error hinc ortus, quod Theocritus alter ille Chius, supra memoratus, poeta et philosophus, ab Antigono rege

1 Præparat. Evangel. L. xiv. c. 7. fol. 793. [Refert et Plutarchus, et Laertius. Confer Fabric. Bibl. Gr. ii. 435. seq. Isti Theocrito CHIO perperam tribuit Joannes Tzetes Idyllium xvii.]

2 [V. 549.]

3 [Zarottus nempe, Ovidii commentator.]

Macedoniæ

Macedoniæ primo, morte tali mulctatus esset. Nam cum altero rex oculo careret, licentius est in illum Theocritus locutus, ut scribit Macrobius [1]; quare in regis indignationem cadit. Qua re afflictus, quodam dicente, ut primum ante regis oculos sisteretur, veniam illum proculdubio consecuturum, illico responderit, *Ideo nullum sibi veniæ spem relictam, quandoquidem luscus rex oculos non utique haberet.* Et ob hoc dictum morti est adjudicatus. Plutarchus paulo aliter rem prodit, περι Παιδων Αγωγης. Nempe quod Eutropioni coquorum regis magistro dixisset, *Scio quod tu me* Cyclopi *crudum appones:* regem perstringens, altero captum oculo: atque ita petulantis linguæ pœnas dedit. Ipsa Macrobii verba hæc sunt. "Antigonus rex Theocritum Chium, de quo juraverat quod ei parsurus esset, occidit, propter scomma ab eodem de se dictum. Cum enim, quasi puniendus, ad Antigonum raperetur, solantibus eum amicis et spem pollicentibus, quod omnimode clementiam regis experturus esset cum ad *oculos* ejus venisset: respondit, *Ergo impossibilem mihi dicitis spem salutis.* Erat autem Antigonus uno orbatus oculo. Et importuna urbanitas maledicum luce privavit."

XI. At de hoc nostro Theocrito Syracusio, neque ullus unquam idoneus author maledicum dixit, neque genio sinistro utentem; at urbanum et probum, et in suo genere facile principem, agnoscunt omnes. Hoc autem ad illius præstantiam astruendam argumentum suffecerit, quod et omnium bucolicorum poetarum primus sit semper habitus ab antiquis criticis: et quod Virgilio, omnium Latinorum principi, præcipue placuerit, ut ex illius perpetua imitatione constat: quod nec ipse diffitetur [2]. De qua etiam re Macrobius [3]. "Dicturumne me putatis ea quæ vulgo nota sunt? Quod Theocritum sibi fecerit Virgilius, Pastoralis operis auctorem, Ruralis Hesiodum? Et quod in ipsis Georgicis tempestatis serenitatisque signa de Arati Phænomenis traxerit [3]?" Infinitus essem, si hic exempla hujusmodi proferrem. Nec tamen Virgilio debet esse dedecori, quod priores poetas sibi feliciter imitandos proposuerit; nec Theocrito, qui et Homerum in multis æque feliciter imitatur. Anacreontem etiam, in Κηριοκλεπτη Ερωτι; et Sophronem mimographum, in Pharmaceutria: quod testatur ejusdem Idyllii Argumentum. Ubi male legit Pierius [4] Ευφοριωνος pro Σωφρονος. Quanquam et Tullius meminerit Euphorionis cujusdam Chalcidensis

1 Saturnal. Lib. vii. p. 497. Paris.]
2 Eclog. vi. 1. 2.
3 [Saturnal. L. v. pag. 373. edit. 1585.
4 Hierogl. Lib. xxx. fol. 216. A,

poetæ, idque paſtoralis [1], cujus [2] carmina Cornelius Gallus Latinitate donavit. Verum is Theocrito aliquanto poſterior ætate, ut ex Voſſio conſtat. Quare Pierius omnino corrigendus.

XII. Non nobis eſt volupe lites inter ſummos poetas excitare. Verum id omnibus in confeſſo eſt, Theocrito neminem eſſe ſimilem in ſimplici genere: utpote qui in Bucolicis ſemper ſervet ἰδεαν καθαραν, και κατα τὴν αφελειαν επιτυχεςατην. De qua re ſic Modicius apud Pontanum in Symbolis ad Bucolica Virgilii. "Maxima laus Theocrito, quod paſtoritiam ſimplicitatem omnium optime fuerit imitatus; nam Virgilius immiſcuit allegorias, et res alias quaſdam, quæ majorem eruditionem et ſenſum altiorem habent, quam ut humili figuræ convenire videantur." Idem fere obſervat Hermogenes de Theocrito, his verbis. "Ὁρᾳς ὁσιν το αφελες της γνωμης· και μὴν το, Ἁδυ τι το ψιθυρισμα καὶ ἁ πιτυς, αιπολε, τηνα. Και τα πολλα των Βȣκολικων, ἱνα μη τα παντα λεγω, τοιαυτα εςι. *Vides quanta ſit ſimplicitas ſententiæ*, Dulcem ſuſurrum et pinus iſta, O paſtor caprarie. *Et pleraque e Bucolicis, ne dicam omnia, ſunt ejuſmodi.*" Et hoc quidem Valerius Probus obſervabat olim; "Theocritum poetam facilius Bucolica ſcripſiſſe, quia apud Græcos ſermo Ruſticanus a Civili dividi poteſt. Ideo Latinis difficile fuit, quia neceſſe eſt per eadem verba accommodare ſenſus [3]." Illi Muſas nempe colunt ſeveriores, ut Martialis canit. Quintilianus [4] generalius loquitur. "Admirabilis in ſuo genere Theocritus." Et in eo ſane lepos quidam et venuſtas eſt, quam aſſequi Latinitas omneſque Romanæ Gratiæ minime poſſunt. Si tamen in ea parte, inquit Rapinus [5], dignus eſt aliqua fide Gellius, qui libro nono, capite nono, Noctium Atticarum, fatetur ſe expertum. "Nuperrime apud menſam cum legerentur utraque ſimul Bucolica Theocriti et Virgilii, animadvertimus reliquiſſe Virgilium, quod Græcum quidem mirum quam ſuave eſt, verti autem neque debuit nec potuit." Certe Theocritus mihi videtur in eo ſuperaſſe Virgilium, quod Doricæ linguæ opportunitate uſus, qua caruit ille, ad paſtorum ingenium ſcripſit multo magis accommodate [6]. Nam ut monet Demetrius Phalereus, "Πλατεα λαλȣσι παντα οἱ Δωριεις. *Diducto latoque ore loquun-*

1 [Memoratur quidem in Eclogis Virgilii. Sed nullibi patet eum paſtoralem poetam fuiſſe. Scripſit amatorias elegias, quas imitabatur Gallus: comœdias, aliaque nonnulla epico carmine.]

2 Quem et Virgilius videtur imitatus. Ut ex illo conjectare licet, Ibo et Chalcidico, &c. Ecl. x. [Verum hoc dicitur a Virgilio, ſub perſona Galli. Ut notum pueris.]

3 Vid. Heinſ. Lect. Theocrit. c. 1.

4 L. x. c. 1.

5 De Carm. Paſtoral.

6 Vid. Rapin. ibid. p. 181.

tur omnia Dores." Illud enim α, quod usurpare solent, ut vocalius longe sonantiusque, ita nihil quod ingenio pastorali magis conveniat, excogitari possit. Quod inter alia locum dedit Longino rhetori cur Theocritum, Εν τοις Βουκολικοις επιτυχεστατον, *in Bucolicis felicissimum*, appellarit. Et priscæ quidem Doricæ linguæ vasta-gravisque, aspera et rudis, quodammodo est pronunciatio; quod ipse Theocritus alicubi notavit [1]. Unde Hermogenes, "Ο Θεοκριτος αχθομενον τινα πεποιηκε Δωριζουσαις γυναιξι, δια το πλατυνειν την φωνην, τω α πλειστω χρωμεναις." Quem locum minime videtur assecutus Rapinus, ita exponens. "*Theocritus grave nescio quid imposuit Doricis feminis.* [2]" Cum exponendum esset, "*Theocritus quendam irascentem inducit Doricis feminis, quod adeo vocem diducerent: vocalem nempe α ut plurimum usurpantes* [3]." At recentior et Nova Dorica, qua Theocritum diximus usum, mitior paulo et lenior; excepto, quando ob characteris necessitatem, ultro durior est, et veteri dialecto gaudet. Et hæc quidem Nova Dialectus, quam et superius attigi, ipsa vocum collocatione, quandam efficit carminis structuram conformationemque adeo venustam, modos sonitusque verborum tam lenes et delicatos, omnemque orationis contextum tam admirabilem, ut toti veteri Latio desperandum sit, priusquam suavitatem hanc simplicitatemque attingere queat [4].

XIII. De Titulo autem hujus poetæ operum nonnihil dicendum. Non enim recte se codices nostri habere videntur. ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΑ, genuinus minime haberi debet; cum ab eo vox Βουκολικα, quæ præcipua est, et a qua maxime veteribus innotuit, exclusa est [5]. Ita certe Apollonii Scholiastes, Θεοκριτος εν τοις ΒΟΥΚΟΛΙΚΟΙΣ. Ita anonymus quidam veterum grammaticorum, "Απορειαν λυει, πως ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ επεγραφησαν, μη οντων ὁλων ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ, αλλα και ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ, και ΑΙΠΟΛΙΚΩΝ." Addo, ego, "και Ἡρωικων [6]." Etiam Hermogenes, "Και παλιν τα Θεοκριτου εν τοις ΒΟΥΚΟΛΙΚΟΙΣ, και αλλων ουκ' ολιγων, &c." Pindari Scholiastes, cum Theocritum designet, ΒΟΥΚΟΛΟΝ vocat. "Το δε ὑπ' αγκωνος, ὡς προς το φαρετραν ακουστεον. Ὁυτω και ΒΟΥΚΟΛΟΣ, Ὑπολενιοντε φαρετραν λεγει [7]."

1 Idyll. xv. 88. Πλατυασδοισαι ἁπαντα.
2 Περι Ιδεων. L. i. c. 6.
3 Vid. Idyll. xv. 87.
4 Vid. Rapin. Carm. Pastoral. p. 182.
5 [Confer Heinf. Lect. Theocrit. c. i. pag. 291.]
6 [Nequaquam hic assecutus est mentem grammatici Barnesius, quæ tamen satis obvia est. Loquitur grammaticus de distinctione inter pastores: nimirum, quod alii erant βουκολοι, alii ποιμενες, alii αιπολοι. Hinc, inquit, omnia Theocriti Pastoralia non sunt *bucolica*; nonnulla enim pertinent ad aliam classem Pastoralium. Vide nos in Dissertatione de Poesi bucolica Græcorum.]
7 Edit. Oxon. fol. 31.

Versum

Verſum innuit Theocriti in Idyllio ſeptemdecimo [1]. Et vel hinc patet, fruſtra eſſe in hac parte doctiſſimum Heinſium, qui diſtinguit inter Theocriti opera BUCOLICA, et alia alius generis; cum et hic ipſe locus ex Ptolemæi Encomio laudetur: ubi tamen author Βȣκολος vocatur [2]. Unde conſtat vocem συνεκδοχικως ſumptam, ex majore parte, ad omnia alia pertinere, atque proinde verum et genuinum Theocriti titulum hunc eſſe, ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΑ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ [3]. Verum plenius nos de hac re, in Prælectionibus quas ſuper Theocrito habuimus olim, in ſcholis publicis Cantabrigiæ.

XIV. Quod reſtat, dicendum, illum maximis ſui temporis principibus notum eſſe et placuiſſe: quales Ptolemæus Philadelphus rex Ægypti [4], et Hiero junior rex Syracuſarum. Quorum utrumque celebrat. Præterea doctiſſimis ſui temporis hominibus carum fuiſſe conſtat, Philetæ et Aſclepiadæ, præceptoribus ejus, uti prædiximus; Callimacho etiam, Apollonio Rhodio, necnon Arato Solenſi, poetæ aſtronomico, qui inter præcipuos ejus amicos memoratur, cujus et ipſe plus ſemel meminit [5]. Porro de aliis Theocriti operibus accuratius nos in Prælectionibus Theocriteis agimus: ubi ΠΡΟΙΤΙΔΑΣ memoramus, hoc eſt, poema de Prœti filiabus in vaccas converſis, et ex Junonis ira furiatis, a Melampode poſt expiatis et ſanatis, inque priſtinam formam reſtitutis. De qua re Politianus [6], Vitruvius [7], Ovidius [8]. Etiam Ἐλπιδας, hoc eſt diverſas hominum Expectationes, quibus quidvis ſibi quivis ſperant,

1 V. 30.

2 [Nimirum ita celebris erat Theocriti character ΒΟΥΚΟΛΙΚΟΣ, ut βȣκολος vocaretur etiam in illis operibus quæ non erant bucolica. Recte hic diſtinguit Heinſius: tantum concedit, generali hoc nomine ea quæ non erant bucolica, ita tamen a veteribus dicta fuiſſe. Sic Homerus POETA appellatus eſt. Vide quomodo nos hanc rem expedierimus in Præfatione. Compilavit hic Heinſium Barneſius, neque eum interea intellexit.]

3 [Hæc habuit ex Heinſio. Miror tamen Barneſium de voce Ειδυλλιον non hic elaboraviſſe doctam diſſertatiunculam. In Vaticano quinto Titulus eſt, ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ ΕΙΔΥΛΛΙΑ. In ſexto, ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΑ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ. Ne plures codices citem.]

4 [Nullus bonus aut vetus auctor tradit Theocritum in Alexandriam commigraſſe. Inquit ſcriptor argumenti Græci ad Idyllium ſeptimum, "Peregre agens Theocritus in inſula Co, cum "ad Ptolemæum in Alexandriam proficiſceretur, "&c." Traditioni tamen potius, quam certo alicui et probato teſtimonio, videtur hoc inniti. Optimum forſan eſt argumentum SYRACUSIÆ ejus, ſive ADONIAZUSÆ. Levius certe, ENCOMIUM PTOLEMÆI, quod dubitamus an ſcripſerit Theocritus. Laudat et Ptolemæum, in Idyllio, xiv. 60. ſeq. Sed fama Ptolemæi Philadelphi proculdubio permeaverat in Græciam, ibique celeberrima fuit. Quod ſi Alexandriam noſter inviſerit, videas cur tam multa, ut creditur, e libris ſeptuaginta Interpretum in carmina ſua tranſtulerit. Facta eſt illa metaphraſis juſſu Ptolemæi Philadelphi: atque adeo in manus Theocriti Alexandriæ degentis non modo facile pervenire poſſet, ſed et celebris fuerit oportet apud doctos et literatos viros, qui maxima frequentia regis aulam comitabantur.]

5 Vid. Idyll. vii. 98. 102. Schol. ad Idyll. vi. 1.

6 Miſcellan. c. 50.

7 Architect. L. viii. c. 3.

8 Metam. L. xv. 21.

atque

atque proinde quotidiana vitæ incommoda levius ferunt. Edidit quoque Hymnos, quorum siquid intercidit, ingens proculdubio damnum literato contigit orbi: quod quidem licet conspicere ex Hymno illo qui solus fere nunc extat, titulo ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙ. Composuit præterea ʽΗΡΩΙΝΑΣ, quæ omnes periere: nisi forte ΛΗΝΑΙ, sive BACCHÆ, sint pars aliqua istius operis; utpote quæ de Ino, Autonoe, et Agave, tribus heroinis, Cadmi filiabus, tractat. Videtur et illud poema huc referri debere, quod BERENICEN vocant: ex quo Athenæus fragmentum protulit [1], non ibi, nec ab ipso Scaligero, satis emendatum. Eustathius etiam, "Θεοκριτος εν ΒΕΡΕΝΙΚΗι, &c [2]." Et, si G. J. Vossio fides [3], quocum sentit Salmasius ὁ πανυ [4], et Rapinus [5], ΣΥΡΙΓΞ, sive *Fistula* illa, quam alii Simmiæ Rhodio tribuerunt, nostri est opus Theocriti. Supplementum ad ΠΑΙΔΙΚΑ affert Casaubonus [6]. Hactenus de Theocriti operibus. Neque est ut amplius de hoc poeta inquiramus: cum veteres grammatici qui hujus ætatis poetas, aut eorum vitas, descripserint, præsertim Theocriti, quales Amarantus, Amerias, Nicanor, Munatus, Neoptolemus, aliique non pauci, aut perierint omnes, aut in bibliothecis adhuc latitant. Quare hæc impræsentiarum de Theocrito Syracusano dixisse sufficiat.

1 L. vii. c. 7. fol. 284.

2 Iliad. Π. 407. [Quam ibi affert particulam Eustathius, certe transcripsit ab Athenæi loco modo citato.]

3 De Poet. Gr. p. 61.

4 [Ita quoque sensit Eustathius, ubi τα ΣΚΑΠΗΡΑ Theocriti memorat: sed in hoc tantum cum ævo suo consensit. Porro plura alia ejus opera recenset Suidas, quæ prætermisit Barnesius.]

5 Carm. Pastoral. p. 105.

6 Ad Diogen. Laert. L. ii. §. 71. fol. 121.

Porro Fragmentum LYCIDAS dictum, sive ACHILLES ET DEIDAMIA, adeo fædis scatet erroribus, ut nulla spes de illo sine codicibus emaculando. Nos tamen unicam emendationem ponimus ad v. 14. "Διοτοισι φερων χαριν Αἰξειδησιν." [Hæc emendatio non constabit cum versiculo. Præterea hoc carmen ab omnibus conceditur non esse Theocriti. Vide IDYLLIA BIONIS et MOSCHI edita a Nicolao SCHWEBELIO Norimbergensi. Venetiis, 1746. pag. 86.]

JUDICIUM CL. SANCTI AMANDI

DE EDITIONE THEOCRITI CUM HESIODO,

QUÆ VIDETUR ANTIQUIOR ALDINA*.

NON modo Theocriti, ſed et Heſiodi, antiquiſſimam eam eſſe editionem cenſet eruditiſſimus Fabricius, quæ Aldi cura prodiit Venetiis, A. D. 1495. Ego vero editionem octodecim priorum Theocriti Idylliorum, necnon Heſiodi *Operum et Dierum*, duobus aureis, opportune valde emi, cum diſtraheretur nobiliſſimi Comitis Oxonienſis inſtructiſſima bibliotheca; quam ſcilicet horum poetarum editionem primam omnium principemque eſſe, mihi perſuaſi. Bibliothecarius, ut puto, prædicti Comitis libro iſti adſcripſerat, "*Lovanii*, 1500. *Fa*-"*bricius* †." Lovanienſem quidem editionem Theocriti memorat Fabricius, ſed anni 1520, non 1500: neque vero ea editio quicquam, ſi memini, Heſiodi habet. Præterea Lovanienſis illa eſt in quarto, ut loquimur: noſtra vero in folio; eſtque quoad formam ſuppar editioni Ariſtophanis editæ ab Aldo, A. D. 1498. Veruntamen omne dubium tollit editionis hujuſce meæ character; qui nempe plane refert characteras manuſcriptorum codicum, et forſan illius ipſius ad cujus fidem excuſa eſt. Primas Anthologiæ Planudeæ, et Apollonii Rhodii, editiones typis characterem manuſcriptorum imitantibus impreſſas fuiſſe, ſat notum: ſed earum utraque ante annum 1500 prodiit; neque poſt id tempus, editum tali typorum genere ac norma librum ullum exiſtimo. Hinc mihi primum facile nata eſt ſuſpicio, hanc meam Theocriti editionem cum Aldina, anni 1495, poſſe de antiquitate certare. Conſulo protinus Epiſtolam ad Guarinum, editioni illi Aldinæ præfixam; ut viderem utique, an Aldus a ſe primum editos Heſiodum et Theocritum dicat, necne. Nihil tale reperio. Suſpicari tamen quis poſſet, illum in ipſo Epiſtolæ initio innuere, Heſiodi *Theogoniam* a ſe tum primum procuſam. Offendo ſubinde hæc verba: "Sic in "hoc libro in iis quas addidimus ECLOGIS, "&c." Videbatur hic prima fronte ECLOGAS dixiſſe Theocriti Idyllia; atque adeo fateri, ſe tantum nonnulla jam ante vulgatis in hac ſua editione addidiſſe. Sed ocyus dephrendi, aliter hæc rite poſſe intelligi. Petierat ab Aldo Guarinus ſolummodo Heſiodi Theogoniam: ille non modo eam edit, ſed et multa alia. "Itaque addidimus inquit, [ſc. Theogo-"niæ] ejuſdem poetæ Scutum ac Georgicorum "libros, necnon Theocriti *Idyllia*, ſeu opuſ-"cula, [non dicit *Eclogas*] triginta. Item "Moralia, &c." Itaque poſterius illud *addidimus* pendere poteſt a priori; et tum, per *Eclogis*, cuncta in eodem volumine edita, præter Theogoniam, intelligenda ſunt ‡.

* Hodie eſt Bibl. Bodl. In muſaeolo protobibliothecarii.

† Eſt idem forte liber qui recenſetur in impreſſ. Catal. Bibl. Harl. Lond. 1744. 8vo. tom. iii. p. 84. Num. 1018. Præſcribitur in fronte "Coſmi Oricellarii ϗ των φιλων."

‡ Aliter hæc intellexit Cl. Reiſkius, ut videretur etiam ſuſpicari aliquid de editione aliqua, Aldina antiquiore. Apponam ejus verba, ex Præfatione ad nuperam editionem Theocriti. pag. x. Tom. I. "Sunt etiam loci quidam illius Præfationis Aldinæ mihi perobſcuri, ut ille: *Sic in hoc libro in iis* "*quas addidimus Eclogis*. Sic loquatur homo, qui nova quædam carmina adjunxerit ANTIQUIORI "CUIDAM EDITIONI SUAM PRÆGRESSÆ. Ecquænam vero prægreſſa tuam eſt editio Theocriti, "Alde? Nos enimvero tuam credidimus ad hoc diei omnium principem. Eccuinam addidiſti Ec-"logas illas, quas te ais addidiſſe? Illine primæ A. D. 1493. a te curatæ? Ergone illa carmina "Theocriti pauciora complectitur, quam hæc poſterior? Debebas planius loqui, et rationem poſ-"terorum habere."

Ego

Repugnabit forsan aliquis, inauditam hactenus, et nulla ratione fultam, talem τῦ *Eclogis* significationem: jamque adeo contendere perget, Theocriti Idyllia tantum ab Aldo ea voce denotari; et in hoc, eum Virgilii auctoritatem quodammodo secutum videri posse, qui Bucolica sua, ad imitationem Idylliorum Theocriti composita, ECLOGAS

Ego quidem puto Aldum respicere hic ad hanc editionem Sanctamandi nostri; quæ tantum octodecim habebat Idyllia. Illis nunc primus ADDIT Aldus duodecim alia, quæ vocat ECLOGAS, ut numerus triginta conficeretur. Et profecto in Catalogo Lugdunensis Bibliothecæ, forte est ipsa Theocriti editio de qua hic a Sanctamando differitur. Sic enim habetur, p. 251. "*Isocratis opera accurante Demetrio Chalcondyla, Mediolani.* 1493. *in fol.* —— *Eadem, cui adnectitur* THEOCRITUS *et Hesiodus Græce,* 1493. *fol.*" Statim infra quoque eadem editio Isocratis occurrit. Anne sunt Isocrates iste et Theocritus ejusdem quoque typographi? Sane editio Isocratea ita describitur a Maittario. "Isocrates Græce curante Demetrio Chalcondyla, per Henricum Germanum et Sebastianum "ex Pontremulo, sumptibus Bartholomæi Scyasi et Vincentii Halipreuti, Bartholomæi Zozani. fol. "Mediolan. 1493." Quibus subnectitur hæc nota a Mattairio. "24. Jan. Id præterea notand. in "calce libri describi typographicum symbolum cum literis V. S. Quo symbolo usum fuisse Ulderi-"cum Scinzenzeler observo." Annal. Typogr. Tom. i. par. ii. p. 559. Idem alibi tradit de hac editione Isocratis. "Hunc Isocratem esse eodem charactere quo Δημητρίου Χαλκονδύλου Ερωτήματα "συνοπτικά, &c. &c." Ibid. Tom. i. Par. ii. pag. 753. Est ille quidem liber Demetrii Chalcondylæ in amplissima Bibliotheca, olim Sunderlandiana, nobilissimi Ducis de Marleborough, in ædibus Blenhemianis. Eundem quoque vidi, ni fallor, in bibliotheca collegii Emanuelis Cantabrigiæ. Porro memorare videtur alibi Maittairius hanc ipsam de qua agitur, editionem Theocriti. viz. "Theocriti Idyllia xviii. Hesiodi opera et Dies Græce. Eodem, nisi fallor, fere charactere, quo "excuditur Orpheus Florentiæ, 1500. fol." *Inter Libros anni et Typographi indicio destitutos.* Annal. Typogr. Tom. i. par. ii. pag. 765.

Cum vero de rarioribus hisce libris, præsertim qui spectant hoc nostrum institutum, differendi se locus obtulit; vel corrigam hic vel illustrabo quæ jam attuli de duobus SUPPLEMENTIS in Idyllia vigesimum quartum et quintum, inf. pag. 235, 236. Ibi quidem dixi SUPPLEMENTA illa conficta fuisse a Joachimo Camerario; primumque prodiisse in *Eobani Hessi Latina versione Theocriti,* quæ scilicet accessio est editionis Theocriti Camerarianæ, impressæ Francof. 1545. Certo sane certius est, Camerarium cum Eobano Hesso studiis conjunctissimum fuisse, etiam in Theocrito vertendo adjutorem; ut, si non in ejus gratiam scripsisse, saltem cum Hesso communicasse, SUPPLEMENTA prædicta credibile sit. Et cum Fabricius memoraverit duas antiquiores editiones *Versionis Hessianæ,* alteram anni 1530, Haganoæ, alteram anni 1531, Basileæ, quarum neutram ego vidi; dubito equidem annon in harum priori SUPPLEMENTA illa primum comparuerint. Fabric. Bibl. Gr. ii. p. 437. Quæ et textum quoque Græcum, Fabricio eodem teste, complectuntur. Unde suspicari licet, in illis etiam editionibus primitus publicata fuisse Joachimi nostri scholia in Theocritum; non autem in illa perrara anni 1545, ut dixi in Præfatione, p. x. Not. 6. Præsertim cum titulus dictæ editionis, sc. 1530, omissæ quidam a Maittario, ita se habeat apud Fabricium, Scripta Camerariana recensentem, Bibl. Gr. xiii. p. 507. "Theocriti Græca poemata cum præfatione Græca Joachimi "Camerarii ad Georgium Heltum. Haganoæ apud Johannem Secerium in 8. —— 1530." Hæc autem editio, quam Maittarius omisit, secundum Niceronium, tota constat e Græcis. "*Cette edi-" tion est toute Grecque.*" Homm. Illustr. tom. xix. pag. 84. Paris. 1732. Sed est *Græco-Latina* editio illa Haganoensis, anni etiam ejusdem, quam, ut modo prædixi, memorat Fabricius, ii. p. 437. Hæc dubia solvant, qui omnia exemplaria penes se habent. Jam miror Fabricium, inter editiones librorum Camerarianas, omisisse eam Theocriti, (forte etiam cum aliis nonnullis,) anni scilicet 1545, quam descripsi in Præfatione. Quamvis et editionem Theocriti Camerarianam ibidem citaverit, mihi nunquam visam, impressamque per Brubachium, anno 1553. Tom. xiii. ut supr. p. 519. Quæ tamen eundem verbatim præ se fert titulum, quem nostra antea memorata anni 1545. Confer Mattair. Annal. Typogr. iii. p. 628. Necnon Bibl. Reg. Gall. Catal. i. pag. 266. fol. Num. 420. Paris. 1750. Est ea editio anni 1545, omissa non minus a Maittario quam a Fabricio, in Bibliotheca Collegii Wintoniensis. Vide *Prologum* Versionis Hessianæ. Necnon, lib. cui tit. *Narratio de Vita Eobani Hessi,* &c. scriptum ab eodem Joachimo, edit. Lips. 1616. pag. 47, 48, 49. Necnon *Epistolas Eobani Hessi.* fol. ed. Marp. 1543. pag. 156. 131. 217. Interea editionem *Versionis* illius *Hessianæ* ostendo, a Fabricio Maittarioque præteritam nuperque a me conquisitam, viz. "Theocriti "Syracusani Eydillia triginta sex Latino carmine reddita, Helio Eobano Hesso interprete, &c. Pa-

inſcripſerit. Veruntamen, ut hoc in medio relinquamus, lecta illa et perpenſa Aldi Epiſtola, deinceps ad conferendas inter ſe Editiones ipſas me verto; ſi forte exinde aliquid certius elicerem. Tum vero ſtatim manifeſta res viſa eſt: cum mea editio, id quod præmonui obiter, octodecim tantum prima Idyllia daret; Aldina autem ea, et quinque inſuper alia, quæ in vulgatis ordine ſequuntur, immixtis tamen Moſchi et Bionis aliquot Idylliis, necnon Syringem, et Anacreontica in mortuum Adonidem. Quis enim crederet, aliquem adeo vel hebetem vel inconſultum fuiſſe, ut poſt Aldum ederet exiguam duntaxat Heſiodi partem, quum ille integrum edidiſſet, aut ut tot Theocriti Idyllia, ſi jam ab Aldo edita eſſent, ultro negligeret? Quæ ſpes editionis tam mutilæ et imperfectæ? Sed non eſt cur conjecturis aut rationibus agamus; ipſe enim editor editionis hujus meæ nos aperte docet, ſibi octodecim Idyllia Theocriti ſola nota fuiſſe: ipſorum nempe ad finem hæc adjecit, ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ. Ex quo luce clarius eſt, Editionem Aldinam illi nunquam viſam, unde et ea noſtram priorem fuiſſe jure ſuſpiceris. Addam hoc amplius. Mos eſt typographi noſtri, de quo infra dicam fuſius, ut novum Idyllium ſtatim in eadem pagina inchoet, ubi præcedens deſinit; ſi modo locus in ea ſuperſit ad Titulum, et quatuor duntaxat carmina Idyllii. Jam vero in ultima pagina, quatuor ſola ultima carmina Idyllii octodecimi extant; ita ut non ſolum Titulo ſequentis Idyllii ſed et integro Idyllio ipſi locus in eadem pagina ſuperſit. Quinimo pagina quælibet, præter Titulum Idyllii, verſus circiter duodeviginti capere poteſt; at Idyllium nonum decimum ſolis octo verſiculis conſtat, ut proinde non modo ſpatium ei ſit in ultima pagina, ſed et Titulo et Initio Idyllii viceſimi, ſi nota hæc Idyllia Typographo noſtro fuiſſent.

Hoc igitur meo jure mihi ſumo: octodecim tantum Theocriti Idyllia editori meo nota fuiſſe, eo ſaltem tempore quo ipſe ultimam manum editioni ſuæ admovit, et idcirco Aldinam Editionem nondum ab illo viſam. Atque hinc nonnulla, quæ noſtræ quidem editionis pretium vehementer augent, et a nobis jam diſputata extra dubium ponunt, neceſſario ſequuntur: quorum primum ac præcipuum eſt, quod ad alicujus veteris manuſcripti codicis exemplar excuſa eſt, ut antea ex characterum forma recte conjectabamus; alterum, quod non modo nihil obſtat, quo minus ante Aldinam editam fuiſſe putemus, ſed et ratio ſuadeat, illam potius, quam hanc, PRIMAM OMNIUM THEOCRITI EDITIONUM merito eſſe cenſendam.

Quod ſiquis Aldinæ Editionis fautor nihilominus etiamnum contenderit potuiſſe fieri, ut circa idem tempus utraque prodierit editio, vel etiam Aldina paulo ante meam, ego certe id evenire potuiſſe, minime inficias iverim. Sed nihil interea video, cur Aldinam prius editam eſſe concedam; cur autem meam potius antiquiorem crediderim, ſupra patefeci. Sed de hoc quivis, ut volet, hariolotur. Id modo ſaltem mihi dabis, non potuiſſe meam diu poſt Aldinam prodire, cum illa ignota fuerit editori huic noſtro, eandem cum Aldo artem exercenti, et cujus propterea adeo intererat noſſe, quicunque ex ejus tam inſigni typographia prodierant libri. Æquo præterea rerum æſtimatori dubium eſſe non poteſt, quin eruditis omnibus cito innotuerint libri ab Aldo editi, ut vel ex ipſis, ſi non aliunde, typographi quinam et quales eſſent illi libri diſcere potuerint. Sciolum igitur aut valde pervicacem eſſe oportet, qui diu poſt Aldinam edi hanc meam potuiſſe affirmaverit: quum autem Lovanienſis editio nonniſi viginti et quinque annis poſt Aldinam aſpexerit lucem, quis non miretur hominem inventum eſſe qui noſtram editionem Lovanienſem eſſe præpoſtere judicaverit?

Porro in meo exemplari neque Titulus ullus apparet, neque nota ulla in fine, vel typographi, vel temporis, vel loci, a quo, aut quando, aut ubi, procuderetur. Titulum quidem avulſum eſſe, ſi ullum unquam

V. 72. Pro ενοφθαλμος η σιωπη, potius lege e dicto cod. Laurent. και σιωπη. Ibi et ενομματος. Sed prius habent Vaticani.

Idyll. IX.

V. 21. Post ultimum οδοντων quæ porro sequuntur, ου μεν δη επερηται, alterius sunt priora refutantis: non enim dixeris *infantem edentulum*, cui nondum dentes nati. Ut vidit Hemsterhus. ad Thomam Magistr. p. 636. Aliquid ergo supplendum. Hinc vides Scholia hæc continere quasi notas in seipsa: nec tantum esse collectanea a diversis magistris in Theocritum.

V. 50. Πλουτωνα. Forte Πλουτον, Plutum, Deum Divitiarum. Confer enim Schol. Idyll. x. 19. Etsi ille nonnunquam dicatur Πλουτων.

Idyll. X.

V. 2. Corrige Homeri versiculum ex Iliad. A. 65.

V. 14. Εισιν ισπαρμενα, &c. Mendum hic vidit Casaubonus. Lect. Theocr. pag. 264. Siquod est, bene corrigi possit ex ineditis nostris. Quæ vide.

V. 18. Οις αν εντρανιζη ζωοις κακον συμβαινει. Vox εντρανιζη non est alibi reperienda. Credo scripsisse Scholiastem ΕΝΑΤΕΝΙΣΗι. Patet hoc ex iis quæ supra traduntur de eadem locusta. Ει ΠΡΟΣΒΛΕΨΕΙ τινι των ζωων, εκεινω κακον γινεσθαι. *Siquod animal* ASPEXERIT, *ei malum accidere.*

V. 19. Post φασιν, supple, e cod. Laurent. prædict. ὡς και Αριστοφανης. Ut in Vaticanis etiam, quod notavi.

V. 24. Μελιχρουν δε, &c. Confer Man. Moscoph. de Sched. p. 64. edit. Steph. Qui forte grammaticum nostrum respexit. Ut dicam obiter, erat Manueles ille e profugis Græcis, qui post captam Constantinopolin migrabant Italiam. Floruit circiter A. D. 1390.

V. 28. Εις τον Ευφοριωνα φασιν ειπειν. η εις τον Ευφοριωνα απιδων ειπε· διτλως γαρ εν τοις παρ' ἡμιν γραφεται. Hæc uncinis incluserat Heinsius in editione sua. Quod non ita fit in Calliergi. Desunt ea verba Vaticanis tertio et quarto. Legit Heinsius δε ιδων pro απιδων. Lect. Theocr. pag. 351. Vel afferas huc ex uncinis απιδων, quod magistris nostris placebat, puto, magis quam ιδων. Verba uncinis inclusa, sunt collectoris cujusdam, otio satis abundantis, notantis legi etiam in quibusdam απιδων. Ita concipit Heinsius et exhibet Euphorionis versiculos.

> Πορφυρεη Υακινθε, σε μεν μια φατις αοιδων,
> Ροιτειης αμαθοισι δεδεπτολος Αιακιδαο
> Ηρος ανεγχομενα γεγραμμενα κωκυεσαν.

Aliter ea corrigit Casaubonus e codicibus, Lect. Theocr. pag. 264. In cujus emendatione vellem inserendum τα post αιτιαειν. Confer quæ nos e codicibus Vaticanis huc exprompsimus, in ipsis Scholiis. Ita supremum versum hujus fragmenti corrigit Salmasius ad Solin. Tom. ii. p. 860.

> Ειαρος αγγελλειν τα γεγραμμενα κωκυεσαν.

Vide H. Stephani Observat. edit. Theocrit. minor. pag. 204. Porro, ut illud obiter adnotem, non cepit Heinsius quomodo dicat hic Euphorion Αιακιδαο, non Αιαντος. Atqui vel pueri sciunt, Ajacem dici potuisse ÆACIDEM, non minus recte quam Achillem. Nam Æacus utrique avus paternus fuit. Æaci filii Peleus et Telamom, Pelei Achilles, Telamonis Ajax.

Idyll. XI.

V. 1. Αυτω. Lege αυτη. Sc. Galateæ.

V. 10. Ita, mutilos et corruptos, Cratini lepidos senarios, emendatos apponit Heinsius, Lect. Theocr. pag. 354.

> Ὡς εσθιων εν τοισι σιτοις ἡδομαι,
> Ἁπαντα δ' ειναι μοι δοκει ροδωνια
> Και μαλα, και σελινα, και σισυμβρια.

V. 39. Ερευγεται. Reponit Casaubonus ερευθεται. Dein οσδε, pro ωδε. Lect. Theocr. pag. 264. Confer Spanhem. Callimach. ii. pag. 684. Wolfii Sapphon. pag. 76.

V. 40. Μαννακιον. Scribe μανιακιον. Confer enim Hesych. V. ΜΗΝΙΣΚΟΙ.

V. 57. Πλαστειν. Scribe πλατιαστειν, e Steph. Thes. Gr. iii. col. 356. a. Adhibe et Suid. V. ΠΑΤΑΓΩΝΙΟΝ.

V. 63. Pro Πιτειαν, reponit Πιτυαν Lamb. Bos. Animad. p. 133. Probat et hoc Nicandri Scholiastes.

Idyll. XII.

V. 13. Ante ὁ μεν κατα, supple, e cod. Laur. prædicto. Αμυκλαϊσδων, ὁ τη των Αμυκλων χρωμενος διαλεκτω, αντι τε των Λακωνων. Ουτοι γαρ εμπνειν το ερων. Scilicet apud illos εισπνηλος est ερατης.

V. 27. Νισα. Lege Νισαια. Patet e geographis, aliisque.

Idyll. XIII.

V. 6. Pro Αιν, Lege Αιν'. Locus Homeri est Iliad. xi. 480.

V. 7. Ευφημα,

V. 7. Ευφημ, &c. Vereor ut priora sana sint. Sed lege Πολυφημου pro Ευφημου. Conferas enim Schol. Apollon. Rhod. i. 40. 1213. Ubi et idem de hac re citatur Euphorion. Polyphemus erat filius Neptuni. Itaque legendum et ερωμενον. "Euphorion dicit Hylam amasium fuisse Polyphemi, filii Neptuni."

V. 30. Αθηνων. Lege Βιθυνων. Quod patet ex Holsten. in Stephan. pag. 263. Vult κιανων margo editionis 1545.

V. 46. Ουκτος. Aliquid humani passus est Cl. Fabricius, dum Μουνικος, pro Ουκτος, restituit. Bibl. Gr. ii. p. 441. Legendum Ονασος, qui scilicet auctor Amazonidarum, bis memoratur a Scholiast. Apol. Rhod. i. 1213. Ονασος δε εν πρωτῳ Αμαζονιδων, &c. Ibid. 1236. Ονασος δε εν τῳ α των Αμαζονικων, &c. Scripsit AMAZONIDA Marsus, poeta Romanus, a Martiale memoratus.

V. 55. Ευπρεπη. Corrige et repone ευτρεπη. Ita legitur in Glossis Laurentianis. Cum vulgatis codex Laurent. numerat. 46.

V. 59. Corrige κατηχορδων. Vide Scholia.

IDYLL. XIV.

V. 18. Φιλτατων. Habet hic codex Laurent. numerat. 46. των φιλαυτων ονοματα. Quod corruptum ego puto pro φιλων αυτων. Ita igitur hic repone.

V. 28. Τῃ ανδρος ῥωμῃ. Legit cod. Laurent. numerat. 46. Τῃ του ανδρος ερωμενῃ. Durior lectio: si vera, rescribatur.

V. 34. Οι Ατθικοι. Ita legit hæc codex Laurent. numerat. 46. Κορρην γαρ την γυναικα φησιν οι Αττικοι. An aliquid exinde corrigendum, videant docti.

V. 42. Αμφιθυρον και διπλυχον, πυλον εστι. Legit cod. Laurent. numerat. 46. Αμφιθυρον και δικλις το αυτο εστι. *Idem significant hæc verba.*

V. 46. Θρακιστι. Ita hic supple ex eodem codice. Αντι του ουδε Ιταλιστι. Ita vero Gloss. Vat. 5. Γραφεται, ουδ' ει Βουλγαριστι, η Ιταλιστι, οιδα.

Ibid. Κεκαρμαι. Supple hic e cod. Laur. prædict. Εκειροντο γαρ οι Θρακες, δια το μη εν πολεμοις δια τουτων αλισκεσθαι, [f. αλωναι,] η κενον εχειν βαρος αυτους.

V. 68. Post χρονος, supple e dicto codice. Ταχεως επεισιν το γηρας ἡμων τοις κροταφοις. Και αι πολιαι αει καθερπουσιν απο των αυτων μεχρι του γενειου εφεξης. Διο ποιειν τι δει, ἑως το γονυ χλωρον.

IDYLL. XV.

V. 8. Pro πορηρων, ascribunt in marg. veteres editiones πυρηνοφων. Quod vidit Valckenarius ad Herodot. p. 236. 45.

V. 40. Και φησι, &c. Ita lege et supple, e cod. Laurent. numerat. 46. Και φησι, Μορμω, Δακνει ἱππος. Εις καταπληξιν, &c. ΜΟΡΜΩ. Λαμεια βασιλισσα Λαιστρυγονων, ἡ και Γελω λεγομενη, δυστυχουσα περι τα ἑαυτης τεκνα, ὡς αποθνησκοντα ηθελε, και τα λοιπα παιδα φονευειν. Confer huc, ut illud obiter notem, Schol. Aristoph. ad Vesp. pag. 505. ad Pac. pag. 680. edit. Aurel. Allobrog. 1607. Necnon Diodor. Sicul. L. xx. pag. 778. A. edit. Hanov. 1604. Qui, inter alia, tradit de Lamia. Διο, καθ' ἡμας μεχρι του νυν βιου, παρα ΤΟΙΣ ΝΗΠΙΟΙΣ διαμενειν την περι της ΓΥΝΑΙΚΗΣ ταυτης ΦΗΜΗΝ, και ΦΟΒΕΡΩΤΑΤΗΝ αυτοις ειναι την ΕΑΥΤΗΣ ΠΡΟΣΗΓΟΡΙΑΝ.

V. 48. Post Και Αιγυπτιοι supple, e cod. Laurent. numerat. 46. Ὡς λεγει ὁ Αισχυλος. Δεινοι πλεκειν τοι μηχανας Αιγυπτιοι. Dein ita lege et supple, post εργων, ex eodem codice. Ἡ δε μεταφορα απο του κεκροτημενου χαλκου. Και Σοφοκλης· Πανταχοθεν κροτημα Λαερτου γονος.

V. 64. Αριστοτελης, &c. Ita supple et lege ex cod. Laurent. numerat. 46. Εν τῳ περι της Ἑρμιονης ἱερῳ, η διατριβῃ, ἱστορει, Περι του Διος και της Ἡρας γαμου. Sc. *Aristoteles* [f. Aristophanes] *refert* in TEMPLO HERMIONES, *sive* Tractatu De Nuptiis *Jovis et Junonis.* Scribe itque Αριστοφανης ἱστορει, εν Τῳ, &c.

V. 68. Διαπρησαι. Scribit διαπρεισαι Stephanus in Thesauro. Confer Oudendorpium ad Thom. Magistr. Pierson. pag. 107.

V. 80. Ὑπουργοι. Mavult Cl. Valckenarius ὑπουργοι. Dissertat. de Schol. Homer. ined. pag. 124. Sed vide Notas nostras. Deinceps habet margo veterum editionum ἐριουργοι.

V. 88. Διαφερουσιν. Natum, ni fallor, ex ingenio Reiskii commentum. Habent impressi omnes, et quantum video, scripti libri, διαλεγουσιν.

V. 94. Reponit Anna doctissima, pro ἑταιρας, ἱερειας. Ad Callim. Apollin. 110. Confer Muret. Var. Lect. ii. 20.

V. 101. Βοωτου. Lege Βουτου, i. e. *Butæ.* Quod verum nomen hujus herois. Vide Hyginum Mythol. c. 260. Ubi dicitur Eryx Veneris et *Butæ* filius, occisus dein ab Hercule. Eundem memorant Diodorus Siculus, Apollonius Rhodius, Apollodorus, Isaacus Tzetes ad Lycophronem, Servius ad Virgilium, aliique. Confer Cluverii SICIL. L. ii. c. 1. pag. 239. seq.

IDYLL. XVI.

V. 83. Ειληφεναι. Corrigit Valckenarius ειληχεναι. Ad Herodot. p. 535. 99.

V. 93. Σκιπωνιον, &c. Heinsius hæc ita supplet. Σκιπωνιον ῥ ἡσπερινον, η παρα την σκηνην, η παρα το κνιφας πεποιηται. η παρα την κνιπα. Κνιψ γαρ, &c. Lect. Theocr. pag. 384.

V. 105. Οργιλῳ. Legit Εργινῳ doctissimus Wassius ad Thucydid. p. 283. 84.

IDYLL. XVII.

V. 69. Inter has quinque urbes Doriensium, pro Αλυσος,

Αλυσος, habet margo editionum veterum Ιαλυσος. Recte quidem. Confer enim Waſſ. ad Thucydid. edit. Duker. p. 531. 55.

V. 81. Ante τριακοντα ſupplet Caſaubonus τριακοσια. Lect. Theocr. pag. 276. Notas numerales in codice quinto Vaticano non prorſus intelligo. Saltem corruptas et mendoſas eſſe video.

*** CUM jam ſub prælo ſudarent EMENDATIONES hæ, allatus eſt mihi libellus, cui Tit. NOTÆ et EMENDATIONES IN THEOCRITUM. Auctore Jo. Bernardo Koehler, Lubec. 1767. Nequid in hoc negotio præteriiſſe videremur, excerpſimus exinde Scholiorum correctiones nonnulas, et hic, quaſi loco coronidis, adjecimus. IDYLL. i. v. 62. Legend. "Παρα το πινειν αυτους." [ſcil. γαλα.] v. 24. "Εθειραζοντες, καθηδωντες τα ζωα." v. 27. "Ηγουν λελυμενω κηρω κεχελασμενοι." v. 52. "Φησιν ουτω λεγεσθαι." IDYLL. iv. "Πρωιον ειδαρ ενδυκεως εδει." IDYLL. V. v. 10. "Το Ευμαρα δερμα τι φασιν ειναι, και ου κυριον ονομα, ώς τινες, ίν ουδε γαρ, &c." v. 93. "Κυριως τα ανδηρα, τα χειλη του ποταμου." —— "Αναχωματα γινωσκε." IDYLL. vii. v. 12. "Κυδωνια γαρ πολις." v. 115. "Καυνος και Βυβλις." v. 147. "Η το εν ος ετος κατα τινας." IDYLL. ix. v. 19. "Εισι δε δρυος γενη ποσαρα, φηγος, κιμερις, ετυμοδρυς, και άλιφλοιος." ILYLL. xi. v. 45. "Λεπτον, το ρεια, ηγουν, &c." IDYLL. xiv. v. 7. "Ο Ροδιος Θειοδαμαντος. Ευφοριων δε Πολυφημου του Ποσειδωνος ερωμενον." v. 46. "Ονασος εν τοις Αμαζονικοις." IDYLL. xv. v. 21. "Τ' αμπεχονον, το πεπλον, και ενδυμα, όπερ περιτον ὑπεζωννυντο. Και ταν περονατριδα, το περιβολαιον ἱματιον, όπερ ουκ εζωννυντο. Ειρηται δε, &c." v. 130. "Αλλ' ετι χνοαζει." v. 133. "Ερρυπτον εν αυλη." Rationes admodum probabiles eruditiſſimi viri, feſtinantibus operis, haud vacat apponere.

FLORENTISSIMÆ.

ACADEMIÆ. OXONIENSI.

HAS. ANIMADVERSIONES.

IN.

SCHOLIA. THEOCRITEA.

D. D. D.

ALMÆ. MATRI.

FILIUS. DEVOTISSIMUS.

J. TOUP.

LECTORI S.

COmmentarios Græcos, qui Theocritum nostrum comitari solent, ex variis exemplaribus primus collegit, et Romæ, MDXVI, *una cum Theocrito suo, evulgavit* Zacharias Calliergus, *Cretensis, vir Græce eruditissimus. Sunt autem hæc scholia, ut diversorum auctorum, alia majoris, alia minoris pretii. Quin et multa inepta sunt, nonnulla mutila, plurima corrupta. Nos non pauca excussimus, et integritati suæ restituimus. Nam singula persequi infinitum esset, et hominis otio suo abutentis. Quod restat alii expedient. Nos gustum aliquem hic exhibemus; quem viris eruditis, et qui Græce sapiant, haud ingratum fore confidimus. Sed de hoc alii judicabunt. Nam merces nostras deprædicare nostrum non est. Vale. Dabam* S. Martini. XX. *Feb.* MDCCLXIX.

J. TOUPII

ANIMADVERSIONES

IN

SCHOLIA THEOCRITEA.

IDYLL. I.

Ver. 1. Τὸ ἁδύ τινὲς λέγουσιν ὅτι ψιλοῦται, τοῦ η τετραμμένου εἰς α, Δωρικῶς. Καὶ εἰ μὲν οὗτοι ἀληθεύουσι, ψεύδεται ὁ Θεόκριτος —— Πάνθ' ἅλιος φάσθω.] Respexit Scholiastes ad i. 102.

> Ἤδη γὰρ φράσδει ΠΑΝΘ' ΑΛΙΟΣ ἄμμι. δεδύκει
> Δάφνις. ——

Ita scribendus videtur iste locus. quo tangit Daphnis Veneris commercium cum Marte, cujus SOL index fuerat. Deinde leguntur, Καὶ ἡ πίτυς ἐκείνη, ἐστὶ περὶ ταῖς πηγαῖς. Scribe, πρὸς sive παρὰ ταῖς πηγαῖς. *juxta fontes*. Confer Schol. ad iii. 30. viii. 26. Quæ sequuntur ita scribenda sunt, Τὸ δὲ ψίθυρ παρὰ τὸ ψίθος, ὃ σημαίνει τὴν λοιδορίαν, ἢ παρὰ τὸ ψίω, τὸ λεπτύνω, Καὶ ΤΟ ΘΥΡΑ. Sed hæc sunt somnia et deliramenta grammaticorum.

V. 3. Ἀρίστιππος δὲ ἐν τῷ Ἀρκαδικῷ Διὸς καὶ νύμφης Οἰνηΐδος.] Scribendum videtur, ἐν τῷ α' Ἀρκαδικῶν. *in primo libro Arcadicorum*, sive *historiæ Arcadicæ*. Aristippi *Arcadica* laudat Clemens Alexandrinus, et Diogenes Laertius in Aristippo. Confer etiam Schol. ad Apollon. Rhod. iii. 1086. Quæ paulo infra leguntur, Τὸ δὲ πάρδαλιν εἰλῆφθαι τῆς γῆς φαντασίας ἕνεκα, nonnihil corrupta sunt. Emendabat Cl. Valckenarius ad Herodotum, παρδαλῆν ΕΝΗΦΘΑΙ. Quod partim verum est, partim non item. Idem πάρδαλιν ἐνῆφθαι et παρδαλῆν ἐνῆφθαι, ut λέοντα περιβεβλῆσθαι et λεοντῆν περιβεβλῆσθαι. de quo nos in Epist. Crit. p. 118. Huc accedit Phurnutus, sive Cornutus, de Nat. Deor. cap. 27. Νεβρίδα δὲ ἢ ΠΑΡΔΑΛΙΝ αὐτὸν ΕΝΗΦΘΑΙ διὰ τὴν ποικιλίαν τῶν χρωμάτων, ἃ θεωρεῖται ἐν αὐτῷ.

V. 45. Παρὰ τὸ τιτθὸν, ὃ σημαίνει τὸν μάζον.] Scribe παρὰ τὸν ΤΙΤΘΟΝ. Hesychius, Μαζὸς, μαστὸς, ΤΙΤΘΟΣ.

V. 48. Ἃ μὲν ἀν' ὄρχως. τοὺς διδύμους τῆς ἀμπέλου. ἤγουν τοὺς κλάδους.] Confundit homo ineptulus ὄρχους et ὄρχεις. Nempe *testiculos*, quos Romani *geminos*, Græci διδύμους vocant. Etymol. Δίδυμος, ὁ ὄρχις. Hesych. Ὄρχεια. τὸ τῶν ΔΙΔΥΜΩΝ ἀγγεῖον. Ceterum quod fecit Scholiastes, fecit etiam Interpres Libanii de Saltat. p. 512. Διόπερ καὶ τοὔνομα τοῖς ὀρχησταῖς ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχῇ περὶ ΤΟΥΣ ΟΡΧΟΥΣ σκιρτημάτων. Ubi inepte Morellus, *Nomen saltatoribus datum a tripudiis circa* TESTICULOS.

V. 52. Ὁ δὲ Νεοπτόλεμος γελοίως ᾠήθη τὸν ἀνθέρικα τοῦ στάχυος.] Scribe, τὸν ΑΘΕΡΑ τοῦ στάχυος. Phrynichus in *Apparat. Sophist.* MS. apud Cl. Ruhnken. Ἀθὴρ, ἡ ἀκμὴ τοῦ ἠκονημένου σιδήρου, ἀπὸ τοῦ ΑΘΕΡΟΣ, ὅ ἐστιν ἀστάχυος τὸ ἄκρον καὶ λεπτότατον, παρ' ὃ τὸ Ἀθηρηλοιγὸν καὶ Ἀθερίζειν. Confer Schol. ad Homer. Odyss. Λ. 127. Vocem usurpat Plutarchus in Cat. Min. p. 793. Ὡς δὲ εἶδεν ἑστῶτα τὸν ΑΘΕΡΑ, καὶ τὴν ἀκμὴν διαμεμένουσαν, εἰπὼν, Νῦν ἐμὸς εἰμι, τὸ μὲν ξίφος ἔθηκε, τὸ δὲ βιβλίον αὖθις ἀνεγίνωσκε. Item Athenæus, lib. 7. p. 303. Τοῦ ἄῤῥενος τοῦτον φησὶ διαφέρειν ὁ Ἀριστοτέλης, τῷ ἔχειν ὑπὸ τῇ γαστρὶ πτερύγιον, ὃ καλεῖσθαι ΑΘΕΡΑ. Ad quem locum consulendus Casaubonus.

V. 53. Μέλεται. ἀντὶ τοῦ μέλει, φροντίς ἐστιν αὐτῷ οὔτε ἐπὶ πήρης, τουτέστιν, οὐδὲν οὔτε τῆς πήρας, οὔτε τῶν φυλῶν.] Scribe, φροντίς ἐστιν αὐτῷ οὔτε τι πήρης. Quod ex Theocrito, et sequenti interpretamento constat. Atque hoc miror non animadvertisse Casaubonum.

V. 56. Καὶ Ἱεροκλῆς· Μηδ' αἰόλιζε ταῦτα.] Hoc fragmentum ex scena petitum est, ubi nullum locum habet Hierocles. Scribendum videtur. Καὶ Σοφοκλῆς·

> Μηδ' αἰόλιζε ταῦτα. ——

Est prior pars senarii. Sic solent isti homines, ut *alium*

pro *alio* laudent. de quo nos ad Suid. V. ἄξιος. λογισμοὺς. et, ut alia taceam, V. ψευστὴν. Sed hoc Suidæ cum aliis grammaticis ſolenne eſt.

V. 65. Δημήτριος δὲ ὁ Καλετιανὸς (leg. Καλατιανὸς) τοῦ Βριάρεω ἑνὸς τῶν Κυκλώπων παῖδας γενέσθαι Δικανὸν καὶ Αἴτνην.] Lego, ΣΙΚΑΝΟΝ καὶ Αἴτνην. SICANUS, a quo *Sicani* denominati, *Cyclopis* et *Polyphemi* pater. Joannes Malela *Chronog.* p. 145. Ἡ δὲ νῆσος αὕτη ἦν μεγάλη πάνυ, διῃρημένη εἰς τρεῖς ἀδελφοὺς, μεγάλους καὶ δυνατοὺς, καὶ τὰ ἀλλήλων φρονοῦντας, λέγω δὴ, εἰς Κύκλωπα, καὶ Ἀντιφάντην, καὶ Πολύφημον, υἱοὺς γενομένους τοῦ ΣΙΚΑΝΟΥ, βασιλέως τῆς αὐτῆς νήσου. *Sicani* hujus meminit Stephanus Byzantinus V. Τρινακρία. Ὕστερον ἐκλήθη ἀπὸ ΣΙΚΑΝΟΥ Σικανία. Atque hinc incolæ antiquiſſimi *Sicani* dicti. Callimachus in Dian. 56.

——— Αὖε γὰρ ΑΙΤΝΗ

Αὖε δὲ Τρινακρίη ΣΙΚΑΝΩΝ ἕδος. ———

Ubi inepte nuperus editor, *Ætna cum tota Sicilia concutiebatur.* *Trinacria* eſt urbs primaria Sicanorum. Hinc Σικανῶν ἕδος vocat Callimachus. Diodorus Sic. xii. 29. Συρακούσιοι δὲ πάσας τὰς τῶν Σικελῶν πόλεις ὑπηκόους ποιησάμενοι, πλὴν τῆς ὀνομαζομένης ΤΡΙΝΑΚΙΗΣ, ἔγνωσαν ἐπὶ ταύτην στρατεύειν. Ubi quam Τρινακρίην Callimachus, Τρινακίην vocat Diodorus. Quod viris doctiſſimis fraudi fuit. Idem Θρινακία, Τρινακία, et Τρινακρία. de quo Strabo, lib. vii. p. 407. Schol. ad Lycoph. 966. et Euſtathius ad Perieg. 467. *Inſula* autem et *urbs primaria* eodem nomine gaudebant. Quod haud infrequens. Huc nonnihil facit Martialis, vii. 64.

SICANIAS *urbes*, ÆTNÆAQUE *regna petiſti.*

Ceterum *Demetrii Calatiani* meminere Dionyſius Halicarnaſſeus, Strabo, Laertius, Stephanus Byzantinus, Lucianus, alii. Hominis *patriam*, et in *terra patria* deſcribenda ἀκρίβειαν ſubindicare videtur Marcianus Heracleota de Sit. Orb. 727.

Μετὰ ταῦτα δ᾽ ἐσθ᾽ ὁ Πόντος, οὗ δὴ τὴν θέσιν
Ο ΚΑΛΑΤΙΑΝΟΣ συγγραφεὺς ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ
Ἔοικεν ἐπιμελέστατα πεπυσμένος,
Κατὰ μέρος αὐτοῦ τοὺς τόπους διέξιμεν.

V. 67. Πηνειὸς, ποταμὸς Σικελίας.] Immo ποταμὸς Θετταλίας.

V. 75. Πόρτιες, αἱ μήπω περὶ ζυγὸν ἐλθοῦσαι, μηδὲ ὀχηθεῖσαι.] Scribe, ΟΧΕΥΘΕΙΣΑΙ. *Venerem expertæ.* Schol. ad vii. 109. Ταύτῃ ἐρασθεῖσα ἡ Πηνελόπη, καὶ ἐξ αὐτοῦ ΟΧΕΥΘΕΙΣΑ, ἔτεκε τὸν Πᾶνα.

V. 95. Εὔπολις. οἷον λυγίζεται καὶ συστρέφει τὸν αὐχένα.] Verſus Comici ita reſcribendus videtur:

Οἷον λυγίζει καὶ στρέφει τὸν αὐχένα!

Schol. ad ii. 17. Διὰ τὸ πανταχοῦ ΣΤΡΕΦΕΙΝ ΚΑΙ ΛΥΓΙΖΕΙΝ τὸν αὐχένα. Ad hunc Eupolidis verſiculum proculdubio reſpexit Scholiaſtes.

V. 97. Λυγίζειν, τοῖς βεργίοις δῆσαι· ἤτοι δῆσαι λύγοις, παρὰ τὸ δεσμεύειν. ——— ἢ θλάσειν. (leg. θλάσαι.) ἁπαλὸς γὰρ ὁ λύγος. λέγουσι δὲ καὶ τὸ ἀμαυρώσειν δηλοῦν· λυγρὰ γὰρ τὰ σκοτεινά.] Scribe, ΛΥΓΑΙΑ γὰρ τὰ σκοτεινά. Heſych. ΛΥΓΑΙΑΝ. σκοτεινήν. ΛΥΓΑΙΩΣ. σκοτεινῶς. Suidas: Λύγα, σκοτία. ΛΥΓΙΑ, σκοτεινά. Ita legendus iſte locus. de quo nos ad Suid. V. Λύγα.

V. 109. Locus Menandri ita ſcribendus et numeris ſuis reſtituendus.

Ὡς ὡραΐζεθ᾽ ἡ τύχη περὶ τοὺς βίους.

Emendationem noſtram unice firmat Ammonius *in Comment. ad Ariſtot.* περὶ Ἑρμηνείας, ubi ita legitur: Τὸ δὲ ὅμοιον ἀξιώματι. οἷον.

ΩΣ ΩΡΑΙΖΕΤΑΙ ἡ τύχη ἐν τοῖς βίοις.

Corrige, ut ſupra. Ceterum ad hunc Menandri locum alluſit Procopius in *Gotthicis*, lib. 4. p. 370. Ἀλλὰ καὶ νῦν Η ΤΥΧΗ ΩΡΑΙΖΟΜΕΝΑ τε διαφανὲς, καὶ διασύρουσα τὰ ἀνθρώπεια, τό τε παράλογον τὸ αὐτῆς ἴδιον, καὶ τὸ τοῦ βουλήματος ἀπροφάσιστον ἐπιδέδεικται. Confer etiam Procopium in *Perſicis*, lib. 2. p. 90. ubi ad hunc verſiculum reſpexit. Quæ ſub finem leguntur, ita ſcribenda ſunt, monente viro doctiſſimo ad Hyginum: Ἐφ᾽ οἷς ΑΧΘΟΜΕΝΗ ἢ αἰσχυνομένη ηὔξατο εἰς ὁμώνυμον φυτὸν μεταλλαγῆναι.

V. 117. Ὥς φησιν Ἴστρος παριστορῶν περὶ τῆς Ὀλυμπίας φιάλης.] Notanda locutio: Παριστορεῖν περὶ τῆς Ὀλυμπίας φιάλης. *Fabulam narrare de patera Olympica.* Verbum Παριστορεῖν, quod haud protritum eſt, uſurpat Plutarchus, ſive auctor, quiſque demum fuerit, de Placit. Philoſoph. ii. 24. ΠΑΡΙΣΤΟΡΗΚΕ δὲ καὶ ἔκλειψιν ἡλίου ἐφ᾽ ὅλον μῆνα. Ubi παριστόρησις ſive *fabuloſa narratio* Xenophanis notatur. Verbum uſurpat et Simocatta Hiſtor. lib. vii. p. 174: Ἀλλὰ μή τις οἰέσθω ΠΑΡΙΣΤΟΡΕΙΝ ἡμᾶς κατὰ τούτους τοὺς χρόνους. *Nolim autem quenquam opinari, me hujus temporis res mala fide commemorare.* Ceterum de *Olympica patera* conſulendus Strabo, lib. vi. p. 415. et Antigonus Caryſtius Hiſtor. Mirab. cap. 155.

V. 141. Τὸν μούσαις φίλον ἄνδρα· ἐπεὶ πάσας οἰκείως διέτριβε.] Scribe, ΠΑΣΑΙΣ. *Cum omnibus vixit familiariſſime.*

V. 147. Ὅτι δὲ αἱ Ἀττικαὶ ἰσχάδες ἥδισται καὶ Δίων μαρτυρεῖ.] Scribendum, ΔΕΙΝΩΝ. Quod et recte monuit Joannes Meurſius de Pop. Attic. p. 6.

IDYLL. II.

V. 10. Ita ſenarium Menandri ſcribimus, ad Suid. V. ΙΥΓΞ.

Ὦ νὺξ σὺ γὰρ δὴ πλεῖστον Ἀφροδίτης ἔχεις.

Quod omnino verum. Huc reſpexit Plutarchus in Sympoſiacis. Lib. iii. pag. 456.

V. 12. Locus Ariſtophanis, in ΔΑΙΤΑΛΕΥΣΙ, ita legendus et interpungendus.

Τί δαί; Κυνίδιον λεπτὸν ἐπρίω τῇ θεᾷ
Εἰς τὰς τριόδους; ———

Idem τί δὲ et τί δαί. Quæ Ariſtophanis ſolennis locutio. Heſychius. Δαὶ δή. τί δή. Ita ſcribendus iſte locus, qui vulgo male procuratus eſt. Illud autem λεπτὸν, nihil aliud eſt niſi interpretamentum vocis prioris. Idyll. i. 40. Πέτρα δὲ τέτυκται ΛΕΠΡΑΣ. *Rupes aſpera fabrefacta eſt.* Ubi Scholiaſtes. ΛΕΥΚΗ, καὶ λίπρῃ ἐοικυῖα. Cæterum de hujuſmodi interpretamento,

mento, nos plura, in Epistola Critica ad eruditissimum Præsulem Glocestrensem. pag. 97.

V. 17. Ἴυγξ. ὄρνεον Ἀφροδίτης, ᾧ αἱ φαρμακίδες συνεργὸν ἔχουσι πρὸς τὰς μαγείας. Λέγουσι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν ἔρωτα ἀπὸ τοῦ ὄντος ζώου ἴυγγα, ὥς φησι Πίνδαρος, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζώων μορίων, μᾶζον πίννης αὐτὸ λέγων.] Primum notandum illud, ἀπὸ τοῦ ὄντος ζώου. Quod de *philtro*, sive *Amoris effigie*, cui *Iynx avis* inerat, intelligendum videtur. Ἄγαλμα πεπλασμένον vocat Olympiodorus apud Photium. Latini *statuas consecratas*. de quibus Cl. Salmasius ad Vopisci Aurelianum. Sed de hoc viderint curiosi. Quod sequitur, ita scribe, μᾶζον ΣΠΙΖΗΣ αὐτὸ λέγων. Aristot. de Animal. lib. 2. cap. 12. Οἷον ἡ καλουμένη Ἴυγξ. αὐτὴ δὲ ἐστι μικρῷ μὲν μείζων ΣΠΙΖΗΣ. Deinde legitur, ἢ κίναιδος, ἢ παρὰ Ῥωμαίοις σεισοπυγὶς καλουμένη, διὰ τὸ πανταχοῦ στρέφειν καὶ λυγίζειν τὸν αὐχένα ἢ τὴν πυγήν. Quibus respexit Scholiastes ad Romanam vocem *Motacillam*; quam vel a *movendo collo*, vel a *movenda cauda*, deduci putat. Posteriorem etymologiam unice probat Varro de Ling. Lat. p. 21. *Sic Galeritus, et Motacilla: alter, quod in capite habet plumam elatam; altera, quod semper movet caudam.* Glossæ Philoxeni: Σεισοπυγίς. *Motacilla*. Ceterum de *Iynge* consulendus Cl. Albert. ad Hesychium. consulendus et Cl. Kuster. ad Suidam. Confer et quæ nos ad Suidam advotavimus, V. Ἴυγξ. Addam pulcherrimum locum Sophoclis in *Hippodamia* apud Athenæum, lib. xiii. p. 564. cujus nec verba nec numeros satis perspectos habuerunt viri doctissimi ad Euripidis *Hippolytum*. Σοφοκλῆς δέ που περὶ τοῦ κάλλους τοῦ Πέλοπος διαλεγομένην ποιήσας τὴν Ἱπποδάμειαν φησίν,

> Τοιάνδ' ἐν ὄψει ΙΥΓΓΑ θηρατηρίαν
> Ἔρωτος, ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει.
> Εἶθ' ΗΔΕΤΑΙ μὲν αὐτὸς, ἐξοπτᾶ δ' ἐμέ,
> Ἴσον μετρῶν ὀφθαλμὸν, ὥστε τέκτονος
> Παρὰ στάθμην ἰόντος ὀρθοῦται κανών.

Ita proculdubio scribendi sunt isti versiculi. Hesych. Ἥδεται, εὐφραίνεται, τέρπεται. *Deinde ipse (Pelops) me amat et oblectatur, ego vero oculis ejus uror.* Verba sunt Hippodamiæ. Vides antithesin. Ita locutus est Sophocles, Aj. 272.

> ΑΥΤΟΣ ΜΕΝ ΗΔΕΘ' οἷσιν εἶχ' ἐν κακοῖς
> Ἡμᾶς δὲ τοὺς φρονοῦντας ἠνία ξυνών.

Quod quidem haud absimile est. Deinde recte Tragicus, Παρὰ στάθμην ἰόντος, *ad amussim euntis*. quod hominis *artificis* est. Nos Angli, *to go by rule*. Theognis. 939.

> ΕΙΜΙ ΠΑΡΑ ΣΤΑΘΜΗΝ ὀρθὴν ὁδόν. ———

Primus autem versiculus, quod denique monendum, neutiquam sollicitandus est. Nil novi fecit poeta. Pronuntiabatur scilicet, ἐν ὀψειυγγα. Sed hæc μυστήρια nosse, ut ille ait, non omnibus est datum. Ceterum Sophocles, nunc in *Œnomao*, nunc in *Hippodamia* laudatur. quæ una fabula videtur.

V. 18. Ῥόμβος δὲ ὃν οἱ Ἀττικοὶ κόρυμβον καλοῦσι.] Scribendum, ὃν οἱ Ἀττικοὶ ΡΥΜΒΟΝ καλοῦσι. Quod et vidit doctissimus Piersonus.

V. 28. Ὡς Μένανδρος φησί· Δαίμων ἀνδρὶ παρίσταται εὐθὺς γινομένῳ.] Scribe γενομένῳ. Verba Menandri auctiora et emendatiora leguntur apud Clementem Alexandrinum.

> Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
> Εὐθὺς ΓΕΝΟΜΕΝΩ. ———

V. 66. Καὶ παρὰ Μενάνδρῳ· Αἱ κυίσκουσαι ἐπικαλεῖσθε τὴν Ἄρτεμιν, ἀξιοῦσαι συγγνώμης, ὅτι διακορεύθητε.] Menandri locus ita supplendus, et numeris suis restituendus videtur,

> Αἱ κυΐσκουσαι γυναῖκες ἐπικαλεῖσθε τὴν θεάν.
> *Quæ virum expertæ fuistis, Dianam invocate.*

Quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ, pro interpretamento adjecta. Sic solent isti homines. de quo nos in Epist. Crit. p. 97.

V. 67. Περισταδόν· ἤγουν κατὰ κυκλικὴν στάσιν. κύκλωθεν.] Scribe, ΚΥΚΛΟΘΕΝ.

V. 73. Τοῦτο δὲ λέγει ὅτι ἐπέσθη προσελθεῖν ἐπὶ τὴν θέαν.] Scribe, προελθεῖν. *in publicum prodire*. Quod et vidit Cl. Reiskius.

V. 85. Ἐξελάπαξε, διέφθειρεν, ἐκτὸς φροντίδος καὶ γνώμης, ἐποίησε· γράφεται καὶ Ἐξάλαξεν ἵν' ᾖ ἐξήλασε.] Scribendum omnino cum Heinsio, ἵν' ᾖ Ἐξήλαξε. Schol. ad Pindar. Olymp. x. p. 100. Γράφεται καὶ ΑΛΙΝ ἵν' ᾖ τὴν μὲν ΗΛΙΝ καθαίρεσις τῷ θεῷ. Quæ plane gemina sunt. Confer Schol. ad Idyll. xiii. 7.

V. 88. Ἀσκληπιάδης δὲ φυτόν τι χλωρὸν ὅθεν καὶ τὴν θαψίαν πρὸς τὰ ἐπόπια.] Scribe πρὸς τὰ ΥΠΩΠΙΑ. Nimirum facit hæc radix ad sugillationes et livores tollendos. Dioscorides de *Thapsia*, iv. 157. ΥΠΩΠΙΑ τε αἴρει καὶ πελιώματα λεῖα ἡ ῥίζα, ἢ ὁ χυλὸς σὺν λιβανωτῷ καὶ κηρῷ ἴσοις. Ad quem locum vide Sarracenum.

V. 166. Εὐριπίδης· Ὦ νὺξ ἱερά, ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις, ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσα.] Ex Euripidis ANDROMEDA. Confer nos ad Suid. V. ΑΙΘΗΡ.

IDYLL. III.

V. 13. Εὔχεται γενέσθαι μέλισσα, ἵνα κεντήσας ἀπαδιωκόμενη, ἢ ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν εἰσέλθῃ.] Scribendum, ἢ ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν, ἵν' εἰσέλθῃ. *Ut clam intromittatur.*

V. 29. Ἐν ἄλλοις γράφεται καὶ οὕτω·

> Οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτιμαξάμενον πλατάγησεν.]

Quæ et melior lectio. Huc adlusit Auctor epigrammatis in Anthologia Cephalæ, quod quia nondum publicam lucem vidit, hic cum lectore erudito communicabo.

ΑΓΑΘΙΟΥ.

> Ἐξότε τηλεφίλου πλαταγήματος ἠχέτα βόμβος
> Γαστέρα μαντῴης μάξατο κισσυβίου,
> Ἔγνων ὡς φιλέεις με. τὸ δ' ἀτρεκὲς αὐτίκα πείσεις,
> Εὐνῆς ἡμετέρης πάννυχος ἁπτομένη.
> Τοῦτό σε γὰρ δέξω παναληθέα. τοὺς δὲ μεθυστὰς
> Καλλείψω λατάγων πλήγμασι τερπομένους.

V. 40. Ἡ δὲ βοιωτικὴ δρομαία οὖσα προσῄεθετο τὸν γάμον αὐτοῦ.] Recte Reiskius, προσῄετο.

V. 43. Ὁ

V. 43. Ὁ Ἴφικλος παῖς ὢν περιειστήκει.] Immo, παρειστήκει. *patri adſtabat.* Quod et Reiſkius vidit. Voculæ παρὰ et περὶ ſæpius permutantur.

V. 45. Αἰόλου, τοῦ Ἕλληνος, Σαλμωνεὺς, ἐξ οὗ Τυρώ· ἐξ ἧς καὶ Κριθέως, Νηλεύς.] Scribe, ΚΡΗΘΕΩΣ. de quo conſulendi Mythographi.

V. 49. Ἐνδυμίων φασὶ παρὰ τοῖς θεοῖς διατρίβων ἠράσθη Ἥρας. ἐφ' ᾧ χαλεπήνας ὁ Ζεὺς, ἐποίησε καθεύδειν διὰ παντὸς ἀθάνατα.] Scribe, διὰ παντὸς ἀθάνατον. Quomodo habet Zenobius Proverb. iii. 76. Confer etiam Schol. ad Apollon. Rhod. iv. 57.

V. 54. Βρόχθος λέγεται τὸ ἐπίλακκον μέρος.] Scribe, ΕΠΙΛΑΚΟΝ μέρος. Heſych. Λάκος, ἦχος, ψόφος. hinc Επίλακος. quæ vox notanda, et Lexicographis commendanda.

IDYLL. IV.

V. 16. Τὴν στυγόνα τῆς δρόσου πρῶκα λέγουσιν, ἀπὸ τοῦ περὶ πίμπεσθαι. Καὶ Καλλίμαχος· Ὥσκεν, ἐκεῖναι πρῶκες ἔραζε πεσοῦσαι, πρωΐκιον ἐνδυκίως εἶδαρ ἔδων.] Hic locus, qui corruptus et perturbatus eſt, ita reſtituendus atque in ordinem redigendus videtur:

Καὶ Καλλίμαχος·

——— Ὦ κεν ἐκεῖναι

Πρῶκες ἔραζε πέσωσιν. ———

Καὶ,

ΠΡΟΙΚΙΟΣ ἐνδυκέως ΠΡΩΙΟΝ εἶδαρ ἔδων.

Bina loca hic proponit Scholiaſtes: quorum prior legitur apud Callimachum in Apoll. 41. Quod et vidit Dan. Heinſius: poſterior non legitur niſi apud noſtrum Scholiaſtam. Recte autem ſcripſimus Προίκιος. De *cicada* enim hic ſermo eſt, quæ πρωΐκιος ἀοιδὸς vocatur. Leonides in Epigram. Anthol. lib. vi. p. 570.

ΠΡΟΙΚΙΟΣ ἀνθρώποισι κελευθήτῃσιν ΑΟΙΔΟΣ

Θηλέης ἔρσης ἰκμάδι γευόμενος.

Quæ noſtro fragmento plane gemella ſunt. Quare vehementer ſuſpicor pentametrum iſtum ex aliquo Epigrammate, quod hodie deſideratur, decerptum fuiſſe, atque ita tandem eſſe ſupplendum,

——— ΑΟΙΔΟΣ

ΠΡΟΙΚΙΟΣ, ἐνδυκέως πρώϊον εἶδαρ ἔδων.

Quod omnino verum videtur. Eleganter autem poeta πρῶκα five *rorem* vocat πρώϊον εἶδαρ, *cibum matutinum.* Nam πρῶκα ἀπὸ τοῦ περὶ πίμπεσθαι deduci dicit Scholiaſtes. Sic πρώϊον ῥόδον, *the morning roſe.* πρώϊος ὕπνος, *the morning nap.* quæ locutio reſtituenda Plutarcho in Nicia p. 211. Ed. Bryan. Ἀμελῶν δὲ τῶν ἰδίων, ὑπὸ τοῦ τὰ κοινὰ φροντίζειν, μόλις ἄρχεται καθεύδειν περὶ ΠΡΩΙΟΝ ΥΠΝΟΝ. *Reipublicæ vero procurandæ intentus, ſuas res negligebat, et vix mane tandem ſomno vacabat.* Vulgo legitur, περὶ πρῶτον ὕπνον. quod Interpretes valde torſit. Ceterum ad hunc Theocriti locum reſpexiſſe videtur Suidas V. Ἔρση. Οἱ γὰρ τέττιγες δρόσον ΣΙΤΙΖΟΝΤΑΙ. Huc accedat Antipater in Epigram. Anthol. lib. i. p. 136. quod, quia haud inelegans et mire vitiatum eſt, hic in tranſitu emendatum adponam.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἀρκεῖ τέττιγας μεθύσαι δρόσος· ἀλλὰ πιόντες
Ἀείδειν κύκνων εἰσὶ γεγωνότεροι.
Ὣς καὶ ἀοιδὸς ἀνὴρ ξενίων χάριν ἀνταποδοῦναι
Ὕμνους εὐεργέταις οἶδε παθὼν ὀλίγα.
Τοὔνεκα σὺ πρώτως μὲν, ἀμειβομένην ΔΕ ΦΙΛΟΥΣΙ
ΜΟΥΣΑΙ, πολλάκι μου κείσεαι ἐν σελίσιν.

Ita ſcribendum. Quod vero vulgo legitur, ἐθέλουσι μοῖραι, ineptum eſt.

——— *amant alterna* CAMENÆ.

V. 18. Κώμυς, ἡ δέσμη, ἤτοι τὸ δεσμάτιον. Κρατῖνος· Ὁ δὲ μετ' εὐδήμου τρέχων κώμυθος τὴν λοιπὴν ἔχει τοῦ στεφάνου.] Locus Cratini ita legendus et diſponendus eſt:

——— Ὁ δὲ μετ' ΕΥΟΔΜΟΥ τρέχων

Κώμυθος. ———

Cetera non expedio.

V. 20. Ἦν δὲ καὶ Πύῤῥος ποιητὴς Ἐρυθραῖος, ὥς φησι Λυγκεύς.] De *Lyngeo* iſto nihil habeo quod dicam. Scribendum proculdubio, ὥς φησι ΛΥΓΚΕΥΣ. Intelligendus *Lynceus,* Samius, grammaticus ſatis nobilis. quem paſſim laudat Athenæus. Meminit etiam Suidas, et Harpocratio V. Ἰθύφαλλοι. cujus verba ſunt: Ἰθύφαλλοι. ποιήματά τινα οὕτως ἐλέγετο, ἐπὶ τῷ φαλλῷ ᾀδόμενα, ὡς ΛΥΓΚΕΥΣ ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς φησι. Quæ ex *Lyncei Epiſtolis ad Hippolochum* deprompta ſunt. de quibus Athenæus initio libri quarti. Atque hac occaſione emendandus *Hippolochus in Epiſtola ad Lynceum,* apud Athenæum, lib. iv. p. 129. ubi nuptiale convivium Carani Macedonis deſcribit. Ἡσυχίας δὲ γινομένης ἐπεισέβαλλουσιν ἡμῖν οἱ κἀν ΤΟΙΣ ΧΥΤΡΟΙΣ τοῖς Ἀθήνησι λειτουργήσαντες. μεθ' οὓς εἰσῆλθον ΙΘΥΦΑΛΛΟΙ, καὶ ΣΚΙΡΟΠΑΙΚΤΑΙ, καί τινες καὶ θαυματουργοὶ γυναῖκες εἰς ξίφη κυβιστῶσαι, καὶ πῦρ ἐκ τοῦ στόματος ἐκριπίζουσαι γυμναί. Ita ſcribendus iſte locus. quo manifeſta alluſio ad Athenienſium Χυτροφορίων, Φαλλοφορίων, et Σκιροφορίων. de quibus conſulendi viri doctiſſimi Joannes Meurſius et Petrus Caſtellanus de Feſtis Græcorum. Sed ad hæc non adtenderunt eruditiſſimi Interpretes.

V. 33. Διέφερε δὴ ἡ Κρότων τῶν ἐπὶ Ἰταλίᾳ πόλεων ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ τῇ λοιπῇ εὐδαιμονίᾳ. ὅθεν καὶ εἰς παροιμίαν ἐλθεῖν, Μάταια τἄλλα περὶ Κρότωνα πάστεα.] Legendum, Διέφερε ——— ΕΥΑΝΔΡΙᾼ καὶ τῇ λοιπῇ εὐδαιμονίᾳ. Ariſteas de LXX. Interp. p. 114. Τῶν δὲ πόλεων, ὅσαι μέγεθος ἔχουσι καὶ τὴν ἀκόλουθον εὐδαιμονίαν, ταύταις συμβέβηκεν ΕΥΑΝΔΡΕΙΝ. Deinde ſcribe,

Μάταια τἄλλα ΠΡΟΣ Κρότωνα τάστεα.

Πρὸς Κρότωνα. *Si cum Crotone comparentur.* Ariſtides in Panathen. p. 196. Ἀετόν τε ἐν νεφέλαις αὐτὴν ὁ Θεὸς καλεῖ ΠΡΟΣ ΤΑΛΛΑ ΠΟΛΙΣΜΑΤΙΑ. *Aquilam in nubibus eam vocat deus, aliarum civitatum comparatione.* Quo reſpexit Ariſtides ad *Bacidis* oraculum, cujus meminit Schol. ad Ariſtoph. Eq. 1010.

Αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεαι ἤματα πάντα.

Vide et Schol. ad Ariſtoph. Av. 279.

V. 62. Φιλοῖφα. ἤγουν ὁ φιλῶν τὸ συνουσιάζειν, φιλοσυνουσιαστά. οἰφεῖν γὰρ τὸ συνουσιάζειν. οὕτω καὶ παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι Κόροιφος λέγεται, ὁ κόρην οἰφόμενος. ἢ οἰφεῖν

τὸ

τὸ σιωπᾶν, ἀπὸ τοῦ ΟΠΙΠΕΥΕΙΝ, ἐνθα κὴ Οἰφωλὴς γυνή.] Verbum ὀπιπεύειν in fenfu parum honefto ufurpatur. Apollon. Lex. MS. Ὀπιπεύεις. περιβλέπεις. —— Ὀπιπεύεις δὲ γυναῖκας. Καὶ Παρθενοπίπας, ὁ παρθένους περιβλέπων. Hefychius: Παρθενοπίπας, ὁ παρθένους ΟΠΙΠΕΥΩΝ. Fundus verbi eft Homerus Odyff. Τ. 67.

—————— ΟΠΙΠΕΥΕΙΣ δὲ γυναῖκας.

Ubi, invitis omnibus grammaticis, legitur, ὀπιπτεύσεις. Ceterum huic affine, vel non affine, eft verbum Ὀπύειν. de quo Schol. ad Apollon. Rhod. i. 46. Dio Chryfoft. xiii. p. 226. Καὶ τὸ γυμνοῦσθαι τὸ σῶμα αἴσχιστον αὐτοῖς ἐδόκει, κὴ ΟΠΥΕΙΝ ἐν τῷ φανερῷ. Ariftotel. Ethic. vii. 5. Ὅσοις μὲν οὖν φύσις αἰτία, τούτους μὲν οὐδεὶς ἂν εἴποι ἀκρατεῖς, ὥσπερ οὐδὲ τὰς γυναῖκας, ὅτι οὐκ ΟΠΥΟΥΣΙ ἀλλ' ΟΠΥΟΝΤΑΙ. Ariftoph. Acharn. 254.

——————— ὡς μακάριος

Ὅστις σ' ΟΠΥΣΕΙ. ————

Quod vero Attici ὀπύειν, Jones ὀπύιειν, Dores ΟΙΦΕΙΝ vocant. Laco apud Plutarchum in Pyrrho. ΟΙΧΕ Ἀκρότατε, καὶ ΟΙΦΕ τὰν Χελιδωνίδα. Parthenius in Erot. cap. 23. Χειλωνίδα vocat. Sed vera lectio eft Χελιδονίδα. Ut ab ἀηδὼν ἀηδονίς, fic a Χελιδὼν Χελιδονίς. Atque hinc Φιλοίφης, five Φίλοιφος, Κόροιφος, et, fi diis placet, Κόρσοιφος. de quo vide Etymologum in V. Quin et qui ad venerem paulo proclivior, Οἰφόλης dictus; et mulier, quæ falacior, Οἰφολὶς γυνή. Ita legendum apud noftrum Scholiaftam, non Οἰφωλὴς γυνή. Hefychius: Οἰφόλης. ὁ καταφερὴς περὶ γυναῖκας, καὶ μὴ ἐγκρατής. + ΟΙΦΟΛΙΣ ΓΥΝΗ. ἡ καταφερὴς, μάχλος, πασχητιῶσα. Ita legendus ifte locus. Ut a φαίνω Φαινόλης et Φαινολίς, fic ab ΟΙΦΩ Οἰφόλης et Οἰφολίς. Sappho apud Etymolog. V. Ἕσπερος.

Ἕσπερε πάντα φέρων ὅσα ΦΑΙΝΟΛΙΣ ἐσκέδασ' αὔως.

V. 62. Τοὺς Σατύρους οἱ πλείονές φασιν ὡς καὶ τοὺς Σειληνοὺς καὶ Πᾶνας, ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν Γλαύκῳ, Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀνδρομέδᾳ.] Cl. Cafaubonus in pereleganti libro *de* SATYRA GRÆCORUM legit, Τοὺς Σατύρους ἀκρατεῖς οἱ πλείονές φασιν. Sed mens loci virum doctiffimum fefellit. Dicit Scholiaftes, *tum Satyros, tum Silenos a nonnullis* PANES *appellari*, ut Æfchylo in GLAUCO, et Sophocli in ANDROMEDA. Quæ fabulæ Satyricæ. Deinde recte Scholiaftes, Οἱ Σάτυροι καὶ οἱ Πᾶνες εὐεπίφοροι περὶ τὰς συνουσίας. Quocum facit Schol. Theocriti ineditus *Genevenfis*, Ὅτι δὲ οἱ Σάτυροι κὴ οἱ Πᾶνες εὐεπίφοροι περὶ τὰς συνουσίας καταγνόοντες, καὶ Καλλίμαχός φησι. Pro καταγνόοντες, quæ vox nulla eft, emendat Cafaubonus, κατ' ἄγρους ὄντες. Cl. Bentleius ad Callimachum, καὶ λάγνοι ὄντες. Sed vera lectio eft, εὐεπίφοροι περὶ τὰς συνουσίας, ΚΑΤΑΛΑΓΝΟΙ ὄντες. Quod ex loci fenfu et ftructura manifeftum eft. Et notanda vox Κατάλαγνος, quæ rarior eft. Agnofcit quodammodo Hefychius, Καταλαγνευθείς, εἰς ἡδονὰς κατενεχθείς. Nimirum *Satyri*, *Panes*, ceterique ejufdem farinæ *dæmunculi*, naturæ falacioris funt, et ad Venerem propenfi. Hefych. Πᾶνες, τοὺς ἐπτοημένους σφοδρῶς περὶ τὰς συνουσίας ἔλεγον. Atque hinc *Panes* κακόκνημοι dicti. nam vox κακόκνημος in obfcænis eft. Quod didiciffe videor ex Schol. Ariftoph. Av. 1568. ubi *Læfpodias* et *Damafias* homines ἀκρατεῖς et *ad venerem proclives*, κακόκνημοι dicuntur. i. e. *gracilentis cruribus deformes*, et in palæftra Veneris detriti. Hefych. Κακόκνημος, κακόφθαρτος, κακόσιτος. Confer Suid. V. Λαισποδίας, et Cl. Valefium ad Harpocrat. p. 31. Quin et hinc Πανεύειν γυναῖκας. *Mulieribus more Panum abuti*, five *id facere quod Panes facere folent*. Heraclitus περὶ Ἀπίστων, cap. 25. ubi de *Panibus* et *Satyris* agit. Ἐν ὄρεσι καταγινόμενοι καὶ γυναικῶν ἄπειροι ὄντες, ὅταν τις περιφάνη γυνή, κοινῶς αὐτῇ ἐχρῶντο. Καὶ νῦν δὲ ἔτι τὰς εἰς πλῆθος γυναῖκας λέγομεν, ὅτι ΕΠΑΝΕΥΟΜΕΝ αὐτάς. Qui locus feftivus eft, et notatu dignus vel ob verbum Πανεύειν. quod haud alibi occurrit.

IDYLL. V.

V. 6. Τοῦτο δὲ χλευαστικὸν, ὅτι οὐδὲ αὐλεῖν εἶδεν, εἰ μὴ ποππύζειν, κὴ μόνον.] Notanda locutio, καὶ μόνον. de qua nos ad Suid. V. Ἴσαν. Id unum fcilicet noverat Comatas, *poppyzare* five *calamo ftridere*, et præterea nihil.

V. 15. Κρᾶθις δὲ ποταμὸς περὶ Σύβαριν τῆς Σικελίας.] Immo vero, τῆς Ἰταλίας.

V. 15. Ὡς παρὰ Φιλοστράτῳ ——— Ὁ δὲ ὑπεκδὺς τῶν στεργόντων ἤδη βαδίζει, καὶ τοῦ Ὀλύμπου καταλείπει.] Hic locus Philoftrati legitur, ICON. i. 26.

V. 29. Ἀλλ' οὐδαμῶς ὁ ἔριφος οὗτος ἐν ἴσῃ μοίρᾳ· οὐκ ἀξιοῦται τῷ ἀμνῷ.] Legendum, οὐκ ΙΣΑΞΙΟΥΤΑΙ τῷ ἀμνῷ. *Non dignus eft hædus, qui cum agno comparetur. Non ejufdem pretii eft cum agno.* Eft verbum elegans et rariffimum. Porphyrius de Abftin. lib. ii. p. 94. Προσήκατο δὲ ὁ δαίμων ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπου τὸν βοῦν· οὕτως ΙΣΑΞΙΟΝ ἦν τὸ δρώμενον. *Dæmon autem bovem pro homine admifit. Adeo ejufdem eft pretii utraque victima.*

V. 36. Ταῦτα φησὶν ἐπὶ τῷ τὴν χάριν εἰς ἅμιλλαν αὐτῷ συνεληλυθέναι παρ' αὐτοῦ διδαχθέντα, ὡς κὴ προσκαλεῖται αὐτὸν εἰς ἅμιλλαν.] Hæc corrupta funt et fenfu carent. Vereor equidem ne Græca mutila fint. Interea fcribendum cenfeo, ἐπὶ τῷ ΤΟΝ ΛΑΚΩΝΑ εἰς ἅμιλλαν αὐτῷ συνεληλυθέναι ——— Ὡς καὶ ΠΡΟΚΑΛΕΙΣΘΑΙ αὐτόν. Nimirum *Laco* magiftrum et præceptorem fuum *Comatam* in certamen provocaverat. Hinc illæ lacrimæ.

V. 58. Γαυλοὶ ἀγγεῖα χυτροειδῆ γαλακτοδόχα.] Scribe, ΓΑΛΑΚΤΟΔΟΚΑ. Nos alibi probabimus. Sed in his fæpius peccatum.

V. 59. Σκαφίδες, ἀγγεῖα εἰς ἃ κατετίθεσαν τὰς μελικηρίδας. τὸ δὲ Πλέα ἀντὶ τοῦ πλήρη. ἐν ᾧ εἰσὶ μελικηρίδες.] Locus mutilus. Scribe, ΣΚΑΦΙΣ, ἀγγεῖον ἐν ᾧ εἰσὶ μελικηρίδες. Sunt binæ notulæ in unam conflatæ. Ceterum vox μελικηρίδες occurrit apud Athenæum. lib. xiv. p. 648. ubi male reddunt *placentas*.

V. 68. Ἡ

V. 68. Ἤ μήτι μὴν παρίδῃς ἀδικεύμενον.] Scribendum, περιίδῃς ἀδικεύμενον. *Ne finas eum injuria affici.* Quæ folennis et Græciffima locutio. Refpexit autem Scholiaftes ad verbum Ὀνάσης, quod tum *juvandi*, tum *vituperandi* fenfu accepit. Sed de hoc viderint eruditi.

V. 93. Ἄνδηρα νῦν τὰ ἄνθη, ἢ τὰ ἄκρα. Κυρίως δὲ ἄνδηρα τὰ ἐπάνω τῶν ὀχετῶν τῶν ὑγρῶν· ἤτοι τὰ χείλη τοῦ ποταμοῦ, παρὰ τὸ ἄνω διερὸν εἶναι.] Mire hic fluctuat Scholiaftes. Ἄνδηρα non funt *flores*, fed *florum areolæ*. Optime Suidas nofter: Ἄνδηρα. μέρος τι τοῦ κήπου, ὥσπερ ἡ πρασιά. Vox occurrit in Epigrammate Stratonis, quod quia hactenus ineditum eft, hic in gratiam lectoris eruditi adfcribam.

ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ.

Καιρὸν γνῶθι, σοφῶν τὸ ἔπος τις εἶπε, Φίλιππε,
Πάντα γὰρ ἀκμάζοντ' ἐστὶν ἐρασμιώτερα.
Καὶ σικυὸς πρῶτός που ἐπ' ΑΝΔΗΡΟΙΣΙΝ ὁραθεὶς
Τίμιος, εἶτα συῶν βρῶμα πεπαινόμενος.

V. 109. Ἐν τοῖς ἀγρίοις γὰρ ἐπειδάν τι καταλειφθῇ, ξηρανθὲν ἐξάλλεται.] Locus infignis. Nimirum quæ exarefcunt, *fitire*, atque adeo *præ calore* ἐξάλλεσθαι dicuntur. Atque intelligendus videtur Callimachus in Cer. 89.

Ἤσθιε μυρία πάντα, κακὰ δ' ΕΞΑΛΛΕΤΟ γαστὴρ
Αἰεὶ μᾶλλον ἔδοντι. ——————

Sermo eft de *Eryfichthone*, qui quo plura *deglutiebat*, eo magis *fitiebat*, et venter *præ calore fubfiliebat.* Quod hominum inedia laborantium eft.

V. 116. Οὐ μέμνησαι ὅτι ἐγώ σε ἐπέραινον, καὶ σὺ γελῶν ἐκεῖνο περιεχόμενος.] Legendum, ΠΡΟΣΕΧΟΜΕΝΟΣ. Idem, κινεῖσθαι προσεχόμενος, et προσκινεῖσθαι. Quod Ποπκιγκλίζεσθαι five Προσκιγκλίζεσθαι vocat Theocritus. Scholiaftes infra, Εὖ ποτε κιγκλίζου, προσκινοῦ. Lege uno verbo, Ποτεκιγκλίζου, προσκινοῦ. Quomodo et apud Theocritum fcribendum eft. Quod et vidit Cl. Reiskius. Eft autem Προσκιγκλίζεσθαι verbum nequiffimum. ἀπὸ τοῦ κίγκλου fcilicet, quæ avis Romanis *motacilla*, nonnullis σεισοπυγὶς dicitur. de quo confulendi grammatici. Hinc Ariftophanes ἐν τῷ Γήρᾳ apud Ælian. Hift. Animal. xii. 9.

Λόρδον ΚΙΓΚΛΟΒΑΤΑΝ ῥυθμόν.

Ita fcribendus ifte locus. Eft autem κιγκλοβάτης ῥυθμός, qualem faltabat Theodora apud Procopium, *Arcan. Hift.* p. 42. de quo nos ad Suid. V. Λορδουμένη. Sed hæc pluribus explicare non eft pudoris noftri. Verbum autem Προσκιγκλίζεσθαι recte exponit Scholiaftes per προσκινεῖσθαι. Quomodo loqui folent Comici. Ariftophanes in Lyfift. 227.

Κακῶς παρέξω, κοὐχὶ ΠΡΟΣΚΙΝΗΣΟΜΑΙ.

Quod verbum reftituendum Xenarcho Comico apud Athenæum, lib. xiii. p. 569.

Πῶς ποτ', ὦ δέσποινα ποντία Κύπρις,
Βινεῖν δύνανται, τοὺς Δρακοντείους νόμους
Ὁπόταν ἀναμνησθῶσι ΠΡΟΣΚΙΝΟΥΜΕΝΟΙ;

Ita legendus ifte locus, cujus elegantiam omnem penitus delevit vir doctiffimus ad Euripidis Hippolitum p. 208. Ceterum quod legitur apud Theocritum.

——— Καὶ τὰς δρυὸς ἄχρι τήνας,

Mutuatum videtur ex Ariftoph. Thefmoph. 496.

Ἐξῆλθον εἰς τὸν μοιχὸν εἶτ' ἠρειδόμην
Παρὰ τὸν Ἀγυιᾶ, κυύδ' ΕΧΟΜΕΝΗ ΤΗΣ ΔΑΦΝΗΣ.

Ita nempe fcribendus ifte locus. Emendaverat olim Pierfonus ad Mœrin,

—— Κύδδ' ἐχομένη τῆς δάφνης.

Sed virum doctiffimum cum aliis fefellit vox Κυύδα. Ut a Κινεῖν, Κίνδα, fic a Κυνεῖν, Κυύδα. Quod meretricum et hominum falaciorum eft. Sed de his pluribus ad Suidam noftrum fcripfimus, iii. p. 50. Theocriti tamen paulo fuaviora funt.

V. 118. Τοῦτο μὲν οὐ μέμνημαι· ὅτι δὲ ὁ Εὐμάρας ὁ σὸς δεσπότης δεσμεύσας ἐμαστίγωσεν, ἀκριβῶς ἐπίσταμαι.] Legendum, δεσμεύσας σε ἐμαστίγωσεν. Quod vero fequitur Ariftophanis fragmentum, ita fcribendum eft:

——— Μ' ἔδει καὶ τὰς πλευρὰς ἐκάθηρε.

Me alligavit, et tergora mea excoriavit.

Eft pars pofterior Anapæftici Ariftophanei. Dicitur autem ἔδει pro ἔδησε, ut δεῖ pro δῆσαι. Ariftoph. Lyfift. 435.

——— Κ' ὀπίσω τὼ χεῖρε δεῖ.

Ubi Schol. Δεῖ ἀντὶ τοῦ δῆσαι.

V. 136. Κίσσα εἶδος ὀρνέου ἀμούσου, ἐπιθυμητικοῦ, μιμηλοῦ. ὅθεν ἐπὶ γυναικῶν τὸ κισσᾶν παραλαμβάνεται), παρόσον μὴ φυτεῦσαι ἀηδίζονται πρὸς τὸ (οὕτω) ποιεῖν.] Locus nonnihil mutilus eft. Scribendum, ἐπὶ γυναικῶν ΤΩΝ ΓΕΝΝΩΣΩΝ. *Verbum* κισσᾶν *de mulieribus prægnantibus ufurpatur.* Quod ex fequentibus patet. Atque κισσᾶν idem quod φθονᾶν. Schol. i. 151. Κίσσαισθαι, ἡ πρὸς τὸ φθονᾶν διάπυρος καὶ θερμὴ, ἀπὸ τοῦ ΚΙΣΣΩ ΤΟ ΓΕΝΝΩ, καὶ τοῦ αἴθω τὸ καίω. Quæ notanda.

IDYLL. VI.

V. 18. Ἐκεῖνοι γὰρ ὅταν πολλὰ ποιήσαντες οὐ δύνωνται ἑτέρως νικῆσαι τὸν ὅμοιον παίκτορα.] Scribendum videtur, τὸν ΟΜΟΠΑΙΚΤΟΡΑ. *Collusorem.* Sed de hoc viderint latrunculorum ftudiofi.

V. 29. Λείπει τὸ ἐπίταξα, ἤγουν ἐπέταξα τῇ κυνὶ σιγᾶν ἢ μὴ ὑλακτεῖν.] Hæc inepta funt, et hominis ad incitas redacti. Quod vero ad hunc locum commentatus eft Cl. Reiskius, longe ineptiffimum eft. Nimirum utrique fraudi fuit lectio mendofa. Legendum utique:

Σῖγα δ' ὑλακτεῖν νιν καὶ ΤΑΝ ΚΥΝΑ. ——

Idem ὑλακτεῖν τὴν κύνα et ἡ κύων ὑλακτεῖ. Sed hæc rara, et parum nota funt fcilicet. Eft autem σῖγα ὑλακτεῖν, *fublatrare.* Γρύξαι vocant nonnulli. Hefych. Γρύξαι. ἠρέμα κράξαι ἢ ὑλακτῆσαι. Confer Schol. ii. 108.

V. 30.

V. 30. Ἴχια δὲ τὰ ὑπὸ τὴν ὀσφὺν ἐξ ἑκατέρων τῶν μηρῶν ὀστᾶ, ἐν οἷς ἔγκειται τὸ ἱερὸν ὀστοῦν.] Legebat vir doctissimus ad Mœrin ἐξ ἑκατέρων τῶν ΜΗΡΩΝ. Quod speciem quidem habet. Sed nihil mutandum. Hesych. Κοχῶναι. —— οἱ δὲ τοῦ ἱεροῦ ὀστοῦ ΤΑ ΕΚΑΤΕΡΩΘΕΝ ΜΕΡΗ.

V. 39. Καλλίμαχος· Δαίμων, τοὶ κόλποισιν ἐπιπτύουσι γυναῖκες.] Callimachi versiculus ita scribendus est.

ΔΑΙΜΟΝ, τοὶ κόλποισιν ἐπιπτύουσι γυναῖκες.

Δαίμων est *Nemesis*, propter quam in sinum suum inspuebant mulieres. Recte Scholiastes: Ποιοῦσι καὶ γὰρ τοῦτο αἱ γυναῖκες, ΤΟ ΝΕΜΕΣΗΤΟΝ ΕΚΤΡΕΠΟΜΕΝΑΙ. Vox autem Δαίμων Callimacho in deliciis est. Ceterum hunc morem tangit Lucianus in Apologia, et Strato in eleganti Epigrammate, quod ex Anthologia inedita publici juris fecit Cl. Dorvillius ad Charit. p. 197. Carmen integrum et emendatum adponam.

ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ.

Ὡς ἀγαθὴ θεός ἐστι, δι' ἣν ὑπὸ κόλπον, Ἄλεξι,
Πτύομεν, ὑστερόπουν ἀζόμενοι Νέμεσιν.
Ἦν σὺ μετερχομένην οὐκ ἔβλεπες, ἀλλ' ἐνόμιζες
Ἕξειν τὸ φθονερὸν κάλλος ἀειχρόνιον.
Νῦν δὲ τὸ μὲν διόλωλεν, ἐπήλυθε δ' ἡ τριχόλεπτος
Δαίμων. χοὶ θέρκπις νῦν σε παρερχόμεθα.

Primum notanda Νέμεσις ὑστερόπους. Quæ vox occurrit apud Aristoph. Lysist. 326.

———— Μῶν ὑστερόπους βοηθῶ;

Ubi Schol. Μὴ ὕστερος τοῦ καιροῦ ἦλθον εἰς τὸ βοηθῆσαι; Quem locum exscripsit Suidas V. Μῶν. atque ex eo est corrigendus. Deinde recte scripsimus, ἡ τριχόλεπτος δαίμων. Idem τριχόλεπτος et λεπτόθριξ. Λεπτὸν ἴουλον vocat Asclepiades in Epigrammate nondum edito; quod, quia Stratoni nostro miram lucem præfert, hic oculis eruditorum subjiciam.

ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Νῦν αἰτεῖς ὅτε ΛΕΠΤΟΣ ὑπὸ κροτάφοισιν ΙΟΥΛΟΣ
Ἕρπει, καὶ μηροῖς ὀξὺς ἔπεστι χνόος.
Εἶτα λέγεις, ἥδιον ἐμοὶ τόδε· καὶ τίς ἂν εἴποι
Κρέσσονας αὐχμηρὰς ἀσταχύων καλάμας;

IDYLL. VII.

V. 7. Αἴγειροι πτελέαι τε. ——] Schol. Κλέθρη ἀεὶ θηλυκῶς. Αἴγειρος δὲ, ἐνίοτε μὲν ἐπὶ ἀρσενικοῦ, ἐνίοτε δὲ ἐπὶ θηλυκοῦ λαμβάνεται. Scribe, Κλήθρη. Nimirum legebat Scholiastes, Αἴγειροι ΚΛΗΘΡΑΙ τε. ——

V. 11. Κύδων γὰρ πόλις τῆς Κρήτης, ἀπὸ Κύδωνος Ἑρμοῦ καὶ Ἀκακαλλίδος.] Scribe, ΑΚΑΚΑΛΛΙΔΟΣ. de qua consulendi Mythographi.

V. 16. Τὸ δὲ στέρμα λευκὸν τῆς κνίδης.] Scribe, τῆς ΚΗΚΗΣ. Schol. ad iii. 5. Κνάκωνα τὸν λευκὸν τράγον, ἀπὸ τῆς ΚΝΗΚΗΣ τοῦ στέρματος λευκοῦ ὄντος.

V. 17. Γέρων, τρίβωνα ἱμάτιον, ὅ ἐστι παλαιόν.] Scribe, Γέρων πέπλος, ΤΡΙΒΑΚΟΝ ἱμάτιον. Artemidorus ii. 3. Θέρους μὲν γὰρ ὄντος, ὀθόνια τε καὶ ΤΡΙΒΑΚΑ ΙΜΑΤΙΑ δοκεῖν φορεῖν, ἀγαθὸν ἂν εἴη, καὶ ὑγιείας σύμβολον. Confer Schol. ad Aristoph. Plut. 714.

V. 65. Πτελεατικόν. ἢ Θεσσαλικὸν οἶνον. ἢ τὸν ὑγιείας καὶ ῥώμης παρασκευαστικόν. ἢ τὴν ἐν ἀναδενδράσι δρόσον παρακειμέναις πτελέαις ἐμπλέκονται.] Scribe et distingue cum Reiskio, ἢ τὴν ἐν ἀναδενδράσι δρόσον, ΠΑΡΟΣΟΝ ταῖς παρακειμέναις πτελέαις ἐμπλέκονται. Ἡ ἐν ἀναδενδράσι δρόσος est *vinum arbustivum*. Οἶνον ἀναδενδρίτην vocat Polybius apud Athenæum, lib. i. p. 31. Πολύβιος δὲ διάφορον οἶνον ἐν Καπύῃ φησὶ γίνεσθαι, τὸν ΑΝΑΔΕΝΔΡΙΤΗΝ καλούμενον, ᾧ μηδένα συγκρίνεσθαι. Dicitur autem δρόσος tum de *aqua*, tum de *vino*. de quo Cl. Elmenhorstius ad Apuleium. Ceterum *vini Pteleatici* meminit Stephanus Byzantinus, cujus verba adscribam, ut emendem. Ἀδρία, πόλις. ὁ πολίτης καὶ ὁ πάροικος, Ἀδριανὸς, ὡς Ἀσιανός. καὶ Ἀδριάτης, οὗ τὸ Ἀδριατικὸν πέλαγος, ὡς τοῦ Πτελεάτης, ὁ ΠΤΕΛΕΑΤΙΚΟΣ ΟΙΝΟΣ. Ita legendus est iste locus. Ut a Pteleates *Pteleaticus*, sic ab Adriates *Adriaticus*. Vulgo legitur, οὕτως Ἀδριατικόν.

V. 67. Ὑποστρώσομεν καὶ στοιβάδα πήχεως. ἢ καὶ ἡ γραμμὴ ἔστω ἐστοιβασμένη εἰς τ' ἐπὶ πῆχυν, τουτέστι, μέχρι πήχεως.] Hæc perperam sollicitavit vir doctissimus. Idem στιβάδα πήχεως, et στιβάδα πηχυαῖον. Quomodo locutus est Socrates Rhodius apud Athenæum, lib. xi. p. 148. Καὶ κατεστρώθη ἐπὶ ΠΗΧΥΑΙΑ ΒΑΘΗ τὰ ἐδάφη. *Et solum floribus ad altitudinem cubiti fuit constratum.* Quæ Scholiastam nostrum illustrant egregie.

V. 79. Αἷμος ὄρος Θρᾴκης ἀπὸ Αἵμου τοῦ Βορέου καὶ Ὠριθύας.] Scribe, ΩΡΕΙΘΥΙΑΣ.

V. 78. Λεύκιος φησί.] Scribendum Λύκος. Intelligendus Lycus Rheginus, historicus, de quo Suidas, Photius in Lex. MSS. Schol. ad Aristoph. PACEM, Schol. ad Lycoph. Athenæus, alii bene multi. Confer Joann. Meursium ad Hesych. Milesium, et doctissimum Valesium de Historicis Græcis.

V. 79. Φασὶν ὅτι ὁ Θεόκριτος τὰ περὶ Δάφνιδος εἰς τὸν Κομάταν τοῦτον ἐξέθηκε, τοῦτον γὰρ ἡ μήτηρ ἐξέθηκε.] Scribendum, εἰς τὸν Κομάταν τοῦτον ΜΕΤΕΘΗΚΕ. Schol. iv. 34. Ὁ δὲ Θεόκριτος τὰ περὶ τοῦ Μιλησίου αὐτοῦ Ἀσυνάκτου ἱστορούμενα, εἰς Αἴγωνα ΜΕΤΗΝΕΓΚΕ. Quod perinde est.

V. 83. Οὐχὶ κεράστων ὄν πολὺ ταυροπάτωρ.] Hæc deprompta ex Theocriti SYRINGE.

V. 101. Ὡς πυρ Εὐριπίδη·
———— Ὡς ἀποκτένειν φθόνος
Γυναῖκας, ὡς τὸ πρῶτον οὐκ ἐκτείνατε.]
Hæc sunt verba Euripidis in Hecub. 288.

V. 103. Καὶ Ἀριστόδημος ὁ Θηβαῖος ἐν οἷς ἱστορεῖ περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν Ὁμόλων.] Scribe, τῶν ΟΜΟΛΩΙΩΝ. Quod et recte vidit Joannes Meursius in Græcia Feriata.

V. 105. Μαλθακὸς, ὁ τρυφερὸς, ἐκ τοῦ μάλθης. αὕτη δέ ἐστι κηρὸς ἀμόργῃ συνεψημένος.] Scribe, ΑΜΟΡΓΗ *amurca*.

V. 106. Οἱ Ἀρκάδες ἐπὶ θήραν ἐξιόντες, εἰ μὲν εὐθηρίας ἔτυχον, ἐτίμων τὸν Πᾶνα· εἰ δὲ τοὐναντίον, σκίλλαις εἰς

αὐτὸν

αὐτὸν παρθένον, παρόσον ἀγρίων τῆς θήρας ἐπιςατεῖ.] Legendum, παρόσον ΟΡΕΙΟΣ ΩΝ τῆς θήρας ἐπιςατεῖ. Pan deus montanus, et venationi præsidet. Vide nos ad *Syracusias*, ubi hanc vocem Theocrito restituimus.

V. 114. Νεῖλος δὲ ἀπὸ Νειλέως, ὃς μετὰ μάχην ἔκτισεν Εὐκράτην.] Scribendum, ἔκτισε ΝΑΥΚΡΑΤΙΝ. Quod et recte animadvertit Cl. Reiskius. *Naucratis* nobile Ægypti emporium, a Neleo et Milesiis conditum. de quo Herodotus, Stephanus Byzantinus, Suidas, alii. Scholiastæ nostro egregie prælucet Strabo, lib. xvii. p. 1153. Πλεύσαντες γὰρ ἐπὶ Ψαμμιτίχου τριάκοντα ναυσὶ Μιλήσιοι, κατέσχον εἰς τὸ στόμα τὸ Βολβίτινον. εἶτ' ἐκβάντες ἐτείχισαν τὸ λεχθὲν κτίσμα· χρόνῳ δὲ ἀναπλεύσαντες εἰς τὸν Σαϊτικὸν νομὸν, ΚΑΤΑΝΑΥΜΑΧΗΣΑΝΤΕΣ ΙΝΑΡΟΝ, ΠΟΛΙΝ ΕΚΤΙΣΑΝ ΝΑΥΚΡΑΤΙΝ. Ita legendus videtur iste locus qui vulgo a glossemate laborat.

V. 115. Μιλήτου γάρ φασι καὶ Αρείας ἐγένοντο παῖδες Δαῦνος καὶ Βυβλίς. Scribe, ΚΑΥΝΟΣ καὶ Βύβλις.] De *Cauno* et *Byblide* omnia pervulgata sunt.

V. 138. Ὀροδάμνους λέγουσι κυρίως καὶ ὀροδαμνίδας, τοὺς ἐν ὄρει θάμνους. ἀπὸ τούτου δὲ λέγονται ἁπλῶς οὕτω καὶ οἱ κλάδοι τῶν δένδρων. ὡς ἐν τούτοις· Πάντας δ' ἀκρέμονάς τε καὶ εὐθαλέας ὀροδάμνους κέκλασμαι.] Versiculus iste est pars Epigrammatis, quod extat Antholog. lib. i. p. 38. Carmen ipsum, quod elegans et antiquum est, hic integrum adscribam.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ. οἱ δὲ, ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

> Εἰνοδίην καρύην με παρερχομένοις ἐφύτευσαν
> Παισὶ λιθοβλήτου παίγνιον εὐστοχίης·
> Πάντας δ' ἀκρέμονάς τε καὶ εὐθαλέας ὀροδάμνους
> Κέκλασμαι, πυκιναῖς χερμάσι βαλλομένη.
> Δένδρεσιν εὐκάρποις οὐδὲν πλέον. ἦ γὰρ ἔγωγε
> Δυσδαίμων ἐπ' ἐμὴν ὕβριν ἐκαρποφόρουν.

V. 147. Τετράενος. ἤγουν τετραετής, Αττικῶς. ἢ τὸ ἐν ἔτος κατά τινας.] Locus mutilus. Repone, Τετράενος. ἤγουν τετραετὴς, Αττικῶς. ΕΝΟΣ γὰρ ὁ ἐνιαυτός· ἢ τὸ ἐν ἔτος κατά τινας. Utrumque tangit Etymologus: Ἄφενος. ἔςιν ΕΝΟΣ ὁ ἐνιαυτός. Καλλίμαχος· Τετράενον Δαμάσου παῖδα Νεοτερίδην. —— Ἐκ τούτου γίνεται σύνθετον, Ἄφενος, ὁ ἐξ ΕΝΟΣ ΕΝΙΑΥΤΟΥ συναγόμενος πλοῦτος· πλοῦτος δὲ ὁ ἐκ πολλῶν. Callimachi autem versiculus ita scribendus est:

> Τετράενον Δαμάσου παῖδα Δαμασςρίδην.

Quod ad Suidam non ita pridem vidimus, iii. p. 209. Ceterum ad hunc locum nonnulla scripserat Cl. Valckenarius in Animad. ad Ammonium p. 197. Sed nostra emendatio istiusmodi est, ut nihil dubii admittat.

V. 151. Ἢ τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι λίθους, ὡς Δημήτριός φησι, τοὺς πεπτωκότας οὐκ οἶδ' ὅπη φιλότης.] Hæc nemo interpretum intellexit. Scribendum, οὐκ οἶδ' ὅπη ΦΙΛΟΠΟΤΗΣ. Quo tangit Polyphemum ut *vini amantem*, et lapides, more hominum ebriorum et insanorum, in quemvis jaculantem. hæc mens Scholiastæ est. Respexit autem ad illud poetæ,

> Τοῖον νίκταρ ἔπεισι. ————

V. 155. Ὅταν δὲ λικμῶνται καὶ σωρεύωσι τὸν πυρὸν, κατὰ μέσον πηγνύουσι τὸ πτύον, καὶ τὴν θρινάκην κατέθεντο. τὴν δὲ αἰτίαν εἶπεν ἐκ Τριπτολέμου.] Quod alii τὴν θρίνακα, noster Scholiastes τὴν θρινάκην vocat. Quæ forma fuerit Alexandrina. Quod sequitur ita legendum est: Τὴν δὲ αἰτίαν εἶπεν ἐκ Σ. Τριπτολέμου. *Causa, quam affert, ex Sophoclis Triptolemo petenda est.* Triptolemus Sophoclis fabulæ nomen est. Ceterum ad hunc morem respexit Homerus Odys. Λ. 129.

> Ὁππότε κεν δή τοι ξυμβλήμενος ἄλλος ὁδίτης
> Φήη ΑΘΗΡΗΛΟΙΓΟΝ ἔχειν ἀνὰ φαιδίμῳ ὤμῳ,
> Καὶ τότε δὴ γαίῃ ΠΗΞΑΣ εὐῆρες ἐρετμὸν,
> Ῥέξας ἱερὰ καλά. ————

Ad quem locum vide Scholiastam.

IDYLL. VIII.

V. 26. Ἢ ἐκεῖνον τὸν αἰπόλον καλέσωμεν, ὃ παρὰ ταῖς ἐρίφοις ὁ κύων ὑλακτεῖ ὁ Λευκὸς, ἔκρινεν ἂν ἡμᾶς.] Excidit vocula. Repone, ὃς ἔκρινεν ἂν ἡμᾶς.

V. 51. Μίλων δὲ εἶπε ἀντὶ τοῦ Μίλωνι. καὶ γὰρ τὴν εὐθεῖαν ἔχει ὁ Μίλων ἔφη, ἀλλ' ὁ Μίλος.] Recte Dan. Heinsius, ἔχει ὁ Μίλος ἔφη, ἀλλ' ὁ Μίλων. Locus autem Theocriti ita scribendus est:

> ———— Καὶ λέγε Μίλων'
> Ὡς Πρωτεὺς φώκας, καὶ θεὸς ὢν, ἔνεμε.

Quod et Cl. Reiskio suboluisse video. Nimirum syllaba postrema τοῦ Μίλωνι in sequentem voculam transfertur. id quod jampridem monuimus ad Suid. iii. p. 136. Haud aliter Homerus Il. Ξ. 265.

> ———— Τρώεσσιν ἀρηγέμεν εὐρύοπα Ζῆν'
> Ὡς Ἡρακλῆος περὶ χώσατο. ————

Quod plane gemellum est. Confer Isaacum Vossium, virum doctissimum, ad Catullum p. 12. et Cl. Heinsium in Dissertat. ad Horatium p. 10.

Quin eſt latius per metaphoram patet hujuſce vocis ſignificatio. Apud Pindarum, Pyth. I. Antiſtroph. 1. habemus ὙΓΡΟΝ νωτον Aquilæ. Quod Schmidius interpretatur *delectatione perfuſum*: Potius *ſinuoſum*. Ita nempe Xenophon, De Re Equeſtri. "ὙΓΡΟΙΝ δε τοιν σκελοιν γαυρουμενος φερεται." Edit. Leunclav. Baſil. 1569. pag. 750. Habemus ibidem ὙΓΡΑ οσφυς, το ὙΓΡΟΝ του χαλινου, &c. Apud Longinum, quod adhuc audacius eſt, occurrit

currit ὙΓΡΟΝ πνευμα, ſc. "Animus in diverſas partes facile ſe trajiciens." De Sublim. §. 34. Reperitur et ὙΓΡΟΝ ομμα, ſenſu amatorio, ſc. "Ocu-" lus *molle* quiddam *laſcivumque* tuens." Quin et νευμα ΔΙΥΓΡΟΝ, in epigrammate Meleagri: quod hactenus ineditum, nec vulgaris elegantiæ, totum proferam, e libro primo Anthologiæ manuſcriptæ Conſtantini Cephalæ. Carm. 72.

Ουκ εθελω Χαριδαμον· ὁ γαρ καλος εις Δια λευσσει,
Ὡς ηδη νεκταρ τῳ θεῳ οινοχοων.
Ουκ εθελω· τι δε μοι τον επουρανιον βασιληα
Ανταθλον νικης της εν ερωτι λαβειν;
Αιρευμαι δη μουνον, ὁ παις ανιων ες Ολυμπον
Εκ γης, νιπτρα ποδων δακρυα ταμα λαβῃ·
Μναμοσυνον στοργης, γλυκυ δ' ομμασι νευμα ΔΙΥΓΡΟΝ
Δοιη, και το φιλημ' ἁρπασαι ακροθιγες.
Ταλλα δε παντ' εχετω Ζευς, ὡς θεμις. Ει δε θελησοι,
Η ταχα που κηγω γευσομαι αμβροσιης.

Non volo Charidemum: pulcher enim Ille ad Jovem ſpectat,
Quaſi jam deo nectar miniſtrans.
Non volo: quid enim mihi expedit cæleſtem regem
Æmulum hujus victoriæ in amore habere?
Hoc vero ſolum precor; ut puer aſcendens Olympum
Ex terra, lavandis pedibus lacrymas meas accipiat:
In memoriam affectûs, ſuaviter quoque oculis nutum mollem
Det, et etiam oſculum, dum avolat, rapere carptim ſummis labiis.
Cætera omnia habeat Jupiter, ut par eſt, &c.

Apud Oppianum legitur ὙΓΡΟΣ Ερως. Halieut. IV. 2. Plura congerant quibus eſt otii ſatis.

V. 56. Αιολικον τι θεαμα. —] Probamus ut ſcribatur αιολικον, potius quam αιπολικον: quamquam γραφης utriuſque meminere veteres interpretes. Heſychius. "ΑΙΟΛΙΚΟΝ θεαμα, αντι του ΑΙΤΟΛΙΚΟΥ, παρα Θεοκριτῳ· ἡ γαρ "Καλυδων ΑΙΟΛΙΣ εκαλειτο." In libris editis ineptiſſime ſcribitur, αντι του ΑΙΠΟΛΙΚΟΝ. Innuit autem his verbis Heſychius, Æoles aliquando vindicaſſe ſibi Calydonem; quod ex hiſtoria notum eſt. Caſaub. Lect. Theoc. c. 1.

Adhæc ſubnotandum puto, Calydonium ſive *Æolicum* fuiſſe mercatorem illum, πορθμεα ΚΑΛΥΔΩΝΙΟΝ ut infra dicitur, a quo coemptum fuiſſe conſtat iſthoc artificii eximii monumentum. Teſtis eſt inſuper Clitarchus, ab Athenæo citatus, Deipnoſ. 11. p. 477. Caſ. Edit. ſcyphum apud Æoles nuncupari ΚΙΣΣΥΒΙΟΝ. Porro Aldus et Calliergus habent αιπολικον. Quinetiam Stephanus edidit αιπολικον, adjecit tamen in margine αιολικον. Siqui interea velint Αιτολικον, non morabor. Αιπολικον penitus abjudico; quod recens aliquis magiſter Græculus, novandi ſtudio, nec quid

antiqui ſapiens, pro ſingulari ſuo acumine, primum conjectaſſe videtur. Nonnulli qui legunt αιολικον, putant ad αιολον, *variegatum*, alludi; quod eſt ejuſdem fere cerebri figmentum. Non diſſimulandum eſt interea, Vaticanorum plurimos, Codicem Cardinalis Ottoboni, omneſque tres Laurentianos, αιπολικον agnoſcere.

Jam quod ad θαημα attinet. Veram lectionem θεαμα forte credas; ex loco Heſychii modo allato: quamvis Aldus et Calliergus ediderint θαημα. Utrumvis autem legas; nam θαημα tantum Dorice ponitur pro θεαμα. De radice hujus vocis diſputent lexicographi; nobis ſatis ſuperque de ſenſu conſtat. Poſſit et reſcribi θαῦμα, juxta Vaticanum quartum, alioſque nonnullos ſcriptos codices.

V. 59. Ουδ' ετι πω, &c.] Quod Virgilius ad verbum fere tranſtulit, Ecl. iii. 43.

Nec dum illis labra admovi, ſed condita ſervo.

Aldus legit Ουδε τι πω. Rectiſſime Calliergus, quem ſequitur Stephanus, Ουδ' ετι πω. Sicut in Idyll. XI, 28. ουδ' ετι πω νυν. Ubi Aldus et Calliergus, Ουδε τι πω νυν. De poculorum veterum generibus vide Macrob. Saturn. V. C. 21. Necnon Athen. Caſ. pag. 481, 498.

V. 60. — Τῳ κεν. —] Calliergus και pro κεν. Sed tædet harum minutiarum.

Ibid. — μαλα —] Nonnulli codices Vaticani levant verſiculi curſum τοι poſt μαλα ponendo.

V. 61. Αικεν μοι τυ φιλος τον εφιμερον ὑμνον αειςης.] Quæ de celebri hac Cantilena diſſeruit Heinſius, utcunque prolixiora, deſcribere non pigebit. In quibus acumen criticum certe non deſiderabis. — In Thyrſidis celebri cantiuncula, multa notanda ſunt, in qua totus hujus Idylli cardo vertitur: ut non fruſtra ab ea totum Idyllium ΩΔΗ inſcribatur. Imo, at non fruſtra reliquis omnibus Idylliis, tanquam formula vetuſtiſſimi Bucolici, præfixum ſit. Multum nos in eo juvarent Steſichorus, aut Timæi Res Siculæ, ſi alteruter extaret. Sed priuſquam eam percurramus, fruſtra bene de reliquis ſperabimus, niſi aliquid de uno loco ſtatuamus. Caprarii verba ſunt, paulo antequam Thyrſis odam ſuam exorditur,

Αικεν μοι τυ φιλος τον ΕΦΙΜΕΡΟΝ ὑμνον αειςης.

Eum locum apparet, et interpretis Græci tempore, et diu antea, corruptum fuiſſe, ex gloſſa quæ extat. "Εαν γε συ, ω φιλος· η συ, ω φιλε, αςης τον "ὑμνον τον ΕΦΙΜΕΡΟΝ." Ita paulo diutius hic hærendum erit, quandoquidem totius Idyllii intereſt, quo primi Bucolici carminis argumentum continetur, ut hic verſus emendetur. Siculi a fluviis, urbibus ſuis, et locis vicinis nomina imponebant: ut ex autore Gentium, reliquiſque, qui ejuſdem argumenti aliquid tractarunt, eſt notiſſimum. Iidem Siculi non urbes tantum et locos, ſed et res et homines per fluvios vicinos diſtinguebant. Ita Polyphemus infra ποιμην τῶ 'Ανάπω apppellatur. VII. 151.

Αρα γε τυ τηνον τον τιμαθμα τον ΠΟΤ᾽ ΑΝΑΠΩι

Τον κρατερον Πολυφαμον ——

Sicut Polyphemus ποιμην ποτ᾽ Αναπῳ dicitur, quod in illo Siciliæ tractu pasceret, sic primum Bucolicum carmen, quod omnium de amoribus Daphnidis primo cani cepit, testibus Æliano et Servio, dicitur Ὑμνος εφ᾽ Ιμερᾳ. Amores autem Daphnidis et totum hoc argumentum ad Himeram gestum fuit. Testatur poeta Idyll. VII. 73.

Ὡς ποκα τας ξενεας ηρασατο Δαφνις ὁ βωτας,

Χ᾽ ὡς ορος αμφεπολειτο, και ὡς δρυες αυτον εθρηνευν,

Ἱμερα αιτε φυοντι παρ᾽ οχθαισιν ποταμοιο.

Fuit præterea, ut Theocritus loqueretur, poeta ποθ᾽ Ιμερᾳ, qui odam illam primo cecinit, Stesichorus nimirum. Ælianus lib. X. cap. 18. Variæ Hist. de Daphnide et hoc hymno agit, quem Caprarius ΤΟΝ ΕΦ᾽ ΙΜΕΡΑι ὙΜΝΟΝ vocat, itaque, "Στησιχορον γε τον Ἱμεραιον της τοιαυτης μελοποιιας απαρξασθαι." Vindeat jam lector, Theocriti Venerum non imperitus judex, quam eleganter ὑμνος εφ᾽ Ιμερᾳ dicatur, qui subjectum habuit res ad Himeram fluvium gestas. Vel "ὑμνος εφ᾽ Ιμερᾳ," qui ab Himeræo poeta primum cantatus fuit. Scribo igitur:

Αι κεν μοι τυ φιλος τον εφ᾽ ΙΜΕΡΑι ὙΜΝΟΝ αεισης. v. 61.

Dores ita loqui sæpe, infra probabimus. Multo pluribus de hac ratione distinguendi omnia per fluvios agemus. Illud præterire non possumus. Pindarus locos fontibus et fluviis cognomines quales in Sicilia et Italia fere urbes erant, ut notant Geographi, οικηματα ποταμων vocat. Horatius "domos fluviorum." Quod nunquam in mentem venit viris doctissimis qui tantum operæ in hoc poeta posuerunt. Locus Pindari est Ωδ. β. Ολυμπ.

Καμοντες οἱ πολλα θυμῳ,

Ἱερον εσχον οικημα

Ποταμȣ, Σικελιας τ᾽ εσαν

Οφθαλμος.

Acragantem urbem fluvio cognominem οικημα ποταμȣ dixit. Horatius sylvam Albuneam fluvio cognominem "domum Albuneæ" vocavit.

Me nec tam patiens Lacedæmon,

Nec tam Larissæ percussit campus opimæ,

Quam domus Albuneæ resonantis,

Et præceps Anio, et Tiburti lucus, et uda

Mobilibus pomaria rivis. Od. VII. L. I.

Quid esset "domus Albuneæ," nunquam aliter ostendere debebant quam ex illo Pindari loco viri docti. "Domus fluvii," est, ὁ ὁμωνυμος τῳ ποταμῳ τοπος. Quod ante tot annos notarat Aristarchus. "Αρισταρχος την πολιν, "οικημα ποταμȣ προσαγορευθηναι φησι, δια το, ὁμωνυμον ειναι τῳ ποταμῳ τῳ Ακρα-"γαντι. Την γαρ ονομασιαν ἡ πολις απο τȣ ποταμȣ εσχε." Ut legitur in collectaneis grammaticorum ad Pindarum. Vel hic locus conciliare nobis Theocritum

critum poterat, et animum erigere ad feliciter aliquid in cæteris tentandum. Quod jam melius ſuccedet invento nomine hujus carminis, quod et antiquiſſimum eſt, et totius rei Bucolicæ primum, et ſine quo fruſtra in hoc Idyllio aliquid conaremur: quod HYMNUM HIMÆRÆUM continet. Illum hymnum, cui nos jam nomen invenimus, inchoaturus doctus ille Thyrſis, ait,

Θυρσις ὁδ' ὡξ Αιτνας, και Θυρσιδος ʽΑΔΕΑ Φωνα. v. 65.

In omnibus fere veteribus libris fuit; "ἁδ' ἁ Φωνα:" in quo cum eſſet divina quædam ſuavitas et ſacræ antiquitatis veſtigium, non tamen id animadverterunt emendatores neſcio qui. Inter quos principem facile locum Græcus commentator obtinet, qui cum in veram lectionem incidiſſe potuerit; quam tamen ſecurus fuerit de loci mente, hac gloſſa facile teſtatum reliquit, "ὁ ποιμην Θυρσις επαινει εαυτον." Ita ſenſus rei bonæ pluribus deeſt, quam copia. Totus verſus nihil eſt quam formula: quæ ut magis conſpicua ſit, majuſculis eam notaremus. Antiqui in omnibus monumentis et ſcriptis a nomine ſuo inchoabant: quod in ſacris fere omnibus, profanis autem Herodoto et Thucydide videmus. Sic Herodotus: ʽΗΡΟΔΟΤΟΥ ʽΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΗΟΣ ʽΙΣΤΟΡΙΑΣ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ʽΗΔΕ. Plane eodem modo patriam, nomen, ſcriptum nominat, quo noſter Thyrſis. Eodem plane modo τῳ αποδεικτικῳ ʽΗΔΕ utitur: quod delicatuli illi dactylorum captatores mutarant. Admirabili ſimplicitate noſter, THYRSIS, inquit, ÆTNÆUS HIC EST, ET HÆC EST THYRSIDIS CANTILENA. Sicut Herodotus, HERODOTI HAHALICARNASSENSIS HÆC EST HISTORIA. Id eſt, Herodotus Halicarnaſſenſis hic eſt, et hæc eſt Herodoti Halicarnaſſenſis hiſtoria: multo καθαρωτερον, et idem fere, niſi quod ſimpilicus hoc modo, magiſque antiquitatem ſpirat. Paulo aliter Thucydides, cujus interpres duabus de cauſis id fieri notabat: Primo propter propter cognomines: deinde et plagiarios. "Παυλως, inquit, μεμνηται τȣ οικειȣ ονοματος καταρχας, αντιδιαςελλων εαυ-"τον των ὁμωνυμων εν τοις ετεσιν, ἁμα μεν της αυτης αιτιας ἑνεκεν, ἁμα δε και του "μη ἑτερον τινα το αυτȣ σφετερισασθαι συνταγμα." Particula illa quam ignavi homines tollebant ſequentis odæ σφρηγις eſt: ita Theognis ejuſmodi exordium vocat. Nos illam tanquam ακινητον et rem ſacram vindicamus. Thyrſis igitur inchoaturus, hanc σφρηγιδα præmittit:

ΘΥΡΣΙΣ ʽΟΔ' ʽΩΞ ΑΙΤΝΑΣ, ΚΑΙ ΘΥΡΣΙΔΟΣ ʽΑΔ' ʽΑ ΦΩΝΑ.

Nihil ſuavius aut venuſtius. Ego ex ingenio id primum in codice meo notaram, cum poſtea editiones omnes, ut quæque earum antiquiſſima erat, aut ex antiquiſſima expreſſa, conjecturæ meæ vidi ſubſcribere. Extat antiqua σφρηγις ejuſmodi poetæ noſtri, qui cognominem ſuum Theocritum τον Χιον metuebat, his verbis concepta:

Αλλος ὁ Χιος· εγω δε Θεοκριτος ὁς ταδε γραψα,
ʽΕις απο των πολλων ειμι Συρακοσιων,
Υιος Πραξαγοραο περικλειτης τε Φιλινης.
Μȣσαν δ' οθνειην ȣποτ' εφελκυσαμην. Epigr. 22.

Si

Si bene poetæ mentem capio, negat ſe quicquam τη Ιαδι ſcripſiſſe: nam hoc maxime ab Ionico ſuo cognomine ſe diſtinguit. Quod ſi verum eſt, nec autoritatem rei tam ſacræ elevamus, quid reſpondebunt quæſo tot magiſtri veteres, qui notarunt Theocritum τῇ Ιαδι και τῇ Δωριδι χρησθαι, atque ita αυτȣ τȣ ποιητȣ καταψευδονται? Quid ſtatuemus de Idylliis, quæ maniſte Ιωνιζει? Quid de illis quibus Grammatici præfixerunt hanc notam, τη Ιαδι? An εφελκυσαι μȣσαν οθνειην, eſt, quod plagiarii faciunt? Ut illud neget poeta, unquam ſe in meſſem alienam falcem immiſiſſe, aut, ſolere ſe σφετεριζεσθαι τα των αλλων. Quod multi tum temporis faciebant. Judicent docti homines. Nos exiſtimamus aut nihil aut parum Theocriti τȣ Συρακȣσιȣ eſſe, in quo ἡ ΔΩΡΙΣ ȣ χαρακτηριζεται. Heinſii LECT. Theocr. c. iii.

Quod attinet ad emendationem viri doctiſſimi, viz. εφ ʽΙμερα. Vereor ut ingenioſius, quam verius, iſtud extuderit, vice εφιμερος. Etenim, apud Idyll. VIII. 82. epithetum illud εφιμερος conjungitur cum φωνα. Idem vero ſignificare videtur φωνα quod ὑμνος, qui ſcilicet hic, eadem ratione, dicitur εφιμερος, *amabilis*. Ut ſileam codices omnes, quos vidi, ſcriptos, legere εφιμερον. Quin et apud Theognida habemus, Athen. Caſ. p. 310.

Ειτ' ειπαι καλην μεν ΕΦΙΜΕΡΟΝ ʽΥΜΝΟΝ αειδειν.

Quod ſi mavis τον εφ ʽΙμερα cum Heinſio, potes et intelligere Cantilenam, quæ verbis illis ordiebatur. Præclare autem ex ingenio ſuo feliciterque conjecit Heinſius legendum ἁ δ' ἁ φωνα. Sic duo Vaticani codices a S. Amando collati. Primus ita edidit Calliergus; ex antiquis certe membranis, quarum copia mihi ſuppetit: quem ſequitur Stephanus. Perperam vetuſtiores illæ, Aldina et Florentina, dant ἁδεα. Fatendum tamen eſt Heinſianæ lectioni facem præluxiſſe Græcos enarratores. Legerat, quod non præteriri puto, Gregorius Cor. de Dialectis, ἁδε ἁ φωνα. Edit. Giſberti Koen, 1766. p. 82. Præterea multum variatur in Codicibus meis.

V. 62. Κȣ τοι τι φθονεω.—] Stephani Margo præfert κȣτι τυ κερτομεω. Quod probat Caſaubonus. Ita quoque Scholiaſtes a nonnullis legi nos docuit. Tres Laurentiani dant φθονεω. Eſt in optimis Vaticanis κερτομεω. Senſus perfacilis eſt.

V. 63. Ουτι πω εις Αϊδην.—] Hujuſmodi Voculæ ſæpe ſunt vocum fragmina. Margo Stephani dat πα. Ita corrigo,

ΟΥΔΕΠΟΤ' εις Αϊδην. ——

V. 64. Αρχετε βωκολικας, &c.] Hinc Virgilii, vel pueris notiſſimus, profluxit verſiculus, toties iteratus. Ecl. iii.

Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.

Quin et ejuſdem Eclogæ formam et compagem ex Idyllio hoc noſtro mutuatus eſt Maro.

Cum ſuaviſſimæ, quæ ſequitur, Cantilenæ ſit argumentum Daphnis ὁ παχων, cujus crebra quoque ſit apud Theocritum memoria; notitiam ipſius, ab Æliano hauſtam, commode hic loci duximus apponendam.

Daphnim Bubulcum nonnulli perhibent in deliciis Mercurio fuiſſe; alii ejuſdem filium. Dicitur ex nympha natus, et, poſtquam in lucem eſſet editus, ſub lauro expoſitus. Dein, apud Siciliam boves eum paſcentem, una e Nymphis deperire cœpit, adoleſcentulum pervenuſtum; quin et ad concubitum pellexit, cum jam pubeſceret, eſſetque in ipſo ætatis flore. Quinetiam fœdus inviverunt, ut ad nullam, præter ipſam, puer accederet; alioquin in fatis eſſe minata eſt, ut oculis illico caperetur, ſi pactis nempe parum ſteterit. Atque his de rebus fidem mutuo dederunt. Perpaucis autem poſtea diebus, cum regis etiam filia formoſum puerum vehementer arderet, vino deceptus fidem violavit, et cum puella rem habuit. Hinc Bucolica primum cantari cœpta, quibus iſta Daphnidis cæcitas abunde materiam ſubjecerat. Primus id genus carmina Steſichorus Himeræus ſcripſiſſe traditur. Ælian. Hiſt. Var. L. X. c. 18. Qui plura vult, adeat Vitam Daphnidis erudite valde contextam a M. Hardiono. Hiſt. Mem. Lit. Pariſ. Acad. Tom. VI. p. 459. Edit. 4to. 1740. Vide et Tom. V. p. 91. Necnon Cl. Dorvilii SICULAM, Cap. IV. pag. 25. ſeq. fol. 1764. Ubi multa etiam de Himera fluvio. Conſule inſuper Schol. Idyll. VII. 73. Et Not. ad v. 66. inf.

Quam largam præterea perennemque materiam Poetis Bucolicis Daphnis iſte ſuppeditaverit, præſertim mors ejus luctuoſa, quamque pulchritudinis laude cæteris paſtoribus antecelluerit, ex hoc inſuper epigrammate ſuaviſſimi Meleagri conſtat: quod, cum nec hactenus editum fuerit, nec inelegans, apponam; doctis viris, ſi opus ſit, emendandum. Legitur autem in Anthologia manuſcripta Conſtantini Cephalæ. Lib. I. Car. 11.

Αιπολικαι συριγγες, εν ωρεσι μηκετι Δαφνιν
  Φωνειτ', αιγιβατη Πανι χαριζομεναι·
Μηδε συ τον στερχθεντα, λυρη Φοιβοιο προφητι,
  Δαφνη παρθενιη, μελπ' Υακινθον ετι.
Ην γαρ ὁτ' ην Δαφνις μεν εν ωρεσι, σοι δ' Υακινθος
  Τερπνος· νυν δε ποθων σκηπτρα Διων εχετω.

Bucolicæ fiſtulæ, in montibus non amplius Daphnida
  Sonate, capripedi Pani gratificantes.
Neque tu dilectum, o lyra Phœbi propheta,
  Daphnæ virgineæ, luge Hyacinthum amplius.
Erat cum Daphnis eſſet [*celebris*] *in montibus, tibique Hyacinthus*
  Dulcis: nunc vero amorum ſceptra Dion habeat.

Idem fere teſtatur Epigramma Callimachi, 23.

—— Ουκ ετι Δαφνιν
Ποιμενες, Αστακιδην δ' αιεν αεισομεθα.

—— *Nec ultra Daphnin,*
Paſtores, ſed Aſtaciden ſemper canite.

Ubi-

Ubicunque vero Daphnidis nomen, vel apud Bucolicos vel epigrammatistas, occurrit, cave de hoc nostro semper accipias. In nomen pastorale Daphnis enim denique cessit.

V. 65. — Ὁδ' ὡξ Αἰτνης. —] Ita bene Calliergus et Stephanus. Ex membranis, uti videtur, optimis. Cum apud Aldum et Florentinam lectum fuisset ὁδ' ἐξ.

V. 66. Πα ποκ' αρ ηϑ', &c.] Maro, cujus Gallus est imago Δαφνιδος τȣ ΠΑΣΧΟΝΤΟΣ, hæc ad verbum fere transtulit. Ecl. X. 9.

> Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere, puellæ
> Naiades, indigno cum Gallus amore periret?
> Nam neque Parnassi vobis juga, nam neque Pindi,
> Ulla, moram fecere, neque Aonia Aganippe.

Hunc vero Theocriti locum pulcherrime Miltonus nostras imitatur, in mellitissimo recentiorum omnium carmine Bucolico, cui Tit. LYCIDAS: novis nimirum montibus et fluminibus, prout res sua postulabat, adhibitis, et ingeniosissime confictis. V. 50. seq.

> Where were ye, Nymphs, when the remorseless deep
> Clos'd o'er the head of your lov'd LYCIDAS?
> For neither were ye playing on the *steep*,
> Where your old Bards, the famous Druids lie;
> Nor on the shaggie top, of *Mona* high:
> Nor yet where *Deva* spreads her wisard stream.

Aldina dat ηl'. Nos ut Calliergus et Stephanus. De patria Daphnidis hujusce nostri prolixum commentarium nolo condere. Qua quidem de re, magna apud auctores controversia agitur. Hoc tamen amplius adnotandum duxi: Eum pro Syracusano Theocritum habuisse; quod, ex hoc ipso Idyllio, manifesto mihi collegisse visus sum. Theocritus quidem Daphnidis sui morituri scenam, circa ipsas Syracusas, vel in earum vicinia, constituit. Etenim Nymphas hic loci Thyrsis interrogat, ubinam gentium fuerint, quando Daphnis amore contabesceret: illudque probe conjecit, eas moram traxisse circa Peneia Tempe, ac Pindum; certe non delituisse prope Anapum, vel Ætnæ verticem, vel Acin fluvium. Deinde ad v. 117. Daphnis jam moriens valedicit Arethusæ et Thymbridi, prope Syracusas.

Ibid. — Πα ποκα Νυμφαι.] Calliergus legit νυμφα. Certe perperam. Fluviorum nymphas intellige; quas et intellexit Virgilius. Echenais erat nympha, quam deperibat Daphnis; cum qua pactum nempe, quod prædiximus, iniverat. Vide de hac puella quod notabimus infra, Idyll. VII. 73.

V. 68. — Ποταμοιο μεγαν —] Florentina, nec nulla forsan auctoritate, dat ποταμω γε. Princeps tamen editio ποταμοιο. Ut et illa quæ Lovanii prodiit, 1520. 4to.

V. 69.

V. 69.—Ακιδος ἱερον ὑδωρ.] Acis Siciliæ fluvius eſt, ex Ætna monte in mare procurrens, e cujus ripis Polyphemus ſaxa in Ulyſſem traditur egiſſe. Notat Caſaubonus, c. ii. e veteribus Græcis neminem, præter Theocritum, hujus fluvii meminiſſe.

Cæterorum fluviorum, quorum hic loci mentio fit, notitiam commode petas e Græcis interpretibus; quorum tamen unus, ut id obiter et opportune moneam, falſo docuit Peneum eſſe fluvium Siciliæ, cum ſit Theſſaliæ. Niſi forte tanti putes, ut ipſos Geographicos accedas.

V. 71. Τηνον μεν θωες.—] Eodem modo Virgilius, ſive Julium Cæſarem, ſive, ſecundum Catrœum, Flaccum Maronem fratrem ſuum, deflevit: aſſumpto Daphnidis bubulci nomine, apud poetas omnes Bucolicos uſque ad fabulam decantatiſſimi. Ecl. V. 27.

> Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones
> Interitum, monteſque feri, ſylvæque loquuntur.

V. 72.—Ανεκλαυσε.—] Stephanus in margine εκλαυσε, ſc. αν εκλαυσε. *Potuiſſet defleviſſe* leo *ſi in Sicilia fuiſſet.* Non enim dantur leones in Sicilia, ſecundum Scholiaſtas; qui eadem etiam lectione propoſita facile dimittunt excuſatum Theocritum.

V. 73.—Μωσαι φιλαι.—] Moneo nonnullos his Codices manuſcriptos, inter quos codex Harleianus, unuſque Vaticanus, ut et ſubinde, dare παλιν pro φιλαι. Non tamen ineleganter nec inepte. Ita novas quaſi vires in carmen depoſcit cantor, poſtquam diutius jam cecinerit, Muſaſque jam languentes ad opus et officium denuo revocat.

V. 74. Πολλαι οἱ παρ' ποσσι βοες.—] Virgilius, Ecl. iii. 16.

> Stant et oves circum, &c.

"In illis, inquit Scaliger, ſane decreſcit oratio:

> Πολλαι οἱ παρ' ποσσι ΒΟΕΣ.—

Nam quem Thoes lugeant, et lupi, et leones, paſtorum hoſtes, quid apponit mirum oratio, quæ addit domeſtici pecoris mœrorem?" Poetic. L. V. c. 5. Veruntamen, illa quæ finxit poeta de FERIS, haudquaquam connectuntur cum illis quæ ſubinde de PECORE ſequuntur. De domeſticis iſtis animalibus enarratio plane diverſa protinus inſtituitur: quin et exinde nova fit, et ad miſerationem commovendam aptiſſima imago, ſive pictura, paſtoris morituri; cujus ad pedes accubuit magna vis pecorum, diverſæ ſpeciei, magiſtrum ſuum lugentium. Quanto contractiora illa et frigidiora Virgilii, qui duntaxat unum genus animalium memorat, oves ſcilicet, quas tantum dixit "ſtare circum?" Deſcriptioni certe et vis et pathos acceſſit ex enumeratione plurium diverſorum animalium.

V. 77. Ηνθ' Ἑρμας, &c.] Virgilius, ubi ſupra, 19. ſeq.

> Venit et upilio, tardi venere bubulci,
> Uvidus hyberna venit de glande Menalcas.
> Omnes, unde amor iſte, rogant, tibi. Venit Apollo;
> Galle, quid inſanis, inquit? tua cura, Lycoris,

Perque

Perque nives alium, &c.
Venit et agresti capitis Sylvanus honore:
Pan, deus Arcadiæ, venit. ——

V. 82. —— — Ἁ δέ τε κωρα
Πασαν ανα κρανας, παντ' αλσεα, ποσσι φορειται,
Ζατεῦσ'· ἁ δυσερως, &c. —] Locus est ita connectendus. [Vid. Not. supr. v. 53.] Ἁ δὲ κωρα ζατεῦσα σε φορειται ποσσι. Non minus belle scripseris, vel τε vel γε, ut apud Scholiasten est editum; et quædam editiones habent. Sed τε malo, quod et in scripto codice inveni, et extat in Florentino. Reperio etiam in membranis Ζάλευσα δυσερως. — Cum membranis facit etiam Scholiastes scriptus. Casaub. LECT. Theocr. c. i. Τοι pro τε, vel τι, dat Vaticanus unus.

Dorica sunt vocabula et ex usu penitus remota, ζατωσαι, et quod pro eodem citare videtur Hesychius, ζαγωσαι: quod modo est ὑποπτευσαι, modo nihil aliud quam φρασαι, et dicere. Ζαγωσαι, inquit, ὑποπτευσαι. Δωρικη ἡ λεξις, αντι τε επισχειν, κατασχειν. Et infra: Ζατωσαι, φωρησαι, φρασαι, ζημιωσαι, ὑπονοησαι. Scribo non ζατεῦσα, sed ζατωσα, sensu longe alio, quam hactenus suspicatus est quisquam. Tota hæc oratio Nymphæ Echenaidis est exprobrantis Daphnidi vulgivagam Venerem, και ὁρμην αςατον. Juro Theocriti Veneres, locum non esse, qui minus ab interpretibus intellectus sit, cum iis quæ sequuntur, ut ostendemus cum singula considerabimus. Non videbat Græcus interpres quomodo hæc conciliaret, aut quomodo ea quam offenderat Daphnis diceretur ζητειν τον Δαφνιν, cum potius eum fugere debebat. Excogitavit ergo σχημα ειρωνειας: quo, tanquam condimento aliquo, hoc αποπημα dilueret. Sed verba apponamus: ΖΑΤΕΥΣΑ. Αιολικον. Σωαπλεον δε τετο τοις επανω. Παντη δε πλανωται ζητουσα σε. Ειρωνευομενος δε λεγει προς αυτον τουτο. Αυτος γαρ μαλλον εζητει, δια τετο και δυσερως. Et mox: Ζάλευσα. Ειρωνευεται δε. Ζητει γαρ αυτος μαλλον. Ου ζητειται ὑπο της Νυμφης. Η και παρηγορητικος ὁ λογος. Totam propterea orationem putat esse consolantis Daphnidem Priapi: cum sit indignantis puellæ, cum fidem fregerat, quamque inconstantia sua offenderat: itaque tot errores committit, quot verba sequuntur. Antiqui critici non est dubium quin in hoc Theocriti loco partim ζατωσα, ὑποπτευσασα, ζηλοτυπεσα, exposuerint: partim simpliciter φραζουσα, quod nobis placet. Sed utro modo sumas, oratio quæ sequitur ipsius Nymphæ est. Hanc prætermisit Virgilius, qui distinctionem totam vitabat, quam inter Βεκολικην et Αιπολικην ταξιν Græci statuunt, unde hæc dependet: ne cogeretur ασχημονειν. Dixit tantum, "tua cura Lycoris alium secuta est," ut indignationem ejus indicaret. Tantum abest ut redderet, *te quærit*, sicut vulgo legitur. Quanquam in toto eo loco plusculum sibi permiserit, et judicio sit usus suo, ut solent veteres: a quibus qui relligionem et fidem in exprimendis veterum locis requireret, sæpe falleretur. Eundem sensum reliqua omnia quæ sequuntur præstare debebant: quæ hac occasione non minus perperam sunt intellecta. Illud interjiciatur tamen, και δια μεσε καιδω. Interpres Græcus

 cum

cum ait, κηφα. Και εφη· εςιν γαρ το παθος εκλειψις και κρασις, ſcribe εκθλιψις· Tota increpatio quæ ſequitur nihil aliud eſt quam libidinoſi hominis character, non infelicis. Itaque nec vocem δυσερως, nec vocem αμηχανος, intellexerunt, ut debebant, interpretes: quo factum, ut nihil in tota puellæ oratione perceperint, cum etiam cujus eſſet ea, ignorarent. Δυσερως eſt non qui Græcis dicitur επι κακω ερων, nec quod Grammatiſtæ volunt, δυσκολον ερωτα εχων, quomodo ab omnibus acceptum fuit hactenus: nihil minus. Sed qui Xenophonti δυσερως των αφροδισιων, Theocrito ſimpliciter δυσερως dicitur: qui in amorem et libidinem nimium effuſus eſt, nec modum ſui habet. Eodem modo et αμηχανος, cujus vocis vis in loco ſimili nondum ſat bene Latinis expreſſa fuit. Poeta de Neſtore eodem fere modo bis uſus eſt, cum vehementiam illam ſenilem και ὁρμην γεροντικην exprimit. Il. X. v. 167.—συ δ' αμηχανος εσσι γεραιε: *Tu nimium mirus homo es ſenex, nec ceſſare potes.* Utrunque et δυσερως et αμηχανος intenſionem hic deſignat; quod hactenus obſervatum non fuit. Objicitur Daphnidi amoris inconſtantia, et promiſcua Venus, ut ſequentia docebunt. Sequitur:

Βωτας μαν ελεγευ· νυν δ' αιπολω ανδρι εοικας. v. 86.

Hæc probant ſuperiora, ac potiſſimum ea, quæ de voce δυσερως diximus. Convicium quo in re paſtorali proſcindebantur οἱ Αιπολοι, erat, quod imitarentur pecoris ſui naturam. Atqui λαγνοι et Venerei erant οἱ τραγοι και αἱ αιγες, Caprariorum pecudes, ut vulgo notum eſt. Tales ergo et illi qui præerant iis. Feſtiva, lepida, venuſta eſt hæc puellæ oratio: quæ ne puellæ quidem antea eſſe ſciebatur. Dicebaris, inquit, o Daphni, Bubulcus eſſe, et homo continens: nunc Caprariorum mores induiſti. Ita intellige infra locum Idyllii V. v. 88. Ubi canente Comata qui Αιπολος erat:

Βαλλει και μαλοισι τον Αιπολον ἁ Κλεαριςα,
Τας αιγας παρελωντα, και ἁδυ τι ποππυλιασδει.

Reſpondet Lacon, qui Βωκολος erat: v. 90. ibid.

Κημε γαρ ὁ Κρατιδας τον Ποιμενα λειος ὑπαντων
Εκμαινει· λιπαρα δε παρ' αυχενα σειετ' εθειρα.

Ubi eodem modo οἱ Αιπολοι και οἱ Ποιμενες opponuntur. Dixerat Caprarius: Clearista in amorem ſui Caprarium allicit. Reſpondet Paſtor: quid mirum cum hoc et Bubulco fiat? Harum diſtinctionum in re Bucolica occaſionem dedit Poeta: qui Melanthio, Αιπολω, hominis libidinoſiſſimi partes tribuit, qui abſente Ulyſſe, omnium ancillarum pudorem expugnabat. Contra, Bubulcum ſocium Eumæi in conſervanda Penelopes pudicitia domi relinquit. Ex his pendet tota venuſtas. Multum errarunt qui negligenter in re Bucolica has ταξεις diſtinxerunt. Inter tot Græcorum gloſſas, quæ ad hunc locum extant, una tantum vera eſt, ad v. 86. Παρ' ὁσον οἱ μεν Βωκολοι προς τα αφροδισια εγκρατεις· οἱ δε Αιπολοι, λαγνοι. Ἡ δε αιτια, ὁτι καταφερεςεραι εισαι αἱ αιγες δελεαζουσι τους Αιπολους. Heinſ. Lect. Theocr. c. iv.

V. 87. Ωπολος ὁκκ' εσορη τας μηκαδας, οια βατευνται,
Τακεται οφθαλμως, ὁτι ου τραγος αυτος εγεντο.] ——— Et hoc con-

confirmat quod diximus. Eſt enim τηκεδων οφθαλμυ, hominis libidinoſi, æmuli, και κατωφερυς, et obſceni, character. —— Senſus totius loci, et, ut magiſtri loquuntur, το παν, tale eſt: Puella per fontes et lucos omnes fertur, atque ita conqueritur: certe, Daphni, in amoribus levis nimiumque diſſultorius es. Hactenus quidem Bubulcus ab omnibus dicebaris: nunc vero Caprariorum mores et inconſtantem libidinem plane induiſti. Illis enim, quotieſcunque ſuas capras, &c. dolent continuo et liquore turpi ſuffunduntur oculi, quod non ipſi hirci ſint. Tibi vero, quotieſcunque puellam e trivio ridere vides, oculi liqueſcunt, quod non cum ea choreas ducas. Non vetabo propterea ſi quis illud ἁ δε τε κωρα cum Priapi oratione unico ductu continuet: ut illa quæ ſequuntur μιμητικως ab illo referantur. Hæc interim verba puellæ ſunt. Heinſ. Lect. Theocr. ibid.

Exquiſitiora hæc nonnullis fortaſſe videantur; præſertim quæ vir κεριτικωτατος expoſuit de V. δυσερως et αμηχανος. Porro, quid ſi pro ζατοις', reponatur ΖΑΛΟΙΣ'? Aldus habet juxta multos Codices meos, et pungit, ζατευσα, δυσερως. Calliergus ζατευσ' ἁ δυσερως. Stephanus ζατοισ' ἁ.

Audivi ex docto quodam amico, qui per Siciliam inſulam iter faciens, ibidem cum vetera monumenta, tum populi mores accuratius inveſtigaverat, inter Confeſſionis articulos, a Siculis Caprariis apud montes vitam ſolitariam degentibus, etiamnum per Sacerdotes proprios rite ſolere exigi, an rem cum hircis ſuis habuerint.

V. 97. — Λυγιξειν.] Legit Calliergiana λιγυξειν. Stephanus et Aldus cum noſtra. Quin et λυγιξειν habet et interpretatur Scholiaſtes. Dorice λυγιξω futur. pro λυγισω, a λυγιζω. Ex eodem futuro λυγιξω, profectus eſt aoriſtus ille prior paſſivus ελυγιχθην, quod occurrit proximo verſiculo. Ubi Aldus cum nobis: Calliergus, ut ſibi conſtare poſſit, ελιγυθης. Vaticanus unus λυγιξην. Videſis Not. Idyll. XXIII. 49. infr.

V. 96. — Βαρυν. —] Cum dederit Aldina Βαρην, edidit Reiskius Βάρην, ſubſtantive. Negat enim ανεχειν idem fore quod ſimpliciter εχειν. Legi poſſit hic ΑΡΑ pro ανα.

V. 100. — Ποταμειψατο.] Aldus et Calliergus ποταμειβετο. Quod et agnoſcit margo Stephani. Idem vero edidit ut nos.

V. 102. Ηδη γαρ φρασδη παντ' αλιον αμμι δεδυκειν.

Δαφνις κειν, &c.] Ita certe legendus et interpungendus locus mire vexatus. Per ἡλιυ δυσιν, Heinſius, c. i. intelligit cœcitatem Daphnidis. Quin et Homeri verba affert, una cum commentario Euſtathii, Iliad. Τ. v. 355. ex quibus probari vult, hanc ἡλιυ δυσιν ſignum fore fati imminentis amatoribus jam morituris. Verum omnia fortaſſe obvio facilique ſenſu potius intelligenda ſunt. Ita legit ac interpungit Stephanus, in textu ſuo.

Ηδη γαρ φρασδη παντ' ἁλιος αμμι· Δεδυκει
Δαφνις, &c.

Ita quoque Calliergus et Aldus: ſed punctum ponant poſt ἁλιος. Vide Notam

Notam ſubſequentem. Eandem interpunctionem ſequitur editio Rad. Wintertoni, Cantab. 1671. Hac interpretatione. "Jam enim indicat om-"nia Sol nobis. Occidit Daphnis." Similiter interpungunt Codices duo Laurentiani. Quorum Liber notat. 37. probatiſſimus ille quidem, dat δεδυκειν. Permultum variant Vaticani. Quorum ita primus et ſecundus.

— Ἁλιος αμμι· δεδυκε

Δαφνις· κην, &c. —

Qualem, credo, interpunctionem perpendent docti, ſaltem vetuſtatis auctoritate comprobatam. Codex Cardinalis Ottoboni dat αλιος et δεδυκη.

T. 103. — Ερωτος.] Mavult Stephanus ερωτι, ſecundum Florentinam. Quod et habent mei Codices. Aldus et Calliergus exhibent ερωτος. Totum locum ita refingit et interpungit Stephanus in Notis, quantumvis aliter expreſſerit in textu.

Ηδη γαρ φρασδη παντ' ἁλιον αμμι δεδυκειν;

Δαφνις κειν, &c.

"Jamne ergo ſolem omnem nobis occidiſſe putas? Atqui etiamſi mori me "contingat, vel ipſa umbra mea vehementes amori moleſtias exhibebit." Interpretatio profecto durior. Oratio, ut mihi videtur, eſt Daphnidis ad extremam deſperationem redacti. "O Venus odioſa, nunc ergo gloriaris "ob triumphos tuos, et dicis omnem ſolem, ſc. omnes ſpes, mihi interci-"diſſe. Hei mihi! Daphnis *igitur*, etiam mortuus, triſte erit exemplum "amatoribus!" Hoc, vel ſimile. Nollem interrogationem, quæ languori Daphnidis jam morituri minus convenit.

V. 105. Οὐ λεγεται ταν Κυπριν ὁ βωκολον. —] Mavult, ingenioſe quidem, Reiskius, λεχεται, vel δεχεται. Vel *Lecto* vel *hoſpitio* excipit. Ellipticum quiddam præ ſe fert illud Ταν Κυπριν ὁ Βωκολος. Sed forte pars fuit cujuſdam cantilenæ paſtoralis, vulgo recitatæ. Vel obſcæna vox ante Κυπριδα ſupprimitur.

V. 106. — Τηνει, &c.] Duo vocabula τηνει et ωδε non ſunt inter ſe diſjuncta, non *ibi* et *hic* ſignificant, ſed utrumque idem dicit *ibi*, *ibi*, apud Anchiſen, puta, in monte Ida. Locus eſt ſimilis, Idyll. V. 33. REISKIUS.

V. 109. Ὡραιος χὡδωνις. —] Virgilius, Ecl. X. 18.

Et formoſus oves ad flumina pavit Adonis.

110. — Τ'αλλα. — Ita Calliergus, Stephanus, Florentina. Aldus, et Stephanus in margine παντα. Utriuſque lectionis mentio fit a Scholiaſte. Necnon utraque conſtat in Vaticanis. Confer Idyll. XXIV. 79.

V. 112. — Διομηδεος ασσον ιοισα.] Diomeden Homericum reſpicit poeta, qui Venerem vulneraſſe dicitur. Iliad. Lib. V. Mavult ibi Reiskius αντις, *ex adverſo*, pro αυθις. In proximo verſiculo, Florentina μαχευμαι.

V. 118. — Θυμβριδος ὑδωρ.] Ex eis quæ collegerunt interpretes, apparet Thymbrida fuiſſe fluvium Siciliæ. Mavult Caſaubonus, c. ii. montem eſſe, ex quo complures orti fluvii in mare præcipitarentur. Stephanus appoſuit in margine Δυμβριδος, quod puto petiit e Scholiis; quæ teſtantur Aſcle-

Aſclepiaden Myrleanum ita legiſſe. Sed tantumdem eſt. Nam Dores, ni fallor, ponunt δ pro θ. Ut et invicem.

V. 125. — Ἑλικας δε λιπε ῥιον. —] Probamus Ῥιον non ῥιον. Scio ῥιον appellari omne promontorium, aut etiam collem: ut in Hercule Λεοντοφ. Idyll. XXV. 228.

Αυταρ εγω θαμνοισιν υπο σκιεροισιν εκρυφθην
Εν ῥιω υλησντι. ———

Sed hic alia notione accipiendum de RHIO promontorio, in ora Peloponneſi, ubi Helice fuit, omnibus geographis celebrato. Caſaub. LECT. Theocr. c. ii.

Occurrit Helice in Idyll. XXV. 165. Adi locum. Necnon, ibid. 180.

Ita de hoc loco L. Bos. In utraque lectione ῥιον et Ἑλικη leve mendum eſſe mihi videtur; et pro Ἑλικας legendum Ἑλικα, et pro ῥιον, ηριον. Hoc modo.

—Ἑλικα δε λιπ' ΗΡΙΟΝ αιπυ τε σαμα
Τηνο Λυκαονιδαο. ———

"Linque autem monumentum et ſublime illud ſepulchrum Elicæ filii "Lycaonis." Ηριον eſt μνημα, ut Heſychius exponit, et Scholiaſtes Apollonii. —ΡΙΟΝ ακρωτηριον, το δε ΗΡΙΟΝ μνημα. Homerus, Iliad. ψ.

Φρασσατο Πατροκλω μεγα ΗΡΙΟΝ. ———
Excogitavit Patroclo magnum monumentum. ———

Noſter Idyll. XI. 13.

Ερχομεναν νεκυων ανα τ' ΗΡΙΑ και μελαν αιμα.
Incedentem [Hecaten] *per monumenta et atrum ſanguinem.*

Optime igitur junguntur ηριον et σαμα, ut apud Hom. Iliad. Π. "Τυμβω τε "στηλη τε." Quod autem ad Ἑλικα, ut legendum puto, attinet, eſt genitivus nominis proprii Ἑλικας: ſic vocatus filius Lycaonis, qui hic etiam Λυκαονιδας, adeo ut et proprio nomine et patronymico appelletur, Ἑλικας Λυκαονιδας. Euſtath. ad Iliad. Β. "Ἑλικη δε απο Ἑλικα, φασι, καλειται, υιε Λυκαονος." — Helice *autem, ut aiunt, appellatur ab* Helica *Lycaonis filio.* Lambertus Bos. Obſervat. Miſcell. cap. 19.

Vid. Not. ad Idyll. II. 13. Quod ad ῥιον attinet, interpretantur Scholiaſtæ, ſive eſſe aliquod promontorium, ſive urbem ita dictam. Senſus Caſauboni confirmatur a Strabone, Lib. 8. "Εστι το μεν ΡΙΟΝ των Αχαιων αλιτενης ακρα." Promontorium Helice videtur intellexiſſe Stephanus. Vide plura de Helice, apud Spanhemii Obſ. in Callimach. II. pag. 403. ſeq. Hymn. in Del. v. 101. Porro ῥιον hic ſcribitur, non Ριον, in permultis apud me Codicibus manuſcriptis.

V. 120. Δαφνις εγω, &c.] Virgilius, Ecl. V. 43.

Daphnis ego in ſylvis hinc uſque ad ſydera notus,
Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe.

V. 127. Αγετε, &c.] Virgilius, Ecl. VIII. 61.

Deſine Mænalios mecum, mea tibia, verſus.

V. 128. Φερ' ευπακτοιο, &c.] Vult Reiskius Φερευ πακτοιο. Mira hic ſuavitate, nec minus παθητικως, fiſtulæ ſuæ valedicit paſtor moriturus.

V. 132. Νυν ια μεν Φορεοιτε βατοι, &c.] Virgilius, Ecl. VIII. 52.

Nunc et oves ultro fugiat lupus; aurea duræ
Mala ferant quercus: narciſſo floreat alnus:
Pinguia corticibus ſudent electra myricæ:
Certent et cycnis ululæ: ſit Tityrus Orpheus.

Vide Idyll. V. 125.

V. 134. — Γενοιτο. —] Calliergus, omneſque veteres, γενοιντο. Primus, ut videtur, Heinſius attulit hanc noſtram.

V. 139. — Λινα παντα λελοιπει.] Defecerant omnia fila, quæ nempe, naſcente Daphnide, neverant Parcæ. Deinceps, in proximo verſiculo, Daphnis εβα ῥοον, ſc. *tranſiit flumen* Acherontis.

V. 140. — Εκλυσε. —] Codex Harleianus habet εκρυψε.

V. 141. — Ου Νυμφαισιν απεχθη.] Quarum una ſcilicet, ut præmonuimus ad v. 64. et 66. Daphnin adamaverat.

V. 143. Και τυ διδε ταν αιγα. —] Legit Heinſius, c. iv. διδοι, quod Doricum magis. In eodem verſu Calliergus habet μιν pro κεν.

V. 146. Πληρες τοι μελιτος ———
Πληρες δε σχαδονων. ———] In ſecundo verſu, vetuſtiorem puto lectionem τοι pro δε, ut in priore; quam nempe profert Calliergus, et Scholiaſtæ videntur uſurpaſſe. Habent et Codices Vaticani.

V. 147. — Και επ' Αιγιλω ισχαδα τρωγοις.] Scribendum vult Heinſius, απ' αιγειρω, c. iv. Ab *Alno* vel *populo*. Quaſi votum faceret Caprarius, ut Thyrſis, propter inſignem ſuavitatem cantilenæ ſuæ, ficum ederet ex alno, vel populo, decerptam; idque in mercedem illi, pro tali carmine, eveniret, quod eſſet præter ordinem naturæ.

Atqui vulgatam Lectionem veriſſimam fore, ſenſumque receptum probatiſſimum, ſi nihil aliud haberemus objiciendum, luculentur oſtendit, et extra dubium confirmat, Athenæi locus, Deipnoſ. L. XIV. p. 652. "Φιλημων δε, εν τῳ περι των Ατlικων ονοματων, ΑΙΓΙΛΙΔΑΣ Φησιν ειναι τας ΚΑΛΛΙ-"ΣΤΑΣ ΙΣΧΑΔΑΣ. Αιγιλον δε ειναι δημον της Ατlικης, απο ἡρωος τινος Αιγιλου "ωνομασμενε." — "*Philemon, in Libro de Nominibus Atticis, ait*, ÆGILIDAS FICUS ARIDAS OPTIMAS *eſſe. Ægilum vero eſſe pagum Atticæ, a quodam heroe Ægilo denominatum.*" In hoc Theocriti verſu, Etymologicus Mag. legit Αιγιρῳ, quod tamen pro oppido habet. Præterea Scholiaſtæ tradunt, Ægilum eſſe Atticæ regionem; citantque Dionis teſtimonium, qui dicit ATTICAS FICUS optimas eſſe. Quod et teſtatur Athenæus. Vide Miſcell. Obſ. N. IX. 963.

V. 149. Ωραν πεπλυσδε, &c.] Omnibus rebus ornandis adhibentur Horæ: omnibus gratiam atque elegantiam conciliare dicuntur. Hinc ωρα, eſt pulchritudo. Ωραιος, pulcher. Qua de re, non minus erudite quam prolixe egit G. Grævius, ad Heſiodi Theogon. v. 903.

Priuſquam

Priusquam hoc Idyllium dimisero, moneo quod minus vulgo notum, Fr. Luisinum sensisse, per Daphnida quemque suum, tum Theocritum, tum Virgilium, intellexisse, Borimum Iolam quendam, Opii regis filium, a Julio Polluce memoratum, juvenem in venatione, tempore messis, extinctum. Cujus interitus lugubri inter agrestes carmine, solenni more, celebrari solebat. Quod nempe hinc Theocritus, cum Borimus esset VENATOR, induxerit feras, ejus mortem lugentes: quodque Virgilius, cum tempore MESSIS obiret ille, non modo idem attigerit, sed et Menalcan pastorem Daphnidi sacra facturum dixerit, *ante focum, si frigus esset, et, si* MESSIS, *in umbra.* Parerg. Lib. I. c. 25. pag. 454. Apud Gruteri Lamp. Art. Tom. III. Sed hoc opportune dictum volumus interpretationum NOVARUM captatoribus.

IDYLLIUM II.

IN argumento secundi Idyllii scriptum est, "Την δε Θεστυλιδα Θεοκριτος απειροκαλως εκ των Σωφρονος μετηνεγκε ΜΙΜΩΝ." Mirum vero ecquam hic censor απειροκαλιαν, in elegantissimo poeta, notare voluerit. Equidem quorsum ille id scripserit, non satis assequi conjectura possum. Fortasse illi parum visus servare Decorum Theocritus, dum imitatione Sophronis, ancillam Simæthæ tribuit; quod urbanæ potius quam rusticæ conveniat personæ. Sed profecto Simætha ista meretrix fuit urbicaria, non mulier rusticana. Casaub. LECT. Theocr. c. iii.

Interpres Græcus de Inscriptione Idyllii notat, "Επιγραφεται το παρον "ειδυλλιον ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΡΙΑ." Athenæus pag. 475, Theocriti ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΡΙΑΣ citat, "Θεοκριτος δ' ὁ Συρακουσιος εν ταις ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΡΙΑΙΣ φησι:" et postea hujus Idylli locum adducit. Unde suspicari pronum est, Grammaticos ab argumento ita hoc Idyllium indigitasse. Non videtur autem aliter inscribere debuisse poeta, quam Simætham, a tam nobili scorto: quanquam aliquot ejusmodi Sophronis inscriptiones notavimus. Quo magis admirari libet Græculi cujusdam Scholastici argutam curiositatem, quam jam antea quoque viri magni attigerunt, qui poetæ απειροκαλιας culpam intendit, quia videlicet Thestylidos personam e mimis desumpsit. Cujus nomen, cum ex antiqua comœdia depromptum sit, cui, illius belli, quo ea nata est, inter Megarenses et Athenienses, causa ascribitur, non video quantum inter hanc et illam intersit: aut, cur potius a Thestylide, quam a Simætha, abstinere debuerit.

Πορνην δε Σιμαιθαν ιοντες Μεγαραδε
Νεανιαι κλεπτουσι μεθυσοκοτταβοι,

Ait Comicus, Acharnensibus. Non peccavit igitur, quis γυναικι επι πορνεια κεκωμωδημενῃ, e Sophrone suo, Ancillam dedit. Itaque Grammatici videant, quibus non satis erat elegantissimum poetæ sensum tot ineptissimis σχολυδριοις perversum esse; nisi insuper ακρισιαν suam illi imputarent, quem toties male intellexerunt. Nobis certum est, magnam eorum partem quæ Simæthæ hic tribuuntur, ουκ ανιστορητως a poeta dici, qualia multa de Daphnide et aliis, quæ multum leporis pepererunt apud Veteres, nobis vero sunt incognita. Heins. LECT. Theocr. c. v.

Hujus

Hujus Idyllii Argumentum ſecutus eſt, tum Locos nonnullos, nobis ſigillatim deinceps indigitandos, ad verbum tranſtulit, Virgilius, Ecl. VIII. Cui Tit. PHARMACEUTRIA.

V. 1. Πα μοι ται Δαφναι.—] Hujus Idyllii magna pars ſicut mimum olet, et Sophronem ſpirat, qui alibi in γυναικειοις ſimile argumentum tractarat; ita fere totum cum σχηματισμῳ procunciatur et geſticulatione: de quo pluribus ad Comaſten, Idyll. III. v. 1. Fidem hujus rei vel exordium facit,

Πα μοι ται Δαφναι, φερε Θεστυλι; πα δε τα φιλτρα;

Quæ verba cum ſcriberet Poeta, in animo habuit cantiunculam, quam in tripudio canebant veteres, quæ ανθεμα dicebatur; cujus initium erat,

Που μοι τα ροδα; που μοι τα ια; που μοι τα καλα σελινα;

Heinſ. LECT. Theocr. ibid.

V. 2. Στεψον ταν κελεβαν.—] Hinc illa Virgilii, ritus eoſdem decantantis, Ecl. VIII. v. 64.

—Molli cinge hæc altaria vitta.

Κελεβη Pila eſt, in qua aliquid pinſitur.

Ibid.—Ὁιος αωτῳ.] Notanda locutio. Αωτον eſt flos, unde αωτειν eſt ανθειν. Heſych. Αωτον, ανθος. Tranſlate notat LANAM, unde Heſychius etiam exponit ερίον, atque ita occurrit apud Homer. Iliad. N. ver. 599.

Αυτην δε ξυνεδησεν εϋστροφῳ οιος αωτῳ.

Quem locum Theocritus hic imitatus videtur. Schol. Hom. exponit ὀιος αωτῳ, "Καλως περιεστραμμενῳ εριῳ, ὀιος γαρ αωτῳ, προβατου ανθει, ὁ εστιν εριῳ." Veteres ea quæ divino honore afficere volebant, laneis coronis cingere atque ornare conſueverant; id quod fuſe probat ὁ πανυ Grævius, ad Heſiod. Theogon. Ver. 499. Antiquiſſimæ enim e lana coronæ fuerunt. Hinc στεφανος et στεμμα, απο τȣ ΣΤΕΦΕΙΝ, "colum nubere et cingere lana." Lambert. Bos, OBSERVAT. Miſcell. c. xix.

Appoſite Propertius, Lib. IV. El. 4.

Coſtum molle date, et blandos mihi thuris honores,
Terque focos circum LANEUS ORBIS eat.

V. 3. Ὡς τον εμον βαρυν ευντα φιλον καταθυσομαι ανδρα.] Schol. hic βαρυνευντα pro βαρυνοντα docet eſſe, futur. pro præf. ſed perperam. Diviſim enim legendum eſt, ut quidam Codices habent, Βαρυν ευντα, ut ευντα ſit Accuſ. particip. Dor. pro οντα: et ſic legendum eſſe cognoſci etiam poteſt ex addito caſu tertio εμοι; nam Βαρυνειν Verbum potius cum caſu quarto conſtruitur. Lambert Bos. ibid.

Primus invexit Stephanus εμοι βαρυν ευντα. Quod vereor an probum ſiet. Εμον βαρυνοντα proferunt omnes vetuſtiores, et ſcripti codices. Queritur de mora ſive cunctatione viri ſui Simætha. Ita poſſis reponere ΒΡΑΔΥΝΟΝΤΑ.

V. 4.—Ουδεποθ' ἡκει.] Belle Reiskius ουδε ποθηκει, ſcil. προσερχεται. *Ne ad me venitat quidem.* Quod tamen Aldina docto viro ſubminiſtrabat.

Porro, vim V. καταθυσομαι explicavit Virgilius, Ecl. VIII. ver. 66.

Conjugis ut magicis ſanos avertere ſenſus
Experiar. ——

Eodem ſenſu occurrit inf. v. 10. "Εκ θυεων καταθυσομαι." Vid. Schol. ad v. 157. Quod ad "εμον φιλον ανδρα" attinet, illis in verbis exiſtimat Heinſius, c. v. inveniri ſimpliciſſimæ cujuſdam αδολεσχιας, ſive garrulitatis, ſpeciem, qua frequenter utebantur poetæ vetuſtiſſimi. Per "φιλον" intellige PROPRIUM, ſenſu Græcis ſcriptoribus perfamiliari. Contra, Hoelzlinus ad Apollon. Rhod. III. 492.

V. 4. Ὁς μοι δωδεκαταιος αφ' ω ταλας ουδεποθ' ἡκει.] Infra, v. 157.

Νυν δε τι δωδεκαταιος αφ' ὡ τε νιν ουδε ποκ' ειδον.

Nunc vero dies duodecimus *ex quo ipſum non vidi.*

Ita inf. Idyll. X. 12. εραμαι ενδεκαταιος. Amo *undecim* dies. Eodem modo Evang. S. Joannis, C. xi. ver. 39. Τεταρταιος γαρ εστι. Quatuor *enim dierum eſt.*

V. 6, 7. — Η ρα οἱ αλλα

Ὡιχετ' εχων ὁ. —] Scribe "Ὡχετ' αγων," nam Ωχετ' αγων uſitatiſſimum poetæ eſt pro ηγε. Infra, eod. Idyllio, ωχετο φευγων eſt εφυγε. Idyll. IV. v. 6. ſicut hic, "αγων νιν επ' Αλφεον ωχετο Μιλων." Quod iis novum non eſt qui Platonem legerunt, quo nemo frequentius ita loquitur. Accuſat inconſtantiam, non Cupidinis et Veneris, ſed Delphidis, cujus mentem "Ερως ωχετο αλλα αγων." Heinſ. LECT. Theocr. c. v.

V. 10. Αλλα Σελανα.] Αλλα hic loci, notante Reiskio, ſignificat *Quapropter*. Sic inf. v. 18. Et Idyll. I. 131. Quomodo Callimachus etiam, Lav. Pall. 51, 137. Vide Lamb. Bos, ubi ſupr. p. 91. Et Not. ad v. 18. infr.

V. 12. Τα χθονια, &c.] Egregia quidem pictura Hecates illius infernalis; quem canes etiam pavent cujuſque aſpectum fugiunt, quoties incedit, horribili ritu, per mortuorum ſepulchra, nigrumque ſanguinem, ſive tabum. Ita mire veneficiis ſuis horrorem poeta noſter conciliat.

V. 13. — Μελαν αἱμα.] Vult ειμα, *ſepulchrum*, Cl. Valckenarius, Epiſt. ad M. Roverum, Leovard. 1747. pag. 54. Qua conjectura ſuam etiam firmaſſe poterat Lambertus Bos, a nobis citatus ad Idyll. I. v. 125. Ut et exinde ſuam viciſſim Valckenarius. Sed maneat αἱμα. Ita certe vehementer augetur imago. Incedit illa, non modo per buſta et ſepulchra, ſed et per *atrum ſanguinem*. Quod et Hecates numini magis, et ipſius Theocriti genio, reſpondet. Maneat hiſce ſacris ſuus omnis horror: nec cedat ingenioſis conjecturis vis vere poetica.

V. 18. Αλφιτα τοι πρωτον πυρι τακεται.] In eodem [*veteri*] exemplari ſcriptum eſt,

Αλφιτα τοι πρωτον περικαιεται. —

Non πυρι τακεται. Atque eam lectionem videtur annotare voluiſſe vetus interpretes. Caſaub. LECT. Theocr. c. iii.

Pro τακεται Stephanus habet in margine καιεται. Ab

Ab hoc verſu, Αλφιτα τοι &c. qui exordium eſt et inchoatio rei magicæ, reliqua enim fuerunt της προλογιζομενης Σιμαιθας, [Vid. Schol. ad Argum.] uſque ad illum, v. 33. quatuor proponuntur Simulationes. Prima conſtat ex ſale, quod ſpargitur; ſecunda ex lauro, quæ uritur; tertia ex cera, quæ liquefacit; quarta ex trocho, qui torquetur. Res ſimiles ſunt ἁλες, δαφνη, κηρος, ῥομβος: qui aſſimulatur, Delphis. Heinſ. LECT. Theocr. c. v.

Sparſum Salem, ſive Molam, cujus etiam mentio fit infra, v. 21. non omiſit Virgilius, rituum Theocriticorum fidus interpres, Ecl. VIII. 83.

Sparge Molam. ——

Quin et Laurum Ceramque adhibuit, ut poſtea videbimus.

Ibid. — Αλλ' επιπαςε

Θεςυλι. —] Falli videtur Heinſius, qui per V. αλλ' intellexit αλλα *Alia*, locumque vertit, *Infunde et* RELIQUA *Sceleſta, Theſtyli.* Tranſtulerunt interpretes Latini *Sed*, quod tamen vir eruditus et ingenioſus Lambertus Bos, Obſervat. Miſcell. c. xix. intelligi vult *Quare*. Hortandi, inquit, vim habet vocula. Homer. Iliad. I. 394.

ΑΛΛΑ συ ει δυνασαι γε περιεχεο παιδος εηος.

Quare tu, ſiquidem potes, fer opem filio tuo.

Et ſupr. 338.

ΑΛΛ' αγε Διογενες Πατροκλεις εξαγε κουρην.

Quare age, generoſe Patrocle, educ puellam.

In Act. Apoſtol. X. 20. "ΑΛΛΑ αναςας καταβηθι, και πορευου." — "*Quare ſurgens deſcende, et abi.*"

V. 19. — Πα τας φρενας εκπεποταται.] Homerum expreſſit, Odyſſ. VI.

Ξεινε ταλαν, συγε τας φρενας εκπεπαταγμενος εσσι.

Quod Heſychius explicavit, εκπεπληγμενος et εκφρων. Quemadmodum idem, ΕΚΠΕΠΟΤΗΜΑΙ, vel — αμαι, explic. εκπεπληγμαι. Lambertus Bos. ubi ſupr.

Eadem dictione utitur etiam Noſter, XI. 72. Calliergus ſolus habet εκπεποτησαι, minus Dorice. Eſt perfectum paſſivum, ab εκποταομαι, ωμαι.

V. 20. Η ῥα γε τοι μυσαρα. —] Calliergus μιαρα. Codex Harleianus, non inepte, ηρ' αγε. Legit idem ηρ' pro αρ', Idyll. I. 98. Sed Vid. III. 8.

V. 21. Πασσ' ἁμα. —] Heinſius ſcribendum mavult πασσ' ἁλα, c. v. Quod audacter in textum recepit Oxonienſis editio, 1699. Sed nec a Codicibus ſcriptis, nec ab antiquis editionibus, libenter diſcedimus, ubi quidem conſtat ἁμα.

Ibid. — Και λεγε ταυτα. Τα, &c.] Interpungit Reiskius.

— Και λεγε· Ταυτα τα, &c.

Scil. "Hæc, vicem gerentia Daphnidis oſſium, ſpargo."

V. 23. Δελφις μ' ανιασεν, &c.] Virgilius, Ecl. VIII. 82.

— Fragiles incende bitumine lauros;

Daphnis me malus urit; ego hanc in Daphnide flammam.

V. 24. Καππυρισατα.] Contendit Valckenarius, Epift. modo citat. pag. 56, 57. fcripfiffe poetam καππυρος ευσα, pro κατα πυρος ουσα: fc. *Lauri folia igni impofita*. Sic, inquit, analogice κακκεφαλην, καππεδιον, &c. Ita vero diftinguit.

—— Λακει μεγα, καππυρος ουσα.

Participium ευσα Dorico ifto flexu recurrere apud Noftrum, et κατα hoc fenfu cafui etiam fecundo jungi, notum. Facile autem confunditur, five coalefcit, κατα, cum confonante primo Nominis, ut perfæpe Verbi, fequentis, cum quo nimirum componitur. Confulatur tamen Etymologus Mag. V. Δαφνη. Vox hodierna fit a Verbo καταπυριζω, quod Dorice proferas καταπυρισδω. Habet Calliergus λακη. Dat Stephanus λακει, cum commate. Reiskius vult καππυρισασα quod interpretatur, "καπυρον πνεειν, "fonorum fpirare, multum auræ cum fibilo et crepitu efflare."

V. 28. Ὡς τουτον τον καρον.—] Virgilius, ibid. v. 80.

Limus ut hic durefcit, et hæc ut cera liquefcit,
Uno eodemque igni, fic noftro Daphnis amore.

Orbem Æneum, five Rhombum, cujus mentio fubinde fit, in facris fuis haud adhibet Maro. Fortaffe quod ad ritus Romanos non æque pertineret. Utcunque conftet, apud Latinos etiam, crebrum æris ufum fuiffe; maxime tamen in illis facris, in quibus delinire aliquos, aut devovere, vellent. Vid. Not. v. 35. Et Macrob. Saturn. V. cap. 19. Sed hæc difputatio non eft hujus loci.

Ibid. — Τον καρον εγω συν δαιμονι τακω.] Ανηρ συν μοισησιν eft ανηρ μυσικος, Idyll. VII. 12. Φοιβος συν Φορμιγγι dicitur ὁ Φορμιγκτης, Ibid. 101. — Sic hic, Καρος συν Δαιμονι, *cera facra* dicitur. Heinf. LECT. Theocr. c. v.

Atqui non poffum quin hoc in loco fenfum fequar, obvium profecto luculentumque fatis, enarratoris Græci; συν Δαιμονι, *adjuvante Luna*, quam prius invocaverat, five *Amore*, five fuo *Dæmone*. Sive fignificari poffit Hecate. Præterea notandum puto, non ejufdem generis effe Καρον εγω συν δαιμονι. In exemplis enim ab Heinfio citatis, videtur e pluribus formari vox una quafi aggregata, five compofitiva. Quafi legeres ανηρ=συν=μοισησιν. Quod minus hic fit; etenim turbatur plane compofitio illa, et importune nimis intercedit vocula, εγω, inter καρον et συν δαιμονι. Vid. infr. Not. ad v. 136.

V. 30. Χ' ὡς δινειθ' ὁδε ῥομβος ὁ χαλκεος, εξ Αφροδιτ.] Aldus conjungit εξ Αφροδιτας cum præcedentibus: ut et editio Calliergi. Eandem fequuntur interpunctionem Scholiaftæ, parum probante Stephano. Heinfius, c. vi. abjicit punctum. Quafi effet "Rhombus æneus Veneris." Non ut Nos, "Ope Veneris." Vid. Not. Idyll. I. 136. Et profecto in altero Benedictinorum fcribitur gloffa, "ὁ εκ δυναμεως της Αφροδιτης κατεσκευασμενος." Præterea in duobus Laurentianis, fc. in altero, fit comma poft χαλκεος, rubrica quidem, in altero poft Αφροδιτας. Aliter Vaticani plures, commate fcilicet poft Αφροδιτας rejecto.

V. 33.

V. 33. — Θυσω.] Vult Reiskius ἑυσω, ab ἑυω *uro.*

Ibid. — Τυ δ' Αρτεμι και τον εν ᾁδᾳ

Κινησεις Ῥαδαμανθυ. —] Legebatur olim, teſte Scholiaſte Græco, ῥ' αδαμαντα, *adamantinum lapidem:* quam lectionem proferunt Aldina, Florentina, Calliergiana; necnon in margine Stephanus, qui recepit in textum Ῥαδαμανθυ. Nonnulli veteres codices agnoſcunt Ῥαδαμανθυ, vel ῥαδαμαντα, ut Harleianus; plures ῥ' αδαμαντα. Profecto pro ῥ' αδαμαντα nonnihil facit, quod ſtatim ſubinde ſequitur, "και ειτι περ ασφαλες αλλο." *Et ſiquid aliud magis firmum eſt.* Quæ vero præcedunt — "Τον εν ᾁδᾳ' — *Illum apud inferos,* Rhadamanthum, diſerte videntur exprimere. Ridicula enim ſunt quæ magiſtrorum Græcorum garrit neſcio quis, apud inferos duriorem quandam hujus lapidis exiſtere ſpeciem. Quantumvis alius paulo prudentior moneat, Rhadamanthum debere intelligi; quem ſenſum, nec invitus equidem, prætulerim. Caſaubonus, c. iii. mavult intelligi lapidem; ſed nullas rationes in medium protulit vir eximius. Nugari, more quidem ſuo, videtur Heinſius, c. v. ut ad ſuas partes Scholiaſtæ verba commode detorquere poſſit. Sed vid. Not. ſeq. Ad ſummum, facile conjeceris, feſtinantes, nec ſemper peritiſſimos, librarios hanc vocem ſcripſiſſe ῥαδνα. Contractim videlicet. Unde nata hæc dubia; quæ tamen commentatores apponunt lucro. Codex S. Laurentii, notat. 46. ſive Politiani, dat Κινησαις αδαμαντα. Optimus tamen, ſive Siderocephali, ῥ' αδαμαντα. Plures quidem Vaticani ῥ' αδαμαντα. Codex Ottoboni ῥ' αδαμανθα.

Ibid. Κινησεις. —] Simætha poſt ſimulationem ultimam, emiſſo furfure, preces ſuas proponit τῃ Ἑκατῃ, quibus flagitat, ut exoret τον κατω θεον. Veteres, ut alibi notat Euſtathius, confundebant utrumque modum, et qui *optat* et qui *imperat:* quod illis unus idemque eſſet. Unde cum verecunde aliquod majoribus imperabant, σχηματισμενως hoc proponebant, optandi formula; præſertim Dores, qui hoc modo impenſe delectantur. Simætha illis verbis, contra quam vulgo ſumuntur, nihil aliud quam precatur et imperat.

Νυν θυσω τα πιτυρα. Τυ, δ' Αρτεμι, και τον εν ᾁδᾳ
Κινησεις Ῥαδαμανθυ, και ειτι περ ασφαλες αλλο.

Quod ſi cogitaſſet Græcus commentator, nunquam dubitaſſet utra præferenda lectio fuiſſet, quæ Ῥαδαμανθυ habet, an quæ αδαμαντα. Κινησεις eſt κινει. "*Ego,* inquit, *furfures ſpargam. Tu* JOVEM STYGIUM *exora; et* "*ſiquid præterea nobis obſtare poſſit.*" Heinſ. LECT. Theocr. c. vi.

Ibid. — Ειτι περ. —] Stephanus in margine, ειτι παρ'. E Venetis, ut videtur.

V. 35. Ἁ θεος εν τριοδοισι· το χαλκιον ὡς ταχος αχει.] Habebat in animo Sophronem ſuum; qui τον κροτηθεντα χαλκον dixerat, amoliri φασματα illa quæ Ἑκαταια vocabantur. Ac propterea ſub adventum Hecatæ jubet continuo τον χαλκον κρουειν. Heinſ. LECT. Theocr. c. vi.

Cod. Harl. τριοδεσι. Sola veterum Brubachiana legit αχδ. Vide locum Sophoclis citat. a Scholiaſtis Apollonii Rhodii, Lib. III. 1213.

V. 38. Σιγᾳ μεν ποντος.—] Apollonius Rhodius, Argon. L. III. 743.

> Νυξ μεν επειτ' επι γαιαν αγεν κνεφας· οἱ δ' ενι ποντῳ
> Ναυται εις Ἑλικην τε και αϛερας Ωριωνος
> Εδρακον εκ νηων· ὑπνοιο δε και τις οδιτης
> Ηδη και πυλαωρος εελδετο, και τινα παιδων
> Μητερα τεθνεοτων αδινον περ' κωμ' εκαλυπτεν.
> Ουδε κυνων ὑλακη ετ' ανα πτολιν, ου θροος ηεν
> Ηχηεις· σιγη δε μελαινομενην εχεν ορφνην.
> ΑΛΛΑ ΜΑΛ' ΟΥ ΜΗΔΕΙΑΝ, &c.

> *Nox deinde in terras induxit tenebras: inque ponto*
> *Nautæ Helicen et aſtra Orionis*
> *Aſpectabant e navibus, dormiebat et viator*
> *Et janitor unuſquiſque, ac aliqua prolis*
> *Mortuæ mater profundo ſopore mergebatur.*
> *Nec canum in urbe erat latratus, nec murmur*
> *Sonorum, ſed nigrantes ſilebant tenebræ.*
> *Sed non Medeam, &c.*——

Virgilius, Æn. L. IV. 522.

> Nox erat; et placidum carpebant feſſa ſoporem
> Corpora per terras, &c.
> Quum tacet omnis ager; pecudes pictæque volucres,
> Quæque lacus late liquidos, atque aſpera dumis
> Rura tenent, ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti
> Lenibant curas, et corda oblita laborum.

Egregium illud de *canum latratu*. Quod habet Tryphiodorus, v. 496. Et Varronis fragmentum quoddam.

V. 46. Εν Δια λαθημεν, &c.] Vetus codex habebat Διω. Sed aliud *Dium*, aliud *Dia*; nec quicquam mutandum. Dia namque eſt Naxus. Caſaub. LECT. Theocr. c. iii.

Iſ. Voſſius in Argonautica Catulli, hanc inſulam dicit eſſe Cretenſium, vulgoque vocatam *Standia*, pag. 201. Porrro totam fabulam, quam reſpicit hic Noſter, luculentiſſime contexuit Catullus in Argonauticis; quam legas inſuper apud interpretem Græcum. Vide ſis Etymologicum Mag. ΔΙΑ. Scholiaſt. Apollon. Rhodii, L. IV. 426. Callimachi Frag. CLXIII. Codex Harleianus agnoſcit Διω.

V. 48. Ἱππομανες φυτον εϛι.—] Culpatur Theocritus a Scholiaſte Græco, quod *plantam* fecerit Hippomanem. Subſequitur tamen alterum dein Scholium, ubi Cratevas, vetus quidam Botanicus, adducitur; et Hippomanem,

manem, tanquam plantam, diserte describit. Ut prætereamus ergo quæ doctissime Casaubonus et Heinsius, in re non maximi momenti, dissеruere; sufficit poetæ nostro, si dixerit illud esse Plantam, quod a nonnullis, si minus forsan a plerisque, ita fuisse credebatur. Maxime vero, si reputemus ineptæ mulierculæ partes hic tribui. Porro Servius hæc habet ad Virgil. Georg. III. 280. "Scit lectum esse apud THEOCRITUM, *herbam* esse quandam quæ *Hippomanes* vocatur, quasi ἱππȢ μανια: si enim eum comederint equi, furorem patiuntur. Unde nunc adjecit. — Vero *quod nomine, dicunt*. Nam vult illam herbam abusive *Hippomanes* dictam, quod possint equi furere, et alia quacunque ratione. Revera autem *Hippomanes* dicit esse virus, &c." In quibus perperam legisse *Hesiodum* pro THEOCRITUM videtur Heinsius noster. Vide enim sis Gl. Petri Burmanni ad Not. Servii in Loc. citat. Edit. Op. Virgil. Amstelæd. 1746. qu. Tom. I. Salmasius in Solinum, pag. 940. pro φυτον hic loci reponit χυτον, i. e. *equa quædam ære fusa Olympiæ*. Proinde ad v. 49. infr. αν ωρεα mutare cogitur in εν ὡρᾳ. Sed conjecturam magni viri, nimis audacem, ne dicam non necessariam, nec vacat expendere, nec refert refellere. Consulatur potius Petri Baylæi pererudita DISSERTATIO de HIPPOMANE, ad Calc. DICTION. Hist. et Crit. Tom. ult.

V. 51. — Ικελον. —] Commode Reiskius e copiis suis affert ικελος. Nam περησαι non est infinitivus sed optativus. Quare ponatur comma post ιδοιμι. Ita fit contextus abruptior. Istam Cl. Reiskii lectionem fatetur etiam Codex Laudianus in Bodleiana. Necnon Vaticanus unus et alter.

V. 53. ΤȢτ᾽ απο τας χλαινας, &c. —] Virgilius, Ecl. IX. 91.

Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora cara sui: quæ nunc ego, limine in ipso,
Terra, tibi mando. ——

V. 58. Σαυραν τοι τριψασα, κακον ποτον αυριον οισω.] Quare inter instrumenta Venereorum veneficiorum numeretur hoc animal, si parum doceant interpretes Græci, docebit Palmerius Exercitat. in Auct. Gr. pag. 794. Lugd. Bat. 1668. 4to. Necnon Jacobus Tollius, Fortuit. pag. 276. Amstel. 1687.

V. 60. — Φλιας. —] Stephanus in margine φιλιας. Quod habuit a Scholiis. Sed nihil mutandum.

V. 62. — Επιφθυσδοισα. —] Calliergus, &c. επιφθυζοισα. Codex Harleii επιφθιζȢσα. Similiter fere Scholiastæ. Nostra lectio, quæ prodiit ex ingenio Stephani, Dorica magis. Latine vertas, vel *inspuere*, vel *insusurrare*, veneficarum ritu. Habetur hoc sensu, Idyll. VII. 127.

V. 64. Νυν δη μουνη, &c.] Nunc sola relicta Simætha, quod solent amatores, arbitris omnibus remotis, secum sermonem instituit; et amoris sui causam memoria repetit et originem. Dimittebatur Thestylis ancilla, supr. v. 60. Convertitur hic, ut loquuntur critici, rerum Situs.

V. 65.

V. 65. Εκ τινος αρξεῦμαι. — Legit Calliergus αρξομ' εγω; τις μοι. Aldus, et Stephanus, αρξωμαι. Habetur αρξεῦμαι, Epigr. V. 3. Dorice et Æolice ab altero Dor. αρξευμαι, quod ſe communiter habet αρξομαι. Vaticani habent Calliergianam.

Ibid. — Τις μοι κακον αγαγε τεῦο.] Valde ſimilis eſt, apud Plautum, Silenii narratio narrationi Simæthæ. Plauti locus eſt in *Ciſtellaria.*

> Quo is homo inſinuavit pacto ſe ad te? S. per Dionyſia.
> Mater pompam me ſpectatum duxit: dum redeo domum,
> Conſpicillo conſecutus eſt clanculum me uſque ad fores:
> Inde in amicitiam inſinuavit. ——

Caſaub. LECT. Theoc. c. iii.

Credibile eſt iſtiuſmodi ſpectacula, ſive pompas, apud Græcos frequentiſſime celebrari ſolitas, opem atque occaſionem conſiliis amatoriis haud raro præbuiſſe: in quibus, magna viſendi ſtudio confluente multitudine, licentius paulo verſabantur cum viris fœminæ, belliſſime interea veſtitæ. Alias, haud facile erat pudicas mulieres, præſertim virgines, foras deprehendere.

V. 66. Ηνθ' ά. —] Harleianus ηνθε.

V. 67. — Πεκα πολλα μεν αλλα.] Omnino corrigendum puto,

> — ΤΟΚΑ πολλα μεν αλλα.

Dorice pro τοτε. Ut et ποκα pro ποτε. Quod confirmari poſſit e copiis Vaticanis.

V. 68. Ταν πομπαν, &c.] In chartis S. Amandi teſtatur elegantiſſimus Salvinius, Politianus huc alleverat inſignem locum, de Pompa Dianæ, e Libro primo Xenophontis Epheſii Epheſiacorum, circa initium. Quem quidem tranſcripſerat ex antiquiſſimo codice manuſcripto Xenophontis illius, in Bibliotheca P. Benedictinorum Florentiæ. Eam pompam celebrabant omnes virgines indigenæ, magno apparatu ornatæ: necnon ephebi plurimi, annum ætatis circiter ſeptimum decimum agentes. Magna vis hominum, tum popularium tum hoſpitum, ſpectaculo intererat: ſiquidem mos erat, ut in ea celebritate, et ſponſi virginibus, et ephebis uxores invenirentur. Ferebantur, Faces, Caniſtra, Suffimenta, ad ſacra facienda; quin et ducebantur equi et canes, cum armis venatoriis. Agebatur Solenne per ſeptem ſtadia, ab urbe ſcilicet ad templum. Qui plura vult, conſulat ipſum Xenophontem, nunc ab Antonio Cocchio publici juris factum. Vide et Politiani Miſcell. LI.

V. 70. — Θευχαριλα. —] Peregrinum quiddam ſenſit in hoc nomine Reiskius; maximeque probat vel lectionem Florentinæ Θευμαριδα, ſive Codicis Toletani Θευμεριδα, apud Schott. Obſervat. II. 46. Quam quidem lectionem profert Codex in Harleiana Bibliotheca, et C. Ottoboni. Niſi quod ibi ſcribatur Θυμαριδα. Ita quoque tres Vaticani. Unus tamen ita legit.

> Και ΜΑΘ' ΕΥΜΑΡΙΔΑ. ——

Quod non temere prætereundum puto.

V. 72. — Θασιοδξ. —] Calliergus θεασιοδξ. Male, quod minus Dorice. Aldus et Florentina uti nos. Sic habemus, apud Bucolicum noſtrum, θασαι frequenter, et θασομενος. Similiter apud Epicharmum, Siculum etiam poetam, citante Athenæo, pag. edit. Caſ. 86. Lib. iii.

V. 74. Καμφισειλαμενη ταν ξυστιδα ταν Κλεαριστας.] Satyrico aceto defricatur mulierum illiberalis ambitio, in aliena veſte ſeſe venditantium. Juvenalis, Sat. vi.

Ut ſpectet ludos *conducit* Ogulnia veſtem.

Caſaub. Lect. Theocr. c. iii.

Legi certe debet cum veteribus τας Κλεαριστας. Athenæus memorat "ΞΥΣΤΙΔΑ και χρυσουν στεφανον," Dionyſii tyranni. Lib. xii. pag. 535. Et alibi. Habeo in meis Codicibus τας Κλεαριστας.

V. 75. Φραζεο, &c.] Vult Palmerius, Exercitat. pag. 794. "*Adverte*, O Luna." Non, *dic*. Luna enim poeſi non præeſt ut *invocetur*." At cum rei magicæ præſit, rectiſſime, nec minus poetice, invocatur, Dea harum curarum conſcia et interpres. Longe frigidior eſt, ne dicam quod minus magicus, Palmerii ſenſus. Sed vide Cl. Dorvilii Vann. Crit. Lib. VII. pag. 147.

V. 79. Στηθεα δε στιλβοντα. —] Pulchritudinem notat in Juvene Simætha, nobis non adeo familiarem, quibus alia longe eſt veſtitus ratio. Unde nova lux et elegantia permultis veterum locis affunditur. Hinc illud Horatii, L. I. Od. 13. 1.

Cum tu, Lydia, Telephi
Cervicem roſeam, et cerea Telephi
Laudas Brachia, væ! &c.

Aſclepiades, vel Poſidippus, in epigrammate inedito. MSS. Antholog. Conſtant. Ceph. Lib. I. Carm. 81.

Ει καθυπερθε λαβοις χρυσεα πτερα, και σευ απ' ΩΜΩΝ
Τεινοιτ' ΑΡΓΥΡΕΩΝ ιοδοκος φαρετρη,
Και σταιης παρ' Ερωτα, φιλ', αγλαον, ου, μα τον Ἑρμην,
Ουδ' αυτη Κυπρις γνωσεται ὁν τετοκε.

Si ſupra ſumpſeris aureas alas, et tibi ab humeris
Extenſa fuerit argenteis *ſagittifera pharetra*;
Et ſtes prope Amorem, amice, ſplendidum, juro Hermen,
Ne ipſa quidem Venus noverit utrum pepererit.

Hoc in antiquis ſtatuis cernere eſt. Apuleius Floridor. Lib. I. Bathylli ſilachrum, quod tamen veſtitum fuiſſe conſtat, ita deſcribit. "Adoleſcens erat viſenda pulchritudine, crinibus fronte parili ſeparatu per malas revulſis. Pone autem coma *prolixior interlucentem cervicem ſcapularum* finibus obumbrat. *Cervix* ſucci plena, &c." Sic et Callimachus dicit ſe comeſſabundum petulanter oſculatum fuiſſe την ΔΕΙΡΗΝ, *cervicem*, Archini, pueri

 ingenui.

ingenui. Epig. 44. Nec aliter intelligendus et rite explicandus Xenophontis locus insignis, in Symposio. Oratio est Charmidis ad Socratem. " Αυτον δε σε ειδον, ναι μα τον Απολλω, ὁτε παρα τῳ γραμματιστῃ εν τῳ ΑΥΤΩι ΒΙΒΛΙΩι ΑΜΦΟΤΕΡΟΙ εμβατευετε τι, την κεφαλην προς τῃ κεφαλῃ, και τον ΩΜΟΝ ΓΥΜΝΟΝ προς ΓΥΜΝΩι τῳ Κριτοβουλου ΩΜΩι, εχοντα." "*Teipsum vidi, ita me amet Apollo, quo tempore apud litteratorem eodem in libro uterque aliquid quærebatis, caput capiti*, humerumque nudum nudo *Critobuli* humero, *admovisse*." Edit. Leunclav. Basil. 1569. pag. 698. Martialis de puero, qualem probaret, formoso. Epig. Lib. IV. 42.

—— Mollesque *flagellent*
Colla Comæ. ——

Sed ut redeamus ad nostrum. Idyll. V. 90. Utcunque apud cæteros sexcenta præterea suppetant exempla.

— Λιπαρα δε παρ' ΑΥΧΕΝΑ σειετ' εθειρα.
— *Splendida ei circa* collum *vertitur coma.*

Interea nudatum magis quam vulgo fieri solebat, et pectus, et lacertos, habebat Delphis hic noster, e palæstra jam redeuns, ubi nudi contendebant: et per στηθεα illa ΣΤΙΒΑΟΝΤΑ debes insuper intelligere, pectora *oleo* etiam *Gymnastico* recens *nitentia*.

Ibid. — Η τυ, Σελανα.] Ita Calliergus, et solus quidem. Alloquitur hic Lunam Simætha. Non necesse est tamen ut hic, cum Cl. Reiskio, intelligas PECTUS *Lunæ*. Interpretere, " Pectora splendidiora quam tu es, O Luna, *quam nunc invoco*." Harleianus, aliique Codices, dant, sensu sane longe frigidiori, η το σελανας. Necnon plures libri editi, inter quos Aldus et Stephanus. Codices etiam Baroccii et Laudi. Quibus adde multos Vaticanorum, et C. Ottoboni. Homerus in Hymnis dixit monilia Veneris splendere tanquam Luna. Hymn. VEN. v. 89, 90.

V. 80. Ὡς απο γυμνασιοιο καλον πονον αρτι λιπευσι.] Vel per καλον, *honestum* laborem intelligit; vel, per *pulchrum*, *Laborem Gymnasii*, vult, quod in Gymnasio juvenes pulchritudinem suam luculentius et apertius ostenderent. A laborantibus ad laborem fit translatio. Vetus illa Aldi editio legit hic λιποντων. Necnon Florentina. Nescio annon rectius et elegantius. Certe ita legitur in Vaticanorum nonnullis, et C. Ottoboni. Calliergus agnoscit λιπευσι, rejecto tamen in marginem λιποντων. Stephanus ut nos: in oram etiam paginæ remisso λιποντων. Videntur legisse Scholia λιπευσι. Unde quibusdam forte videatur ea lectio vetustior, atque ita verior.

Imitatur hunc locum Chariton, in Aphrodisiacis. Ubi clarissimus ejus editor observat, Amantium primos congressus sæpe fingi in solennioribus deorum festis. Id quod firmat e pluribus scriptorum Græcorum locis, vir hisce literis exercitatissimus. Animadv. Chariton. Aphrod. Lib. I. 1. pag. 17. Vid. supr. Not. ad v. 65, et 68.

V. 82. Χ ὡς ιδον, ὡς εμανην, &c.] Virgilius, Ecl. VIII. 41. hæc leviter adumbravit.

Ut

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.

Vir eruditus J. D. Lennepius, notavit, ad celeritatem significandam, voculam ὡς eleganter hic adhiberi. Animadv. ad Coluthum, II. 10. pag. 118. Confer Idyll. III. 42. Ubi Scholiastes inquit, "Το ῾ΩΣ, αντι τȣ ΕΥΘΕΩΣ." Confer etiam Mosch. Idyll. II. 74. Bion. Epitaph. Adonid. 40. Homer. Iliad. Τ. 16. Vid. et Victor. Var. Lect. xxxv. 2. Legit μοι Florentina, in calce versiculi.

V. 83. — Κȣδ' ετι τομπας.] Alii κȣδε τι. Alii κȣδ', vel κουκ', ετι. Harleianus κȣ δε τι. Præclara descriptio puellæ stupescentis in aspectum formosi juvenis inopinatum, quem perdite deperiit. Vid. Not. ad v. 106. inf.

V. 85. Εξαλαπαξε. —] Quid sibi vult vetus nota ad hæc verba? "Γραφεται και Εξαλαξεν· ιν' η Εξηλησε." Ego qui hæc ita scripta non intelligerem, sic scribebam ut ea intelligerem. "Γραφεται και εξαλιαξεν· ιν' η εξηρηνε." Notum verbum εξηλιαζω, *insolo*, *sicco*. Casaub. Lect. Theocr. c. iii.

Ita viri docti, reponit Heinsius, legendum arbitrati sunt. Sed, ut nihil dicam, de falso syllabæ modulo qui repugnat, propius ad literarum vestigia accedi potest, si scribamus, "Γραφεται και εξαλλαξε· ιν' η εξηλλαξε." De quo non dubitandum est. Heins. Lect. Theocr. c. vi.

V. 94. Χ' ὡτω. —] Aldus et Calliergus χ' ȣτω. Casaubonus ut nos, et verissime. Harleianus tamen χ' ȣτω. Ut et C. Ottoboni, et duo Vaticani.

V. 88. Και μευ χρως μεν ὁμοιος εγινετο πολλακι θαψω.] Ita legit hunc versiculum Vaticanus nonus.

Και μευ χρως μεν ΙΣΟΣ περ εγενετο πολλακι θαψω.

Quod non ut aliquam correctionem necessariam putaverim, hic in medium protuli.

V. 95. — Χαλεπας νοσω ευρε τι μακος.] Palmerius Exercitat. pag. 795. reponit τι μ' ακος. Sensu, ut existimat, longe meliori. "Morbi *remedium* mihi reperi." Fatetur quidem "τȣ ακος" primam syllabam brevem fore: metri tamen haud semper adeo severam rationem contendit habere Theocritum. Sed vox vulgata non minus *remedium* significat; vel, ut exponit Scholiastes, τινα μηχανην. Præterea, probati Codices, inter chartas S. Amandi, dant μαχος, vel μηχος. Speciatim, Codex optimus Laurentii.

V. 98. Τηνῳ γαρ φοιτη, τηνει δ' οἱ ἁδυ καθηνθαι.] Videntur opponi interdum in gymnasio οἱ ΦΟΙΤΩΝΤΕΣ και οἱ ΚΑΘΗΜΕΝΟΙ. Οἱ φοιτωντες sunt qui spectaculum præbent et exercentur; οἱ καθημενοι qui sedent, et luctantes vident. Φοιταν certe non minus de corporum, quam de animi, exercitiis in usu fuit. Nam utrisque gymnasia patebant. Unde et φοιτηται. Non aliud puto voluit Theocritus. Heins. Lect. Theocr. c. vi.

Vereor an non plus viderit vir acutus quam voluerit poeta. Ingeniosa tamen conjectura.

V. 101. Ὑφαγεο. —] Pessime Stephanus in margine, ἀφαγεο.

V. 102. — Και αγαγε τον λιπαροχρων.] Adduxit *nitidum* illum: sc. palæstra exercitatum, et Athletico oleo perfusum, nitentem. Vide Not. ad v. 79.

v. 79. Vult etiam puella *formosum*. Quo sensu λιπαρος sæpe simpliciter adhibetur.

V. 106. Πασαι μεν, &c. —] Egregie quoque depinxit Apollonius Medeæ cum Jasone congressum. Argon. L. III. v. 952. Quem, ut unus et alter hic adspergatur flosculus, haud invitus adponam.

> Η θαμα δη στηθεων εαγε κεαρ, ὁπποτε δουπον
> Η ποδος, η ανεμοιο παραθρεξαντα δοασσαι.
> Αυταρ ὁγ ου μεταδηρον εελδομενῃ εφααανθη.
> Εκ δ' αρα οἱ κραδιη στηθεων πεσεν, ομματα δ' αὑτως
> Ηχλυσαν· θερμον δε παρηϊδας ειλεν ερευθος.
> Γουνατα δ' ουτ' οπισω ουτε προπαροιθεν αειραι
> Εσθενεν, αλλ' ὑπενερθε παγη ποδας· αἱ δ' αρα τειως
> Αμφιπολοι μαλα πασαι απο σφειων ελιασθεν.
> Τω δ' ανεω και αναυδοι εφεστασαν αλληλοισι.

Quæ sic interpretamur.

> *Toties autem cor effringebatur e pectore, quoties sonitum*
> *Sive pedis sive venti prætereuntis sibi videbatur audire.*
> *Verum ille non longo intervallo apparuit desideranti.*
> *Cor autem puellæ excidit e pectore, lumina pariter*
> *Caligabant, calidas genas occupabat rubor.*
> *Genua neque retrorsum neque prorsum movere*
> *Potuit: subtus vero pedes obriguere. Interim*
> *Ab illis cunctæ recesserunt famulæ.*
> *Ambo autem muti et sine sonitu una consistebant.*

V. 107. Ἰδρως μοι κοχυεσκεν —] Florentina habet editio, κοχυδεσκεν. Lectio certe parum syncera; licet ita legisse, nescio qua ratione ductus, crederet Eustathium doctissimus Stephanus. Vox est plane poetica; forsan et omnino Theocritea. Quale autem sit, quidque significet κοχυδεσκεν, eam si lectionem prætuleris, ostendit Stephanus. Codex Harleianus habet κοχιεσκεν. Necnon alter Baroccianus. Hunc Theocriti locum proferens Cl. Dorvilius, Stephani lectione utitur. Animadv. ad Chariton. pag. 380.

V. 181. Ηνθον γαρ, &c.] Moris inter amatores Athenienses erat, ut qui deperiret aliquam, præsertim meretriculam, postridie quam nomen ejus in Ceramico, loco ita dicto, scripsisset, et amorem fassus esset, comum institueret προς την ΑΝΑΔΗΣΙΝ, hoc est, ad injiciendas ejus capiti coronas, cum tæniis. Sic Alcibiades apud Platonem, in convivio cum corona et tæniis ad Agathonem se confert, ΑΝΑΔΗΣΟΜΕΝΟΣ αυτον. Excusat se Alcibiades, causamque dicit in foro Veneris, quod more consueto postridie ejus diei, quo Agathonem σοφωτατον και καλλιστον esse scripserat, non venisset προς την ΑΝΑΔΗΣΙΝ. Delphis sponte sua se venturum fuisse ait, nisi a Simætha præoccupatus fuisset, his verbis:

Ηνθον

Ηλθον γαρ κηγω, και τον γλυκυν ηνθον ερωτα,
Η τριτος ηε τεταρτος εων φιλος αυτικα νυκτος,
Μαλα μεν εν κολποισι Διωνυσοιο φυλασσων,
Κρατι δ' εχων λευκαν, Ἡρακλεος ἱερον ερνος,
Παντοσε πορφυρεησι περιζωστρῃσιν ἑλικταν.

Duplici habitu introducitur hic amator: palæstrico; nam e palæstra redibat: comastico; nam ad comum se conferebat. Quæ ad palæstram spectant, nota sunt omnibus. Ad comum spectant τα μηλα, αἱ περιζωστραι, et coronæ, quas e capite suo amicæ imponebant: quod ΑΝΑΔΕΙΣΘΑΙ dicebant. Eas e populo gestat ille, ut athletam decebat, qui coronam suam in alium usum conversurus, Simætham adibat, ac tantisper eam, sicut Alcibiades, in capite gestabat. Quid sit ΑΝΑΔΗΣΙΣ, nec in hoc Idyllio, multo minus in eo quod sequitur, ubi majorem etiam locum habet, viri docti nos docuerunt. In eo Comastes cum corona προς την αναδησιν se confert; ad quam cum non admittitur, minatur coronæ solutionem. Unde illud,

Τον στεφανον τιλαι με κατ' αυτικα λεπτα ποιησεις.

Philostratus in Imaginibus suis, τους Μυθους, veluti filios illius fabulatoris, cum tæniis ad Æsopum tanquam amatores venientes facit, προς την ΑΝΑΔΕΣΙΝ. "Ευδοκιμουντες ουν οἱ Μυθοι δια τον Αισωπον, φοιτωσιν επι τας θυρας του σοφου, ταινιαις αυτον αναδησοντες, και στεφανωσαντες αυτον θαλλου στεφανῳ." Addidit του σοφου, ea ratione qua Plato, του σοφου και καλλιστου. Sequitur paulo post:

Παντως και πελεκεις και λαμπαδες ηνθον εφ' ὑμεας.

Quibus verbis minatur Delphis της λαμπαδος επαγωγην. Quæ præcipua violentiæ pars in Como erat. Qui enim post pulsatas fores προς την αναδησιν non admittebatur, minabatur λαμπαδα επαγειν. Hoc est quod in suo κλαυσιθυρῳ tangit Ovidius:

Aut ego jam ferroque ignique paratior ipse,
Quam face sustineo tecta superba petam.

Heins. LECT. Theocr. c. vi.

V. 120. Μαλα μεν εν κολποισι Διωνυσοιο φυλασσων.] Non genus aliquod peculiare Mali hic intelligitur; sed Mala in genere, quæ, cum cæteris arboreis fructibus, invenisse Bacchus traditur. Testis Athenæus, III. 82. Aliter ista *Bacchi Mala* Græci commentatores interpretantur: quos hoc in loco, si sensum aliquem reconditiorem mavis, age consule, nec omnino pœnitebit operis. Interea vid. Jos. Scalig. ad Priap. Virgil. p. 207. ed. 1617.

V. 122. —Πορφυρεησιν.—] Quid sit Populus ita purpureis involuta lemniscis, ostendit doctissime Vossius ad Catull. p. 239. Edit. Lond. 1684.

V. 125. Και καλος παντεσσι μετ' ηϊθεοισι καλευμαι.] Eadem ferme loquendi formula, Meleager in epigrammate,

Και γαρ εγω τον ΚΑΛΟΝ ΕΝ ΗΙΘΕΟΙΣΙ φιλησας
Αντιοχον.——

Quinimo totum carmen, hactenus ineditum, non quod omnino ſanum putem, quoniam locus opportune ſe tulit, erudito lectori donabo. Anthol. MSS. C. Cephalæ, Lib. I. Car. 124.

Διψων ὡς εφιλησα θερευς απαλοχροα παιδα,
  Ειπα τοτ', αυχμηραν διψαν αποπροφυγων·
Ζευ πατερ, αρα φιλημα το νεκταρεον Γανυμηδους
  Πινεις, και τοδε σοι χειλεσιν οινοχοει·
Και γαρ εγω τον καλον εν ἠιθεοισι φιλησας
  Αντιοχον, ψυχης ἡδυ πεπωκα μελι.

Sitiens, in æſtate, quando oſculatus eram puerum teneram cutem habentem,
  Dixi tunc, poſtquam acerbam ſitim depuleram;
Jupiter pater, tu certe oſculum nectareum Ganymedis
  Bibis, et hoc ille tibi labris ſuis pocillatur.
Quin et ego formoſum inter adoleſcentes exoſculans
  Antiochum, halitûs ſuave bibi mel.

Ibid. — Καλευμαι.] ΚΑΛΕΙΣΘΑΙ hic accipit Caſaubonus pro το ειναι. c. iii. Non prorſus recte. Vid. Not. ad Idyll. VIII. 73.

V. 127. Ει δ' αλλα. —] In editione Florentina αλλᾶ, ut παντᾶ. Quam tamen ſcripturam idem exemplar in eadem voce non ſemper obſervat.

Ibid. — Και ἁ θυρα ειχετο μοχλῳ,

Παντως και πελεκεις, &c.] Hinc notare licet Morem Græcorum antiquum, nempe amantes, ut amorem intentiſſimum teſtificarentur, ſimul et ut pudori amicarum conſulerent, vim inferebant valvis; idque non putabatur incivile aut odioſum: queſta eſt enim ſupra Simætha v. 6. quod januam ſuam non fregiſſet Delphis. Mos ille non invaluit apud Romanos, quod ſciam, et forte fuit Siculorum peculiaris. Nam quæ Ovidius, Amor. I. 6. janitori dicit, id magis ex imitatione Græcorum, quam ex Romanorum moribus facit. Palmerius, in Auctor. Græc. pag. 796.

Cæterum præterfugiſſe videtur eruditum virum, apud Latinos auctores crebram moris hujuſce mentionem deprehendi, adeo ut facile conjici poſſit, ipſum cum Græcis communem Romanos habuiſſe. Horatius, L. I. Od. 25.

Parcius junctas quatiunt feneſtras
Ictibus crebris juvenes protervi.

Tibullus L. 1. El. 1. §. 87.

Nunc eſt levis tractanda Venus, dum frangere poſtes
  Non pudet. ——

Et, I. 6. §. 31.

Heu canimus fruſtra; nec verbis victa fatiſcit
  Janua, ſed plena eſt percutienda manu.

Et, I. 11. 54.

Fœmina perfractas conqueriturque ſores.

Vid.

Vid. etiam Terentium, Adelph. Act. I. Sc. 2. §. 4. Et Eunuch. Act. IV. Sc. 7. §. 3. Horatium, L. III. Od. 26. §. 7. Propertium, Lib. III. El. 24. §. 10. Ovidium, Lib. III. Art. Amand. §. 567. et Remed. Amor. §. 31. Et alibi centies. Hinc profectus est demum Cantus, quem hodie dicunt Itali, *Serenata.*]

Adjiciam huc ineditum Epigramma, ΑΔΗΛΟΝ, MSS. Antholog. Constant. Ceph. Lib. Carm. 240. Cujus postremam partem nec intelligo nec interpretor.

> Εμπρησω σε, θυρη, τᾳ λαμπαδι, και τον ενοικον
> Συμπλεξας, μεθυων ευθυς απειμι φυγας.
> Και πλωσας Αδριανον επ' οινοπα ποντον, αλητης
> Πωλησω γε θυραις νυκτος ανοιγομεναις.

V. 136. — Και παρθενον εκ θαλαμοιο
Και νυμφην εφοβησ' ετι δεμνια θερμα λιποισαν
Ανερος. —] Interpretes Græci connectunt ex θαλαμοιο cum εφοβησ'. Adeo ut loci sensus sit, "Virginem coegit Thalamum suum linquere." Hanc interpretationem lubens admitterem, si rite verti posset εφοβης', *fecit fugere.* Recte ergo Heinsius, c. vi. παρθενον εκ θαλαμοιο dictum putat ea ratione qua supr. Idyll. I. 65. Θυρσις εξ Αἰτνας. Et XI. 16. Ἑλκος εκ Κυπριδος. Et hoc ipso Idyll. supr. v. 30. Ῥομβος εξ Αφροδιτης. Est ergo "παρθενος εκ θαλαμοιο," Virgo *in cubiculo suo manens, sive intacta.* Virgines autem in ea ædium parte seorsim contineri, quam mulieres solæ frequentabant, usque ad nuptiarum tempus, scilicet in thalamo aut cubiculo, notissimum est. Vir doctus J. Upton putabat nullam esse analogiam inter hanc phrasin παρθενον εκ θαλαμοιο, cæterasque illas, quibus conjecturam suam firmat Heinsius; præsertim si constructionem respicias. Crit. Observat. in *Shakesp.* Ed. II. Præf. pag. xii. Cæterum V. εφοβησ' interea debuerat expedivisse vir doctus. Hesychius exponit ΦΟΒΗΣΑΣ, ενθεον ποιησας. Quod hic fit συν κακαις μανιας. "Ad insaniam redigitur ab amore virgo adhuc intacta: sponsa etiam noviter nupta, adeo ut nonnunquam vel deserat torum viri sui jam calescentem."

V. 144. — Εχθες sive χθες idem valet ac χθες, και πρωην: neque hesternum diem præcise notat, sed latius multo extenditur. Casaub. LECT. Theocr. c. iii.

Commode hic apponatur epigramma ineditum Stratonis, ex Anthologia MSS. C. Cephalæ, Lib. I. Car. 178.

> Ουκ ΕΧΘΕΣ παῖς ησθα, και, ουκ οναρ, ουτος ὁ πωγων
> Ηλυθε; Πως ανεβη τουτο το δαιμονιον;
> Και τριχι παντ' εκαλυψε τα πριν καλα. Φευ, τι το θαυμα;
> ΕΧΘΕΣ Τρωιλος ων, πως εγενου Πριαμος;

Annon

Annon heri *puer fuisti*; *et, nec somnium quidem, ista barba*
Succrevit? Quomodo ortum est hoc Dæmonium? —
Et pilis omnia obduxit prius pulchra. — *Heu, quid hoc monstri?*
Heri *Troilus cum fueras, quomodo factus es Priamus?*

Idem idoma apud nostros obtinet etiamnum.

V. 145. Ἁ τε Φιλιςας.] Rescribit et hic, et in versu sequenti, Cl. Valckenarius, ἁ γε. Epist. pag. 51. Idem nec Φιλιςας habet pro nomine proprio. Scil. "Venit ad me mater *carissimæ* meæ tibicinæ, meæ, inquam, Melixus." Vide rationes viri doctissimi. Vult Palmerius, ἀλετρίδος, pag. 796. Quod commentum cum Valckenario lubens rejicio. Vide Idyll. VI. 41. X. 16.

V. 151. — Αταρ τοσον αιεν ερωτος
Ακρατω επιχειτο. ————] Scribendum ακρατω. Ακρατον ερωτος, vocavit poeta, Lusum Siculorum, το Σικελον ακοντισμα, ut Callimachus loquitur, cottabysmi speciem. Dictum est autem οινος ερωτος, sicut μηλα Διωνυσοιο, sup. V. 120. Et 73. χιτων βυσσοιο, aliaque infinita. Heins. Lect. Theocr. c. vi.

Editiones antiquissimæ agnoscunt Ακρατω, scil. pro ακρατε ab ἄκρατος. Stephanus habet distinctionem post τοσον. Codex quartus Mediceus, apud Reiskium, legit ενεκ' ερωτος. Vid. Bentl. ad Call. Epig. xxxi. Necnon Fragment. X. Call. Spanhemian. Tom. I. pag. 236. Et ibidem notas Annæ Fabri.

Ita hunc locum enarrat Æmilius Portus in Lexico Dorico. V. ΕΠΙΧΕΙΤΟ, *Infundebat.* — "Αταρ τοσον αιεν ερωτος," Hæc ita Latinus interpres vertit, *At tantum semper amoris mero infundebat.* Alter Sic: *Sed quod multum semper amoris infuderit.* Hic sequitur editionem Crispini; quæ post τοσον habet distinctionem. Sed videtur esse loquendi genus ελλειπτικον. Plenum esset, si dixisset, Αταρ εφατο ὁτι εκεινος τοσον Ερωτος ακρατω αιεν επεχειτο. Verba sonant, *Sed dixit, quod ille* [Daphnis] *semper tantum amoris meri* [in poculum] *infundebat.* Quod figurate dicitur αυτι τε, *Semper multum vini meracioris in poculum infundebat, suos amores commemorans, et ipsis propinabat, ac vinum meracius in eorum gratiam exhauriebat.* Amantes enim, inter bibendum, ejus, quem amabant, mentionem faciebant; et vini meracioris poculum in ejus gratiam, cum honorifica ejus mentione, bibebant. Hæc Vir eruditissimus. Vide Idyll. VII. 69. Et XIV. 17.

Ista mihi videtur esse totius contextus mens et sententia. "Inter alia "multa, narravit eum *amare.* Sed nescire se, utrum fœminam an pue-"rum deperiret. Aiebat etiam, Illum sæpe alicujus nomini vinum suum "consecrare, et post hujusmodi comessationes frequenter domum relin-"quere. Præterea addidit illa, domum ejus universam floribus et corollis "exornari, in gratiam alicujus amasiæ. Hæc Hospita illa de Philino; "nec sane mendax est." Talibus suspicionibus animos sibi facile discruciari patiuntur Amantes miselli, vanissimis interdum levissimisque decepti rumoribus, *et omnia tuta timentes.*

V. 155.

V. 155. Η γαρ μοι. —] Valckenarius, Epist. pag. 48. corrigit, Η γ' αρμοι. Etenim, inquit, δωδεκαταιος, et ista τρις και τετρακις, aliud quid requirunt, quo referantur; ac monstrant, præcessisse *nuper*, *proximis hisce diebus*, νεωστι, &c. Αρμοι, *nuper*, occurrit Idyll. IV. 51. Deinde ex conjectura sua elicit Η ρ' αρμοι, usitata Theocrito formula, supr. v. 6, 114, 123. et Idyll. III. 15, &c. Scil. "*Alias certe terve quaterve proximis diebus ad me venisset, &c.*" Vid. Not. ad v. 144. et IV. 51. et Fragm. Callimach. XLIV. Bentl.

V. 157. — Ποκ' ειδον.] Bene reponit Reiskius ουδε ποτειδον, i. e. προσειδον. *Ne oculis quidem eum vidi.* Habet quidem ποτ', pro ποκ', ut est in omnibus antiquis editionibus, Codex Harleianus. Quatuor etiam Vaticani, ne plures ostendam.

V. 158. Η ρ' ουκ αλλο τι τερπνον εχει.] Heinsius, in locum, mavult η ρ' ουν pro η ρ' ουκ'. Quod ex conjectura tantum reposuit.

V. 159. Νυν μεν, &c. —] Heinsius, in locum, legit επιθυσομαι. Quod prius viderat Meursius.

V. ult. Αστερες ευκηλοιο κατ' αντυγα νυκτος οπαδοι.] Currus et equorum Noctis crebra fit mentio, apud poetas. Proxime tamen ad Nostrum videtur accedere Tibullus, L. 2. 1.

> Ludite, jam Nox jungit equos; currumque SEQUUNTUR
> Matris lascivo Sidera fulva choro.

Plures poetarum locos adduxit T. Stanleius, lumen harum literarum apud Anglos sub primo Carolo renascentium, magnus certe Æschyli sospitator, ad Æschyl. Coeph. v. 658. Pers. v. 428.

IDYLLIUM III.

V. 1. Κωμασδω ποτι ταν Αμαρυλλιδα.] Nobiliſſimum eſt Theocriti poematium Bucolicum, quod COMUS inſcribitur: in cujus ratione quædam adhuc præterfugiſſe videntur doctiores. Duæ ſunt ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΜΟΥ ſpecies, μελοποιΐα, και ορχησις, carmen et tripudium. Authorem utriuſque habemus Theocritum. Heſychius, ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΜΟΣ. μελοποιΐας τινος ειδος, και ορχησεως· αμφοτερα δε αγροικικα και Θεοκριτω γεγραπται. Ad poſteriorem ſpeciem refertur COMUS: ita tamen ut ſine voce non conſtet. Heſychius, ΚΩΜΟΣ. ειδος ορχησεως ποιμενος τινος, και μελη τινος. COMI principium, qui aliquoties poſtea interrumpitur a Caprario, ibi eſt. V. 6.

Ω χαριεσσ' Αμαρυλλι. ——

Quæ omnia cum vehementiſſimo σχηματισμω et geſticulatione, pedumque motu, pronunciantur. At interpretes quid eſſet COMUS ignorarunt: qui facilius veniam impetrare debent, quod primæ vocis vim non aſſecuti ſunt, quæ principium conſtituit ſuaviſſimæ et genuinæ εκθεσεως illius quinque priorum verſuum, in quibus admirabile eſt exemplum καθαροτητος. Ita ut, niſi fallor, in ſcholis ſuis rhetorum magiſtri hoc, tanquam perfectiſſimo canone, cum de hac idea agunt, jam olim uſi ſunt. COMUS abrumpitur cum alibi, tum ibi. V. 37.

Αλλεται) οφθαλμος μευ ὁ δεξιος. ——

Rurſus reſumitur, V. 40.

Ιππομενης όκα δη ταν, &c. —

Rurſus definit poſt V. 51.

Ὁς τοσσον, &c. —

In quibus omnibus reſpirat et interquieſcit Actor. Neceſſe eſt itaque orationem totam, quia repræſentationi conformata eſt, multa habere queis differat a reliquis: quæ ſubtilius poſſemus excutere niſi eſſent alterius inſtituti. Multa dicuntur quæ ipſis legentibus actionem extorquent: ſicut antiqui Menandri fabulas agebant, ut intelligerent; Philemonis legebant. Eſt enim ſermo ſolutus ſæpe, et ſine copulis aliquot pericommata: quæ res actionem juvat, και την υποκρισιν κινει. Veriſſimum eſt autem pronuntiatum eorum, qui hæc diligentius excutiunt: παν το απαθες ανυποκριτον. De hac orationis forma inſpiciat, qui volet, quæ curioſe quidam

dam veterum notarunt, et περιαστεχνιας eorum consulat: in quibus multa tamen inveniat, quæ judicium acuant. SCENA ad Antrum Amaryllidis est. Pecudes suas ACTURUS pastor Tityro commendat: Non secus quam, qui in veteri comœdia ad parabasin se accingunt, instrumenta priora deponunt, aut iis tradunt quos ακολυθυς dicunt, ut in PACE Comici. Heinf. LECT. Theocr. c. vii.

ΚΩΜΑΣΔΕΙΝ fere idem sonat ac κωμον αγειν, Mosch. Idyll. VII. v. 4.

— Ποτὶ ποιμνια ΚΩΜΟΝ αγοντι.

Quod recte vertit Vulcanius,

—— Pastorum CONVIVIA mista CHOREIS
Dum peto. ——

Arctiori sensu Longopetræus, "*Je vais conduire une serenade.*" ΚΩΜΑΣΔΩ, hoc loco significat, "Eo Bucolice tripudians et cantans." Quod ad Κωμος attinet, Significat sensu magis generali, *Convivium*, *Cantum*, *Tripudium*, *Deum Festivitatis*; sæpissime FESTIVITATEM sonat. Epigramma ineditum Meleagri, MSS. Anth. C. Ceph. L. I. car. 154.

—— Φερει δε επι σοι με, Μυϊσκε,
Ἁρπαστον ΚΩΜΟΙΣ ὁ γλυκυδακρυς ερως.
—— *Fert me ad te, Muisce,*
Raptum comessationibus suave lacrymans amor.

Vid. Nonn. Dionysiac. V. 557. XVI. 114. XVII. 45. XLVII. 266. Opp. Hal. I. 510. Anthol. I. 59. 4. Philostrat. Apollon. Tyan. VI. 3. Et Icon. I. pag. 733. 750. 768. edit. Par. Et Suidam, V. Κωμασαι. Vide sis et Athen. VI. 243. XIV. 618. Pind. Nem. III. 8. Ne plures indicem.

Isthoc Idyllium ΚΩΜΟΣ inscribitur in Codicibus apud me pluribus.

Hoc Carmen respexit, ejusdemque transtulit Exordium Virgilius, Ecl. IX. 21.

Vel quæ sublegi tacitus tibi Carmina nuper,
Cum te ad delicias ferres Amaryllida nostras?
"Tityre, dum redeo, brevis est via, pasce capellas;
Et potum pastas age, Tityre; et, inter agendum,
Occursare capro, cornu ferit ille, caveto."

In quibus versiculis, quorum cursus est subinde variatus, inflexus, minimeque μονοτονος, fæliciſſime Virgilius expressit indolem Linguæ Theocriticæ.

V. 5. — Κορυψη.] In scriptis Gellii Codd. etiam in Franequerano, recte legitur κορυξη: necnon in Codd. quibusdam Theocriti, ut monitum fuit in Vanno Critica, pag. 457. Valckenar. Epist. pag. 42. Antiquissimæ tamen editiones habent κορυψη.

V. 6. Ω χαριεσσ' Αμαρυλλι. —] Existimat Causabonus c. v. hoc carmen esse elegantissimum exemplum παρακλαυσιθυρου: quale est etiam Idyll. XXIV.

V. 9. Νυμφα, και προγενεια; απαγξασθαι με ποιησεις.] Perbella apostrophe. Hinc illud Virgilii. Ecl. II. 7.

— Mori me denique coges.

Mirum

Mirum leporem in V. απαγξαῦς vidit Heinſius, quam dixit eſſe δημοτικην et proverbialem. In omnibus Laurentianis non hic occurrit nota interrogationis. Quod fit in aliis nonnullis.

V. 10. Ηνι δε ται δεκα μαλα φερω.—] Virgilius, Ecl. iii. 7.

Quod potui, puero ſylveſtri ex arbore lecta
Aurea mala decem miſi: cras altera mittam.

V. 12.— Αιθε γενοιμαν] Frequentia ſunt apud amatorios poetas ejuſmodi vota. Notiſſimum eſt ea de re Anacreontis odarium. At ne tritis et vulgatis utar exemplis, proferam luculentum epigramma, non hactenus editum, ex Anthologia C. Cephalæ: in quo quidem, tali voto non illepide fungitur amator. Lib. I. Car. 132. Forte Rhiani eſt, antiqui ſatis poetæ.

Ιξῳ Δεξιονικος, ὑπο χλωρῃ πλατανιςῳ,
Κοσσυφον αγρευσας ειλε κατα πτερυγων.
Κ ὡ μεν αποςεναχων απεκωκυεν ἱερος ορνις.
Αλλ᾽ εγω, ω φιλ᾽ Ερως, και θαλεραι Χαριτες,
Ειην και κιχλη και κοσσυφος, ὡς αν εκεινȣ
Εν χερι, και φθογγην και γλυκυ δακρυ βαλω.

Viſco Dexionicus, ſub viridi platano,
Merulam conſectans capiebat alis.
Illa vero, quaſi ingemiſcens, ejulabat devota avis.
Ego autem, O chare Amor, et teneræ Charites,
Utinam fiam ego, vel turdus, vel merula; ut in ejus
Manu, et querelam et dulcem lachrymam profunderem.

V. 13. Ἁ βομβευσα μελισσα, &c.—] Suaviſſimam Caprarii εννοησιν, de apicula, quam prætervolantem antrum Amaryllidos videbat, ita enim ea verba capio, hoc modo conceperim potius, quam ut jam legitur.

——— αιθε γενοιμαν
Ἁ βομβευσα μελισσα, κατ᾽ ες τεον αντρον ἱκοιμαν.

Non autem ΚΑΙ. Semel monuimus, in hoc Idyll. fere omnes periodos eſſe ασυνδετȣς et απολυτȣς, ac copularum rejicere frequentiam, ut vehementius ſit το παθος: quod et hic nos juvat. Libet et credere, το ἁ βομβευσα μελισσα, μιμητικως expreſſum fuiſſe a Paſtore; qui ibidem Apiculam forte fortuna prætervolantem notabat, dum in Como ſuo eſſet. Heinſ. Lect. Theocr. c. 7.

Non prætereundum puto, quod in Florentina, eaque ſola, reperiatur αμβομβευσα. Quaſi eſſet ab αναβομβευω, Verbum, ut eleganter obſervat Reiſkius, Poeta Siculo non indignum.

Palmerius, Exercitat. pag. 796. ut ſup. ſuſpicatur ſenſum ſubeſſe αιπολικον et obſcœnum in V. αντρον, κισσον, διαδυς, et πτερυγιν. Verum, quam iniqua eſt hominum argutia, qui, cum ſenſus literalis et facilis eſt et pulcherrimus, non modo novum et arceſſitum, ſed et impudicum, ſtudioſe nimis extundunt. Jam ſi ſenſu tantum perſtemus obvio, quid hoc voto elegantius,

elegantius, quid amatori paſtorali convenientius, quid rebus præſentibus accommodatius?

Porro ἁ βομβεῦσα μελισσα obiter monet me, ut epigramma ineditum hic aſcribam, paulo emendatius quam legitur in MSS. Codice Bodleiano. Anthol. MSS. C. Cephalæ, L. I. Carm. 237. ΑΔΗΛΟΝ eſt.

Βυποιητα μελισσα, ποθεν μελι τυμον ιδουσα
Παιδος εφ' ὑαλεην οψιν ὑπερπετασ;
Ου παυσῃ βομβευσα, και ανθολογοισι θελουσα
Ποσσιν εφαψασθαι χρωτος ακηρατατου;
Ερρ' επι σους μελιπαιδας, ὁποι ποτε, δραπετι, σιμβλοις,
Μη σε δακω κηγω κεντρον ερωτος εχων.

Quod ita feſtinanter aliquis interpretetur.

Bove edita, Apicula, quare meum mel aſpiciens,
Pueri in vitream faciem advolitaſti?
Non ceſſabis murmurans, et florilegis volens
Pedibus attingere cutem ejus puriſſimam?
Vade, age, ad tuos melleos pueros, quocunque aliquando, fugitive, mellifices,
Ne te pungam et ego, aculeum amoris habens.

Ibid. — Και ες τεον αντρον ικοιμαν.] Heinſius, c. vii. legit hic κατ' pro και. Vult enim, in hoc Idyllio, periodos fere omnes copularum rejicere frequentiam, ut vehementius ſit το παθος. Ego lego Κ'ΑΝ. *Et, ſi pote.*

V. 15. Νυν εγνων τον Ερωτα, &c.] Virgilius, Ecl. VIII. 43.
Nunc ſcio quid ſit Amor: duris in cotibus illum
Aut Tmaros, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Nec generis noſtri puerum nec ſanguinis edunt.

Conferatur Eubulus apud Athen. L. XIII. pag. 562. Cujus elegantiſſimi fragmenti mentionem præcipue facio, ut moneam in extremo verſiculo legendum,

— Ληρος ΗΝ ΦΗΣΕΙΕ τις.

V. 16. — Εθηλαζε. —] Optime Florentina εθηλαξε.

V. 17. Ὁς με κατασμυχων και ες οστεον αχρις ιαπτει.] V. κατασμυχων eſt *atterens, torquens.* Heſychius, ΣΜΥΧΕΙ, τρυχει, φθειρει. Dioſcorides in Anacreonta. Anthol. C. Cephalæ, a Cl. Reiskio edit. Lib. V. Car. 557.

Σμερδιεω επι Θρακι τακευς και επ' εσχατον οστευν.

O, Smerdiæ Thracis pueri amore ad ultimum os liquefacte!

V. 17. — Ες οστεα αχρις ιαπτει.] Novam lectionem e Codicibus apporto.

— Ες οστεα αχρις ΙΚΑΝΕΙ.

Quæ non eſt omnino contemnenda.

V. 18. ——— Ω κυανοφρυ

Νυμφα. —] Suavissima commendatio pulchritudinis a superciliis. Quæ frequens in Poetis Græcis, apud recentiores rarius occurrit. Patroclus, in Heroicis Philostrati. p. 712. "Ἱκανως ΕΥΟΦΡΥΣ." *Satis pulcher erat* superciliis. Occurrit apud Athen. Deipnos. XIII. c. 7. Πειθω ΑΓΑΝΟΒΛΕΦΑΡΟΣ. *Pitho pulchris* palpebris. Quin et NIGRIS Superciliis multum tribui solebat. Anacreon, de Bathyllo puero, Carm. XXIX. 10.

Απαλον δε και δροσωδες
Στεφετω μετωπον οφρυς
ΚΥΑΝΩΤΕΡΗ δρακοντος.

Teneram et roscidam
Coronet frontem Supercilium
Nigricantius *dracone.*

Philostratus Icon. Lib. II. p. 795. "Αἱ οφρυες ὑπο λευκῳ τῳ μετωπῳ ΜΕΛΑΙΝΑΙ." *Supercilia, sub candida fronte,* nigra. Ita Jovi suo dat Homerus *nigra* supercilia, Il. I. 528. Hinc et Achilles Tatius Leucippem laudat, Lib. I. "Κομη ξανθη, το ξανθον, ουλον. Οφρυς ΜΕΛΑΙΝΑ." *Coma flava, flavum vero illud crispum. Supercilium* nigrum. Vid. etiam Aristenæt. Epist. Lib. II. Epist. 21. Præterea, quibus supercilia minus essent nigra, ea moris erat apud veteres fuligine quadam, sive nigro fuco, tingere. Vide quæ diximus ad V. ΣΥΝΟΦΡΥΣ, Idyll. VIII. 72.

V. 19. Νυμφα, &c.] Totum carmen est amatoris despecti, vehementi cum affectu decantatum a comaste ante antrum Amaryllidis, ejus rei gratia, ut si pote, superbientis dominæ fastidia minueret, eamque ad amorem sic flecteret. Nunc vide quæso, potuerinte a Theocrito poni Verss. 19, 20.

Νυμφα, προσπτυξαι με τον αιπολον, ὡς τυ φιλασω.
Εστι και εν κενεοισι φιλαμασιν ἁδεα τερψις.

Sequitur illico,

Τον στεφανον τιλαι με κατ' αυτικα λεπτα ποιησεις.

Qui legitur in Idyll. VIII. Versus 77, est in Idyll. IX. 7. et hinc fuit in alterum locum translatus. Idem judico de v. 20. Idyll. III.

Εστι γαρ εν κενεοισι φιλαμασιν ἁδεα τερψις.

Is ex Idyll. XXVII. repetitus, et in nostro, mea certe sententia, fuit depositus in olcum Theocritei, qui legi non potuerit. Sed nec priora huic sedi congruunt. Stabat comastes ante fores Amaryllidis; videre tamen dominam desiderabat, v. 37.

Αλλεται οφθαλμος μευ ὁ δεξιος· αρα γ' ιδησω
Αυταν; ———

Si dixisset nostro in loco: Νυμφα, προσπτυξαι με, non utique se αιπολον nuncupasset, quasi vero isthac appellatione formosæ se redderet Amaryllidi, caprarii et nomen et fœtorem fastidienti, commendabilem. Ubi præcesserat

ceſſerat προσπτυξαι με, ſequi non poterat ὡς το φιλασω. Mitto reliqua: tandem *deſpiciendi* notio noſtro loco tantum convenit. Hæ rationes effecerunt, ut credam, et hoc minus dubitanter, intermedia quædam Theocriti deeſſe; verbum autem vulgatum ſic emendari debere.

> Νυμφα, ΠΡΟΣΘΥΣΔΕΣ με τον αιπολον. [v. 7, 8, 9.] η ῥα γε μισεις; [me *caprarium* deſpicis?]
> Η ῥα γε τοι σιμος καταφαινομαι εγγυθεν ημεν,
> Νυμφα, και προγενειος; απαγξασθαι με ποιησεις.
> Τον στεφανον, &c. [ut olim.]

Illud προσφθυσδες pro vulgari προσπτυεις poni potuit, more Theocr. qui Idyll. II. 62. ſcripſit επιφθυσδοισα, et Idyll. VII. 127. Euſtathius ad Homer. Odyſſ. α. 9. "Το παρα Θεοκριτῳ ΕΠΙΦΘΥΖΕΙΝ αντι του επιπτυειν γοητευτικως." Valckenar. Epiſt. pag. 27, 28.

V. 20. Εστι γαρ εν κενεοισι φιλαμασιν, &c.] Admonuit hic obiter me V. κενεοισι, ut verſiculum Apollonii Rhodii corrigerem, qui hodie mendoſe legi videtur. Argon. I. 285. Alcimeda, mater Jaſonis, ſe deſertam futuram queritur a filio jam navigaturo.

> Δμωϊς ὁπως κεν ἑοισι λελειψομαι εν μεγαροισιν.

Quod ita vertit Hoelſlinus.

> *Inſtar ſervulæ* MEIS in *ædibus relinquor.*

Unde quis ſuſpicetur Hoelſlinum legiſſe ἐμοισι, quod tamen nulli præ ſe ferunt libri. Concedimus interea ἑοισι poetam potuiſſe pro ἐμοισι rite ſcripſiſſe. Quid vero, ſi nulla literarum mutatione vel additione facta, conjunctis tantum quæ male divulſæ diſceſſerant literulis, pro κεν ἑοισι, legamus ΚΕΝΕΟΙΣΙ, *vacuis, deſertis?*

> Δμωϊς ὁπως ΚΕΝΕΟΙΣΙ λελειψομαι εν μεγαροισιν.
> *Inſtar Servulæ* VACUIS in *ædibus ero deſerta.*

Interpretatus eſt Hartungus juxta vulgatam lectionem, ſatis imperite,

> *Serva tanquam* SUIS in *ædibus ero deſerta.*

Senſu etiam nullo, ſive abſurdo.

V. 21. Τον στεφανον τιλαι με καταυτικα λεπτα ποιησεις.] Heinſius, c. vi. vult, αυτικα ποιησεις τον στεφανον με τιλαι ΚΑΤΑ λεπτα. Ita legeret κατ᾽ αυτικα. Cæterum ante V. λεπτα, facile κατα, vel εις, ſubintelligi poſſit. Ut ſileam, ab Æmilio Porto καταυτικα vocibus Theocriteis accenſeri; cum ſimpliciter αυτικα fere cæteros apud ſcriptores occurrat. Reiskius refert κατα ad τιλαι.

V. 23. — καλυκεσσι. —] Forte *roſis*, non folliculis. Sic Strato in epigrammate inedito: quod cum luculentum valde fuerit, adhibebo totum, ex Anth. MSS. C. Ceph. Lib. I. Carm. 7.

> Ειδον εγω τινα παιδα επανθοπλοκουντα κορυμβους,
> Αντιπαρερχομενος τα στεφανοπλοκια.
> Ουδ᾽ ατρωτα παρηλθον· επιστας δ᾽ ἡσυχος αυτῳ
> Φημι, ποσου πωλεις τον σον εμοι στεφανον;

Μαλλον

Μαλλον των ΚΑΛΥΚΩΝ ΕΡΥΘΑΙΝΕΤΟ, και κατακυψας
 Φησι, μακραν χωρει, μη σε πατηρ εσιδη·
Ωνυμαι προφασει ςεφανυς, και οικαδ' απελθων
 Εςεφανωσα θευς κεινον επευξαμενος.

Vidi puerum quendam floribus plexentem ramos,
 Ex adverſo prætereuns corollas.
Non improviſus præterii, aſtans autem clam illi
 Dixi, quo mihi vendes coronam?
Magis ipſis roſis [*vel* floribus] *erubeſcebat, et declinans caput*
 Dixit, perge longius, ne pater te videat.
Emi ex prætextu coronas, et domum redeuns
 Deos coronabam, hunc e diis apprecatus.

Necnon apud Αδηλον, ined. ibid. MSS. Carm. 45.

— ὡς επ' ακανθαις
 Ευρησεις ροδεαν φυομεναν Καλυκα.
 — *Ut in ſpinis*
Invenies roſeam natam calycem.

Vulgata paſſim ſuppetunt. Sed vid. Miſc. Obſ. IV. 369.

V. 24. Ω μοι εγω, τι παθω; τι ὁ δυσσοος;] Primus ita diſtinxit Heinſius, ut inquit ipſe, c. vi. Hanc tamen interpunctionem proponit Stephanus: cum quo, nollem notam interrogationis poſt V. υπακουεις. In qua voce pulcherrime mutatur affectus loquentis.

V. 25. — Εις κυματα τηνα αλευμαι,
Ὡπερ τως θυννως σκοπιαζεται Ολπις ὁ γριπευς.] Thynnorum piſcatores olim in altas rupes, mari imminentes, ſoliti ſpeculas collocare, ut inde Thynnos obſervarent; ſicut author eſt Strabo, qui Θυννοσκοπεια vocat. Caſaub. Lect. Theocr. c. v.

Hanc etiam fuiſſe rationem Thynnos explorandi, commode tradit Oppianus, Halieut. III. 637.

Ενθ' ητοι πρωτον μεν επ' ορθιον υψικολωνον
Ιδρις επεμβαινει ΘΥΝΝΟΣΚΟΠΟΣ, ὁςε κιοντας
Παντοιας αγελας τεκμαιρεται, αἱτε και ὁσσαι.
Πιφαυσκει δ' ετειροισι· τα δ' αυτικα δικτυα παντα,
Ὡστε πολις, προβεβηκεν εν οιδμασι. ———

Ibi primum quidem ſuper arduum et excelſum collem
Catus aſcendit Thynnorum ſpeculator, *quo venientes*
Omnigenos greges obſervat, quales et quanti.
Nuntiatque ſociis. Mox vero retia cuncta,
Tanquam urbs, procedunt in fluctus. ———

Ab

Ab eodem quoque difcimus, crebram copiofamque fuiffe apud Siculos thynnorum capturam. Ibid. 627. Vide et Philoftrat. Icon. I. p. 751. Thynnorum cibus in pretio habitus, ut conftat ex Epicharmo, Siculo poeta, apud Athenæum, Lib. I. 282. 328. Caf.

Ειτα δ' εϛιν εκ θαλασσης ΘΥΝΝΟΣ ΟΥ ΚΑΚΟΝ ΒΡΩΜΑ.

Deinde Thynnus *e mari* cibus eft non malus.

Sic et Aul. Gell. X. 20. Porro, pro τηνα, Cafaubonus vult τηθεν, Doricum, a τηνος, ut κειθεν a κεινος. Paulo etiam antea v. 10. dixerat τηνωθε, pro eodem. Huic etiam conjecturæ Scripta fcholia favere videntur. Hinc natum illud Virgilianum, Ecl. VIII. 59.

Præceps aerii fpecula de montis in undas
Deferar. ——

Quanto pulchrius Siculus nofter, qui locos, et mores, REALES imitatus eft!

V. 29. — Πολεμαξατο το πλαταγημα.] Teftatur interpres Græcus nonnullos etiam legiffe πολιμαξαμενον πλαταγησεν. Quod edidit Aldus; habentque, fi memini, Codices. Hanc lectionem, nec immerito quidem, probat Cæl. Rhodiginus, Lect. Antiq. L. XIX. c. 4. pag. 1056. Vide fis Jul. Pollucem, Lib. IX. pag. 498. Hefychium, ΤΗΛΕΦΙΛΟΝ. Suidam, ΠΛΑΤΑΓΩΝΙΟΝ, et ΠΛΑΤΥΓΙΖΕΙΝ. Apud quos, ne alios indicem, multa tradi reperies, quæ maximam lucem huic loco afferunt.

V. 31. — Αγροιω. —] Crederem, quantumvis vulgatam lectionem videntur agnoviffe Scholiaftæ, Theocritum fcripfiffe ἁ γραια. Anus MANTIΔΑΣ fuiffe, paffim teftantur auctores antiqui; fpeciatim nofter, Idyll. VIII. 126. VI. 40. Ubi deprehenditur ἁ ΓΡΑΙΑ κοτυτλαρις, eodem fere fenfu quo, hic loci, ἁ γραια, fi fas fit ita fcribere, κοσκινομαντις. Habemus tamen apud Athenæum, καυλιδα ΑΓΡΟΙΩΤΙΝ. IX. 371. Unde corrigat quis, pro αγροιω τ' αλαθεα, ΑΓΡΟΙΩΤΙΣ αλαθεα, &c. *Ruftica quædam*, &c. Vide Philoftrat. Apoll. Tyan. Lib. VI. c. 11. Ubi κοσκινομαντις explicatur.

V. 32. — Πραν ποιολογευσα παραιβατις. —] Scribendum vult Heinfius καταιβατις, *venefica*. Sed ut taceam, libros omnes editos, necnon Laurentianos tres, nobifcum legere, liquido conftat Euftathium, apud Iliad. III. legiffe παραιβατις: quod interpretatur idem, μισθωτρια, *mercede conducta*. Si vocabuli vim fpectes, proprie, inquit Æmilius Portus in Lexico Dorico, fignificat mulierem *prætereuntem*, quæ fuam operam primo, qui ea indiguerit, certa *mercede* locare quærit. Poffit quidem, fenfu magis generali, verti, *adjutrix*, *affiftens*. Vox eft præterea Dorica. Vult Cl. Reiskius παρα βατοις, [five βατις Dor. dat. plur.] *Quæ*, apud rubos, *herbas legit*. Siquid mutandum, legerem

Ἁ πραν ποιολογευσα ΠΑΡΑΙ ΒΑΤΟΝ. ——
Herbas legens juxta viam. ——

N Vel

Vel forte παρα ΠΑΤΟΝ. *Near the High way*. Hesychius, ΠΑΤΟΣ. ἡ πεπατημενη και λεωφορος ὁδος. *Via frequens*. Habemus quidem illud παρα βατον, apud Oppian. Cyneget. L. I. 483. Ubi male hodie conjunctim legitur παραιβατον, nec attulit medelam Conradus Rittershusius conjiciendo παραιβαδον. Occurrit quidem apud Apollonium Rhodium Παραιβατις, sed sensu longe diverso, Lib. I. 754. Ποιολογευσα est, ut Latini vertunt interpretes, *spicas legens*; vel potius, *segetes purgans*. Palmerius vertit, *Sarritrix*, Gall. un *Sarcleuse*. Parum recte. Intellige, *Herbas legens medicamentosas*.

V. 35. Ταν με και ἁ Μερμνωνος Ερι θακις, &c.] Mallem δε pro με. Εριθακις vel est nomen proprium; vel, qualis παραιβατις illa, *operaria, mercede conducta*, &c. Consulatur Constantini Lexicon, V. ΕΡΙΘΟΣ, *Ancilla*. Necnon Scotti Appendix ad Thesaurum H. Stephani. Refer huc Virgil. Ecl. II. 40.

V. 37. Αλλεται οφθαλμος μοι ὁ δεξιος.—] Veterum superstitio. De qua pluribus Casaubonus, c. v. Cujusmodi sunt et apud nos hodie nonnulla, vulgo notissima. Vide Græcos interpretes.

V. 39. Και κε μ' ιτως.—] Melius forte corrigas,

ΑΙΚ' ΕΜ' ισως.——

Ibid. — Επει εκ αδαμαντινα εντι.] Quanquam prius dixerat illam παν λιθον, v. 18. Ita invicem submutari solet amantibus animus, et oratio. Similis fere est apud Tibullum apostrophe. El. I. 1. 77.

> Flebis: — non tua sunt duro præcordia ferro
> Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.

V. 40. Ἱππομενες, &c.] De fabulis antiquis, quarum multæ hic in exempla adhibentur, perlegenda sunt scholia.

V. 41. Μηλ'.—] Vult *oves* hic Reiskius, non *Poma*. Exempla, enim, inquit, de *Pastoribus* afferuntur.

V. 64. Ταν δε καλαν, &c.] Hujus loci novum plane sensum, cum fortasse verior sit interpretis, excogitavit Heinsius, c. xxvii. Tangit, inquit, poeta τα Αδωνια, in quibus quotannis mortuum puerum amplectebantur, και προσεστερνιζετο lacrymans Venus. Ut in Adoniazusis est, et Epitaphio Adonidis.

V. 46. — Ὡδωνις.—] Similiter, Idyll. XX. 35.

> Ουκ' εγνω δ' ὁτι Κυπρις, &c.

V. 48. — Ὡστ' ουδε φθιμενον.] Harleianus, Ὡς τουδ' εφθιμενον.

V. 52. Αλγεω την κεφαλαν· τινδ' ου μελει· ουκετ αειδω,
Κεισευμαι δε πεσων· και τοι λυκοι ὠδε μ' εδοντι.] Præclara desperationis extremæ vox. Tum mira vis in abruptis sententiis, et periodorum crebritate.

V. 53. Κεισεῦμαι δὲ πεσών. —] Oratio proverbialis, Graiis ufitatiffima, cum jam fpes omnis exciderat. Quod probat Heinfius ex Ariftophane, c. viii. Jam vero, quod adjicit criticus plufquam Lynceus, folere nempe hac uti formula amatores qui παρακλαυσίθυρον carmen, cujus hoc Idyllium eft exemplar, ad amicæ fores abfolverant, haud ita liquido patet. Crebra tamen proverbia, quorum magna venuftas et frequentia fuit apud Sophronis Mimos, feftive valde poematiis fuis adfperfiffe Theocritum, cum magno viro lubens fatebor.

IDYLLIUM IV.

EX hoc, et Idylliis quinto et octavo, Eclogam ſuam tertiam plerumque concinnavit Virgilius.

Quartum quiddam ruſtica ſimplicitas amat, et ſequitur, altercationem, jurgia, contumelias, quæ et plurimæ inter paſtores torquentur et graviſſimæ. Quid aliud expectes a bubulcis, et caprariis; aut quid magis decet mores duros et agreſtes, qui nullo metu ingenuo et liberali, nulla decori honeſtique reverentia, teneantur? Vavaſſor de Ludicr. Dict. pag. 112. edit. ut ſupra.

Hujus Idyllii characteres *Mercenarii* ſunt, infimum paſtorum genus, quibus utique familiare fuit et proprium dicteria ſpargere.

V. 1. Ειπε μοι, &c.] Virgilius, Ecl. III. 1.

Dic mihi, Damæta, cujum pecus! An Melibæi?
Non: verum Ægonis; nuper mihi tradidit Ægon.

V. 2. — Αυτας. —] Reiskius ex ingenio reſcripſit αυτος. Reclamante forte Scholiaſte.

V. 3. — Πασας αμελγες.] Erat peculiare apud antiquos furti genus paſtoribus mercenariis uſitatiſſimum, qui abſente domino gregem emulgebant. Quod hominum genus αμολγες dicebant. — Ab his furunculis vetus comœdia μολγες et αμολγες eos dicebat, qui urbibus et rebuſpublicis, quarum curam ſuſceperant, peculium emulgebant. — Tam honorifica igitur ſalutatione Corydonem invadit Battus, qui Ægonis armenta paſcebat, tantiſper dum ille præpoſtero ſtudio ductus, Milonis perſuaſu, Olympicis certaminibus operam dabat. Cujus hominis ineptam περιεργειαν urbano dicterio tangit idem Battus, cum quærit, Καὶ ποκα τηνος, &c. Heinſ. LECT. Theocr. c. viii.

Hinc utique Virgilius, Ecl. III. 3.

Hic alienus oves cuſtos bis mulget in hora.

V. 7. — Ελαιον εν οφθαλμοισιν οπωπῃ.] Interpretarer hic ελαιον, *oleum:* ſalvo quidem Heinſii acumine, qui vult eſſe *Palæſtram*; notatque præterea, quicquid hic abundat, phraſin ſcilicet εν οφθαλμοισι, efficere orationis formam puram et ſimplicem, c. viii. Utcunque ea ſe res habeat, adnotandum velim, in compluribus etiam linguis hoc obtinere idioma, quod et εμφατικως adhiberi ſolet. Ita fit acrius et acerbius convitium: "Quando

Tu

Tu unquam vidisti *Oculis* OLEUM?" Sc. *Quod duntaxat esset quiddam pertinens ad Palæstram. Aliquid quasi* ΕΞΩΘΕΝ. Lepidus Athenæi festivissimi locus huc commode referri possit. Mirabantur Athenienses novum civem, Athenionem, in purpureis stragulis, sella pedibus argenteis subnixa, Athenas deportari. "Ὁ μηδεποτε, επι τȣ τριϐωνος, ΕΩΡΑΚΩΣ ΠΟΡΦΥΡΑΝ προτερον."— "*Qui prius, pannoso tritoque pallio vestitus*, purpuram ne unquam vidisset." L. V. p. 212. Scholiastæ, qui mavult *Oleastrum*, duriusculus, aut nullus, est sensus.

Ibid. — οπωπᾳ.] Legit οπωπη, Dorice, Casaubonus, c. vi. Quod quidem agnoscunt editiones antiquiores. Stephanus habet nostram lectionem, præeunte Calliergo.

V. 8. — Καρπος.] Calliergus legit κάλλος. Ita quoque legerat unus e magistris Græcis; quod et dat Stephani margo.

V. 10. Κωχετ' εχων σκαπανηντε και εικατι τȣτοθε μηλα.] Quorsum viginti Oves, et Ligonem, secum Ægon in Elidem deduxisset pastor, paucis dicendum est ex Casaubono, c. vi. Qui Olympiacæ coronæ cupiditate ducti in Pisatidem veniebant, ii ante legitimum certamen, quod erat dierum quinque, triginta dies a ludorum magistris exercebantur. Cum tanta ergo in Elide mora esset facienda, proinde oves viginti secum deducit Ægon, ut illorum carnibus toto illo tempore aleretur. Quod ad ligonem pertinet: Fuit et hujus usus inter præludia quibus athletæ præparabantur ad cætera certamina; eratque inter ipsos contentio, quis socium suum in pulvere palæstrico *ruendo* præverteret, quod παρορύττειν Græci dicunt. Ideo ligonem, vel *Rutrum*, domo aufert Ægon, hoc ipso athletam se profitens. Placuit hic nonnullis, μηλα esse *Poma*; σκαπανην, *Mulctram*. Sed utrasque sententias levi opera possis e scholiis Græcis refutare.

Ibid. — Τȣτοθε.] Calliergus, et exinde Stephanus in margine, ȣτοθι. Ibidem dedit Harleianus εικαθι.

V. 11. Μιλων. —] Docte probat Casaubonus, c. vi. per Milonem hunc nostrum, non designari nobilem illum, celeberrimi nominis, athletam Crotoniatam; sed alium aliquem Milonem, poetæ nostro æqualem, et forte non prorsus incelebrem.

V. 12. Ται δαμαλαι, &c.] Virgilius, Ecl. III. 4.

Infelix, O semper oves, pecus, &c.

Compares etiam nostrum, v. 15. 20. cum Virgilio, ibid. 102. 100.

V. 17. — Επ' Αισαροιο. —] De præpositione hac cum casu genitivo, vide Cl. J. Alberti ad Evang. Joann. IV. 6. Obs. Miscell. Necnon Miscell. Obs. Crit. Tom. IV. pag. 2. Et Tryphiodorum, v. 142.

V. 20. — Ειθε, &c.] Hermippus similiter apud Athenæum votum facit, ut οἱ πενομενοι Baccho immolent tauros, vel Leotrephide et Thaumantide exiliores. XII. 551.

V. 22. — Κακοχρασμων γαρ ὁ δαμος.] Nonnulli magistrorum Græcorum legerant ταυρος. Minus eleganter et recte. Harleii Codex affert Κακοφρασμων.

μων. Quod notandum eſt. Nullam non occaſionem captat Theocritus Athenienſium mores vellicandi. Quod Siculis ſolenne fuiſſe puto. Tenuis Athenienſium victus, et cultus ſordidus, mire Siculis diſplicebat. Hinc macilentus quidam et diſcalceatus philoſophus inducitur, qui ſe nempe *Athenienſem* prædicabat. Idyll. XIV. 6. Contra, vapulabant ab Athenienſibus Siculi, quod libidinoſum genus hominum, deliciiſque deditum. Conſtabat multiplici civitatum cœtu Græcia vetus; inter quas, ut fit, magnæ frequenteſque ſimultates exardeſcere ſolebant.

V. 23. Και μαν ες ϛομαλιμνον ελαυνεται. —] Aldus, Calliergus, cæterique vetuſtiores, et poſt illos Stephanus, ediderant το Μαλιμνον. Repoſuit Caſaubonus, c. vi. ϛομαλιμνον, ex Euſtathii commentario ad Odyſſ. L. X. pag. 1649. 57. Probante etiam Voſſio ad Catull. 247. Miror autem virum diligentem non vidiſſe eam eſſe lectionem Scholiaſtarum Græcorum; qui fere nullam præterea videntur ob oculos habuiſſe. Eandem non improbat Heinſius, c. viii. Mavult tamen interea Στομαλιμνον, quod habet pro nomine proprio; atque ita dein cenſet interpretis emendanda eſſe verba. "Κατα το εν Τροια δε ΣΤΟΜΑΛΙΜΝΟΝ πιθανως και τυτο ονομαϛαι." Putat nimirum quoddam oppidum apud Crotoniatas deſignari, a Trojanis cognominatum; quorum, juxta Strabonem, frequentes hos tractus occupaverant coloniæ, locoſque ſuo nomine dixerant. Stephanus habet in margine Λατυμνον. Quæ gloſſa dimanaſſe videtur ex ejuſdem vocis uſu, ſupra, v. 19. Optimus Codex Laurentianus adfert ϛομαλιμνον. In Vaticanis habemus το μαλιμνον, et το μαλυμνον. Codex C. Ottoboni το μαλιμνον. Intelligit Caſaubonus, locum prope mare, qui ipſum mare ſuo oſtio ingrediatur. Itaque corrigit in ſcholiis, Την εν τροια δε ϛομαλιμνην φασιν. Comment. ad Strabon. pag. 86. ad pag. clxxxiv. edit. Pariſ.

V. 26. Βασδυλαι δε βοες, &c.] Aliam ob cauſam ſe gregibus ſuis ſubduxiſſe Paſtorem, finxit Virgilius, Ecl. III. 3.

Infelix O, ſemper oves pecus! Ille Neæram
Dum fovet, &c.

V. 28. — Επαξω.] Aldus et Calliergus habent επαξα. Rectiſſime. Ita volunt Dores; ω ſcilicet in α mutare apud ſecundam perſonam aoriſti 1. medii. Et alibi. Vide Not. ad Idyll. V. 6. Schottus affert επαξας. Obſ. II. 46. Harleianus dat Codex επειξω. Optimus. Laurentii επαξα.

V. 32. Αινεω τον τε Κροτωνα. —] Percelebris urbs apud Siculos Croton fuit; amplitudine, nitore, civium multitudine, inter primas ſuſpicienda. Mira etiam cœli temperie feliciſſima. Quinetiam propter ſtudium athleticum magnopere inclaruit; crebraſque victorias, quas ejus incolæ paſſim Olympicis reportaviſſe traduntur. Schola etiam floruit, quam Pythagoras inſtituerat, optimiſque artium liberalium diſciplinis inſtruxerat. Hinc abunde materies carminis. Αινεω vox eſt hymnologica.

Ibid. — Ἁ Ζακυνθος.] Forte ατε. Quod habet Codex Vaticanus.

V. 34.

V. 34. Αιγων εγδωκοντα μονος κα̉τεδαισατο μασδας.] De Gulis Athletarum multa miracula referunt antiqui scriptores. Hinc Ægon dicitur, supr. v. 10. viginti oves, quo melius sibi robur atque animos sustinere posset, ad Elidis certamina secum tulisse. Milo etiam dicitur, apud Athenæum, taurum quadrimum, a se prius gestatum, comedisse. Necnon viginti carnis libras, totidemque panes, tresque vini congios, absumpsisse. Edit. Cas. X. 412. Ita et Hercules puerulus, hisce ludis instituendus, appositas sibi in prandio quotidie carnes assatas habuisse memoratur, grandemque panem Doricum, qualis fossori conveniret. Idyll. XXIV. 135. Ubi vide notas. Narrat et Philostratus, Herculem bovem totum comedisse, ita ut ne ossa quidem reliquerit. Icon. II. pag. 819. D. Novi doctum virum, cui, non inscite profecto conjicienti, videbantur hæc supposititia.

— ἁ Ζακυνθος

Και το ποτιῳον το Λακινιον. ——

Ita nempe legendum et connectendum.

Αινεω ταν τε Κροτωνα· καλη πολις· ἁπερ ὁ πυκτας.

Apud Crotonem videlicet hoc facinus edidisse Ægonem. Quod sequitur, de altero illo portento, tauro ab Ægone ungula prehenso, luculenter habes a Græcis interpretibus expositum. Idem etiam narratur de Titormo quodam, cum Milone certamen ineunte. Ælian. Var. Hist. L. xii. 22.

Porro cantilenarum principia fuisse "Αινεω ταν τε κροτωνα," et, "Καλα πολις," quæ in omnium ore tunc erant, qualia crebro Virgilius adhibet in eclogis, alibique etiam noster, nonnulli credidere. Vid. Not. Idyll. XIV. 30.

V. 49. — Το λαγωβολον. —] De significatione et etymologia hujusce vocabuli, more suo, Spanhemius erudite cumulateque disseruit ad Callimach. Hymn. in Dian. v. 2. Vol. II. pag. 122. Occurrit vox, Idyll. VII. 128. Et Epig. II. 3.

V. 52. Αρμοι. —] Si sequimur Scholiastem, male scribitur ἁρμοι pro αρμοι. Statuitur enim ab illo hæc differentia: sed eam Eustathius non admittit, qui Syracusano more δασυνεσθαι hanc vocem annotans, exponit ΑΡΤΙΩΣ. Æschyli quoque scholia ἁρμοι explicant ΝΕΩΣΤΙ. Cum hac adjectione. Απο μεταφορας των ἉΡΜΑΤΩΝ των συντιθεμενων και ἉΡΜΟΖΟΜΕΝΩΝ ΝΕΟΝ. Casaub. LECT. Theocr. c. vi.

Plura legas in hoc vocabulum disputata apud Etymologicum Magnum. Consule quoque Cl. Valckenarii Epistol. supr. citat. pag. 49. Qui grammaticorum, nec minus Casauboni nostri, sententiam docte confirmat. Benedictini duo, necnon tres Laurentiani, dant ἁρμοι. Multi etiam Vaticani.

V. 56. — Αναλαιπες —] Mavult αναιλιπος, Cl. Valckenarius, ubi supr. pag. 42. Non minus Dorice. Reperitur enim ανηλιπος apud veteres editiones; et Dores η nonnunquam αι pronuntiabant. Legit ανηλιπος Cod. Harl. Præterea Scholiasten consulas, et Æmilii Porti Lexicon Doricum; ne

ne grammaticorum ratiunculas hic apponamus. Vide Ritterſhuſium ad Oppian. Cyneg. I. 101.

V. 58. Ειπ' αγε μοι Κορυδων.—] Moneo ut reſcribatur e tribus Vaticanis,

Ειπ' αγε, Μ' Ω Κορυδων.——

V. 59. — Ποτ' Εκνιαθη.] Harleianus, ποκε κνιαθη. Forte legendum ποκ'. Vid. ad Idyll. V. 122.

V. 60. —Πραν γε μεν αυτος επενθων.] Claudicare videtur verſiculus: ideoque conjecit Heinſius legendum πρωαν, c. viii. Sic, inquit, Idyll. V. 4.

Ταν μεν ταν συριγγα ΠΡΩΑΝ κλεψαντα Κοματαν.

Sed fallitur Heinſius; utcunque eam conjecturam confirmet editio Florentina. Verſiculus certe ſuis numeris conſtat. Ultima enim in δειλαιε rite producitur, ob duas conſonantes quibus ſequens vox inchoatur.

V. 61. Και ποτι ταν μανδραν.—] Vel *Cubile*, vel *Stabulum*, vel *Speluncam*, poſſis intelligere. Μακτραν legit Calliergus. In Græcis ſcholiis eadem lectio notatur; et, ni fallor, ab eodem Calliergo, chartas vetuſtas interpolante. Βακτραν habet in margine Stephanus, quod forte petiit ab eodem ſcholio Calliergiano.

V. 62. Ευγ' ωνθρωπε φιλοιφα.—] Scomma videtur eſſe proverbiale, prorſuſque vulgare. Sicut illud apud Athenæum. Αεισαι χωλος οιφας. XIII. 568. Vide et Macrob. Saturn. I. c. 8. De Satyrorum nequitia.

IDYLLIUM V.

INTER alia ſcriptorum genera, quibus antiqui Bucolici ſcriptores uſi ſunt, quorum character nihil aliud eſt quam κοινισμος quidam, ut ita loquamur, et commiſtio omnium characterum, ſive τον δραματικον dicas, ſive τον εξηγητικον, ſive τον μικτον, quibus ſinguli poetæ utuntur; eſt unum quod merito δραματικωτερον reliquis omnibus vocatur: quæ vox tamen nondum præcipuum quod in his erat exprimit, τὴν κακολογιαν nimirum, et dicteria: quæ, ſi non longe ab amaritudine aberant, βουκουλαι ab hoc ſcribendi genere dicebantur. Veræ ΒΟΥΚΟΛΙΑΣ exemplum, in quinto Theocriti, in Virgilii tertio, habemus: qui, ut hoc ipſum indicet, ita eclogam illam concludit.

Non noſtrum inter vos tantas componere LITES.

Ubi vox *Lites* ſatis indicat την δραματικην κακολογιαν, quam toto Idyllio expreſſerat. Sicut mos illius eſt, verecunde ejuſmodi indicare. Heſychius, ΒΟΥΚΟΛΙΑ, κακολογια. Ut merito, non propter το δραματικον et μιμητικον, quod hic plenius eſt, ſed ſcommaticam acerbitatem, quæ vehementiſſima, perfectam Βουκολιαν hic habeamus. Ita ut hoc Idyllium, verius quam alia aliquot, et, ut grammatici loquuntur, κατα τι εξαιρετον, ΒΟΥΚΟΛΙΑ inſcriptum ſit. Heinſ. LECT. Theocr. c. ix.

Illuſtre Bucolicæ κακολογιας exemplar, hoc Idyllium vocat Vavaſſor. De Ludicr. Dict. pag. 113. edit. ut ſupr.

V. 1. — Συβαριταν.] Nomen heri Laconis. Confer v. 5. 72, 73, 74. inf. Legas in Argumento, "Συβαριτα του Θουριου," non, uti vulgo, Θουριου Συβαριτα. Nempe innuitur Sybarites quidam natione Thurius, non autem quidam nomine Thurius, natione Sybarites. Colloquuntur in hoc Idyllio Comatas et Lacon, greges heriles curantes, in campis fertilibus et amœnis, inter Thurios et Sybarin jacentibus.

V. 2. — Το μεν νακος εχθες εκλεψεν.] Virgilius, Ecl. III. 17.

Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum
Excipere inſidiis, multum latrante Lyciſca?

Vox νακος est ex vulgari dialecto. Hæc est convitiantium nostrorum vena. Apposite, familiaris Græcismi penus, Athenæus Deipnosophista. "Εν Σικυωνι δε προς νακοδεψιν γεγυμνημενον, επει ελοιδορειτο τι αυτω, Κακοδαιμον, ΝΑΚΟΔΑΙΜΟΝ, εφη." "*Sicyone convitianti cuidam qui malus erat coriarius, respondit* κακοδαιμον, ΝΑΚΟΔΑΙΜΟΝ." VIII. p. 352.

Ibid.—Σιττ'.—] Vox adhortantis, et omnino bucolica. Idyll. VIII. 69.

Σιττα, νεμεσθε, νεμεσθε.——

Agite, *pascimini*, *pascimini*.——

Sic. v. 100, infr. et Idyll. IV. 46.

V. 5. Ταν ποιαν συριγγα, &c.] Virgilius, Ecl. III. 25.

Cantando tu illum? Aut unquam tibi fistula cera
Juncta fuit? Non tu, in triviis, indocte, solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

V. 6. Εκπασω.—] Casaubonus, c. vii. vult εκτασω. Sicut in Idyll. IV. 28. επαξα, non επαξω, habent probati Codices.

V. 8. Ταν μοι εδωκε Λυκων, ω' λευθερε.—] Homines interdum servos et mastigias, amaro scommate, ελευθερους vocabant. Ex eo dependet festivitas dicti salsissimi meritricis Gnathænæ apud Athenæum, Lib. XIII. p. 585. edit. Casaub. Quæ cum a duobus amaretur, milite, et servilis conditionis altero; cumque a milite, λακκος, forte fortuna vocaretur: merito id fieri dixit, quandoquidem duos fluvios admitteret qui in idem barathrum præcipitarent, Λυκον και ελευθερον. Hinc Lacon a Comata per ludibrium, ΔΩΛΟΣ, v. 5. appellatus, amariori eum scommate, ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ vocat. Heins. LECT. Theocr. c. xxvii.

V. 10. Ουδε γαρ Ευμαρα.—] Male Scholiastæ Ευμαρα pro *pelle*, non pro nomine proprio, habent. Vide sis enim, v. 73. Nisi forte velis quod sit verborum lusus, salemque quendam scommati suo Lacon admiscuerit.

V. 12.—Και ταυτ' ετακευ.] Virgilius, Ecl. III. 14.

Et cum vidisti puero donata dolebas.

V. 13.—Με τα λοισθια.—] Perperam in Aldina, Florentina, et Venetis, μετα λοισθια. Vitium, post Calliergum, primus adnotavit Stephanus; et bene reposuit, levissima manu disjungendo quæ male coaluerant, με τα.

V. 14. Ου μ' αυτον, &c.] Valckenarius, Epist. supr. citat. pag. 28. mavult, Ου ΜΑΝ ου τον Πανα. Theocriteæ sunt formulæ, ΟΥ δα, IV. 17. et VII. 39. Ου Νυμφαι, IV. 29. Ου τον εμον γλυκυν, VI. 22. Recte, inquies, adjicit vir nasutus; sed qui carmen xxvii. non Theocriteum, elegantissimum tamen, habes in numerato, istius mihi carminis v. 35, excitabis.

Ου' μ' αυτον τον Πανα.——

Suspicor hujus versus memorem quempiam nostrum jam olim corrupisse. Hoc in loco scribere quidem potuisset poeta αυτον τον Πανα. Sed Pana, quem peculiari designabat *litoralis* ΑΚΤΙΟΥ nomine, non sane dixisset in eodem versu αυτον. Præterea triplex requiri videtur negatio; quod et tibi apparebit, Comatæ et Laconis, sibi invicem acerbe respondentium, concer-

tationem

tationem confideranti; ex emendatione mea triplici negatione dicta firmaverat Lacon; ϐ toties repetitum adhibet Comatas, v. 17. 19.

> Ου μαν, ϐ ταυτας τας λιμναδας, ω γαθε, Νυμφας,
> Ου τευ των συεργα λαθων εκλεψε Κομαλας.

Hoc in loco, pro ϐτ' αυτας, posui ϐ ταυτας, ne litera quidem mutata; et hoc in carmine multa, quamvis in tertio plura, pendent ab Actione. Comatam, dum dicebat — Ου ταυτας τας λιμναδας —, digito monstrasse suspicor proximam Nympharum domum, sive sacellum; aut certe,

> Νυμφεων ποιμενικα ξοανα. ——

Quæ Leonidas memorat Tarentinus in epigrammate. Sed *Sacellum*, ne me conjectorem putes vanum, Virgilius respexit, dum tractabat hunc locum, Ecl. III. 9.

> Novimus et qui, te, ——
> Et quo (sed faciles Nymphæ risere) Sacello.

Hactenus vir linguæ Theocriticæ peritissimus.

Ibid. —Τον Πανα τον ακτιον. —] Vide optimi atque eruditissimi viri, amici mei plurimum colendi, Jacobi Merrick, Dissertationem, pag. liii. præfixam Tryphiodori Poemati de TROJÆ EXCIDIO, Anglice verso, Oxon. 1739. Vide etiam sis Anthologiam Reiskianam, in Notis, ad Car. 479. Habetur ακτιτης καλαμευτης. Anthol. L. I. c. xxxix. 7. Necnon αιγιαλιτα Πριηπε. Ibid. VI. iii. 10. Ακταιης Νησιδος. Ibid. Car. 12. Confer Apollon. Rhod. I. 359. II. 691. Et Orph. Argon. 1296. Commode quoque huc referendus, vir eruditionis priscæ, Jac. Nic. Loensis, Miscell. Epiphyll. III. 15. De Diis Litoralibus.

V. 15. — Η κατα τηνας, &c.] Miror novam lectionem esse visam Scholiastis, κατα πετρας αλιευς. Cum certum sit, non aliter locutum esse elegantissimum quemque e veteribus. Casaub. LECT. Theocr. c. vii.

V. 16. — Ἀλοιμαν.] Ολοιμαν lectum fuisse monent scholia. Codices scripti nonnulli legunt ἀλευμαι.

V. 17. — Λαθων. —] Reponit Cl. Reiskius Λακων. Sc. *O Lacon.*

V. 18. Αιτ εμιν ἱλαοι, &c.] Comatas deprecatur insaniam, quam sibi optabat Lacon, si falleret. Apud Virgilium, Damætas, ne nomen Nympharum sibi damno esset, addit statim, SED FACILES. Ecl. III. 9. Theocritus merito eas alibi δεινας vocat: quod harum conspectus plerumque contingeret επι κακω. Unde lymphati, ut apud Festum est, ex harum conspectu dicebantur οἱ ενθϐσιωντες, sicut Νυμφοληπτοι, Græcis. Heins. LECT. Theocr. c. ix.

V. 22. Αλλα γε. —] Repono ex Vaticano quarto, Αλλ' αγε.

Ibid. — Διαεισομαι —] De vi præpositionis δια, bene differit vir eruditus, ad Xenophontis Ephesiaca. Miscell. Obs. I. Tom. III. p. 52. Conferatur et Hesychius in Verbis cum δια compositis. Rationem Græcæ linguæ nemo perspectam penitus habiturus est, nisi qui talibus minutiis interdum vacaverit.

Ibid.

Ibid. — Εϛε κ' ακειπης.] Omnino cum Euſtathio aliiſque ſcribimus, ἑϛε κ' απειπεν. Qua de re ſupra aliquid, ubi ſcribendum diximus, ἑϛε κ' αμελξην, vel — εν, non αμελξης. Heinſ. ibid. Quod et viderat antea Caſaubonus. Dores autem V. ἑϛε, contra morem cæterorum, monente Etymologico, notant aſpirato. Codices Laurentiani et Benedictini uti nos.

V. 24. — Ερειδε.] Male εριϛδε quidam Codices. Stephanus ut nos. Vult Caſaubonus illud ερειδε longe eſſe elegantius, c. vii. Eſt enim, inquit, quod Galli dicerent *mettes la*. Quod Angli, *ſtake down*. Genus dicendi frequens in contrahenda ſponſione. Virgilius in eadem re, *Depono*, Ecl. III. 9. Non negamus quin Græce dici poſſit αμνον εριϛδε. Habet etenim Athenæus διεριζεσθαι βους. Deipnoſ. Lib. X. Uſurpant quoque Græci, καταθειναι αεθλον eo ſenſu, ut Idyll. VIII. 11. Et ibid. 14. θειναι αμνον. Sed verbo ερειδειν eximie impetus exprimitur qui ſolet eſſe in provocantibus invicem. Quicquid enim ſubito fit, de eo Græci ερειδειν adhibent. In Idyllio, VII. 104. Vox ερεισαις occurrit pro *tradere*, *præbere*, ſed adjecto *ſine mora*.

Ακλητον τηνοιο φιλας ες χειρας ΕΡΕΙΣΑΙΣ.

Invocatum [puerum] *in illius manus* STATIM TRADAS.

Diceres Anglice. *Deliver him up immediately*. Utiliter lector comparet et expendat diverſas ſignificationes ejuſdem vocis, in diverſis contextibus auctoris ejuſdem. Commodam afferunt interpretationem Scholiaſtæ; unde etiam patet eos agnoviſſe lectionem noſtram. Quam membranæ quoque plurimæ comprobarunt.

V. 26.] Καὶ τις τριχας ανθ' εριων εποκιξατο. —] Antiqui in ejuſmodi loquendi generibus ουδεις ſubintelligebant. Heinſ. LECT. Theocr. c. ix.

V. 27. — Δηλετ' αμελγειν.] Ex interprete Græco, vel ſaltem Florentina, videtur Caſaubonus in textum primus recepiſſe V. δηλετ', pro qua Aldus, Calliergus, et Stephanus, olim V. βωλετ' ediderant. Elegans eſt, et vetus Dorum vox, Δηλεται. Quam quidem profert et exponit Heſychius. ΔΗΛΕΣΘΑΙ, βουλεσθαι, θελειν. Vide Canteri Lect. Nov. II. 11. Schotti Codex Toletan. II. 46. habet Δηλετ'. In Codice Harleiano βουλετ' exaratum reperio. In duobus etiam Laurentianis. In tertio δηλετ'. Forte gloſſa fuit illud βωλετ'.

V. 28. Ὁϛις νικασειν τον πλατιον, ὡς τυ πεποιθεις.] Ita hunc verſiculum pungit ac legit elegantiſſimus Heinſius, c. ix.

Ὁϛις νικασειν τον πλατιον, ὡς τυ, πεποιθ' ει.

V. 30. — Τυ (ιδ' ὁ τραγος ουτος) εριϛδε.] Male tria illa parentheſeos nota includuntur. Scribo: Τυ (ιδ' ὁ τραγος) ουτος εριϛδε. Το ΟΥΤΟΣ, vel ὩΥΤΟΣ τυ, ut infra, βεντιϛθ' ουτος, v. 76. *Heus! Tu, Heus! bone vir, certa*. Heinſ. ibid.

Ad initium hujus verſiculi, poſuit in margine Stephanus V. ισοπαλης, cum interrogationis notatiuncula.

Ibid. — Τυ ιδ' ὁ τραγος. —] Optime corrigo ex Harleiano Codice,

ΤΟΙ Δ' Ὁ Τραγος. —

" *Ergo Caper iſte deponatur*. Imparem enim putas hædum."

V. 31. Μη

V. 31. Μη ϖτευδ'· ȣ γαρ τοι πυρι θαλπεαι.—] Argutulum proverbium; quod, non ſine mira facetia, contorquet in caprarium paſtor. Abundat, ut jam dixi, feſtivus noſter poeta, ſententiolis illis, et compoſitis colloquendi formulis, e medio petitis, uſuque protritis apud vulgum.

V. 32. Ταδ' ὑπω.—] Monente Scholiaſte, pro Ταδ' ut hodie fit, in quibuſdam codicibus Τεινδε ſcribebatur, ut et inf. v. 118, pro Τηδ'. Reſtitui debere etiam Τεινδ' admonet Valckenarius, Epiſt. ſupr. citat. pag. 30. ad v. 50. et 67. inferius. Alia, inſuper erudite valde congeſſit in hanc voculam; quæ nec vacat hoc loco, nec fortaſſe refert, exponere. Qui plura vult, harum elegantiarum ſatagens, ipſum lector accedat. Addam tamen, cenſere virum ſagaciſſimum, Laconem, non hic modo, ſed et alibi ſæpe, more ſuæ gentis loqui; hanc ipſam quoque voculam eſſe Laconicam. Exhibet ταυδε quartus e Mediceis. Ταυδ', quod perinde eſt, nonnulli Vaticanorum.

V. 53. Ψυχρον ὑδωρ.—] Virgilius, cujus Theocriteo cantu circumſonabant aures, Ecl. X. 42.

> Hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori,
> Hic nemus, &c.

V. 34.—Και ακριδες ὡδε λαλευντι.] Ali locuſtas, et in domibus teneri, propter eximiam cantus argutiam, teſtes ſunt idonei Mnaſalcas et Marcus Argentarius, in epigrammatibus apud Anthologiam Reiskianam, Conſtantini nempe Cephalæ, Car. 572. 573. Vid. et Anth. III. XXIV. 8. ſeq. Ob vocem canoram paſſim celebrantur apud Theocritum.

V. 36. Ὀμμασι τοις ορθοισι ποτιϐλεπεν.—] Interpreteris Anglice, *To look one full in the face.* Scommatibus, et dicteriis amariſſimis, invicem projectis, hic agunt paſtores.

V. 38. Θρεψαι και λυκιδεις.—] Heinſius, c. ix. repoſitum mavult ναι. Quaſi diceres, *Nutri, videlicet, lupos, nutri, ſi diis placet.* Peculiaris, inquit, in voce ναι venuſtas fuit, quæ obteſtationis nota eſt. Male multi Codices et ſcholia, necnon editiones nonnullæ, dant λυκαδεις.

V. 40. Μεμναμ', &c.—] In editione G. Morelli, Pariſiis, 1561, tres proximi verſiculi ſequentes omittuntur. Fortaſſe quod obſcæniores eſſent. In eadem itidem, verſiculi quatuor, qui verſum 115, infra, excipiunt. Cum tamen in omnibus præterea conſtent. Habet Aldina μεμναμην. Legit Reiskius μεμνα μ' ω. Ut μεμνα ſit ſecundi ſingularis imperativi activi, e Verbo μεμναν. Μ' pro με.

V. 44.—Ὑςερα.—] Caſaubonus, c. vii. vult ὑςατα, e ſcholiis.

V. 45.—Τουτω δρυες.—] Interpres non τȣτω ſed τουτη, agnoſcit; ut infra legit idem, v. 103. Similis τοπος voculæ Doricæ τη, quæ apud illos ſignificat την εν τοπω κινησιν. Caſaub. ibid.

V. 47.—Δενδρω.] Reiskius reſcribit δενδροις. Sed malo, "*in Arbore.*" Quaſi aliquam *Arborem præſentem* paſtor indigitaret. Sic et Pinum oſtendit, ſingulari numero, quæ prope erat, et conos deſuper projiciebat.

Q Magna

Magna venuſtas eſt in objectis ita particulariter, ſi dicam, deſignatis. Quod proprium fere eſt poetæ noſtri. Non negabo quin legatur δενδρω, ſine ι ſubſcripto, pro δενδρε. Licet omnes editiones δενδρῳ præ ſe ferant. Codex Baroccii manuſcriptus in Bibliotheca Bodleiana, notatus 216. legit, cum Cl. Reiskio, δενδροις. Unus et alter Vaticanus δενδρει.

V. 51. — Ὑπνω μαλακωτερα. —] Hinc Virgilii, Ecl. VII. 45.

—— Somno mollior herba.

Sic etiam habemus Tapetes *ſomno molliores*, Idyll. XVI. 125. Similiter, ſumma quidem ſuavitate, Antipater, in Anthologia Planudea. L. I. c. xxix. 1.

Ἡ τακεραις λευσσουσα κοραις μαλακωτερον ὑπνε.

Puella liqueſcentibus tuens oculis mollius ſomno.

Cui profecto mire reſpondet notiſſimus iſte Popii noſtratis verſiculus.

The ſleepy eye that told the melting ſoul.

V. 59. — Σκαφιδας μελιτος. —] Antiphanes in Chryſide, apud Athenæum, L. IV. p. 172.

—— Τεσσαρες δ' αυλητριδες
Εχεσι μισθον, και μαγειροι δωδεκα,
Και δημιεργοι ΜΕΛΙΤΟΣ αιτεσαι ΣΚΑΦΑΣ.

—— *Tibicinæ quatuor*
Conductæ ſunt, et coqui decem,
Ac totidem demiurgi quæ ſibi mellis ſcaphas *petunt.*

Ubi ſcilicet, illæ *Mellis Scaphæ* nobis hodie non ita familiariter innotuerunt.

V. 58. Στασω, &c.] Virgilius, Ecl. V. 68.

Crateraſque duos ſtatuam tibi pinguis olivi.

In proximo verſiculo, pro Οκτω δε σκαφιδας, legitur apud Mediceum Codicem, cum Pindaro, &c. revinctum,

ΣΤΑΣΩ δε σκαφιδας, &c.

Cymbiis mellis non numeratis. Ita quoque Vaticanus unus.

V. 57 — Μαλακωτερα τετρακις αρνων.] Calliergus, errore certe prœli, dedit μακωτερα. Stephanus in margine, πολλακις, ex Aldina aliiſque. Ut legatur τετρακις, ſuadet locus Callimachi, Epig. LVI. 2.

Τον το καλον μελανευντα Θεοκριτον, ει μεν εμ' εχθει,
ΤΕΤΡΑΚΙ μισοιης. ——

Dulce nigrantem Theocritum [puerum,] *ſi quidem me odit,*
Quadruplo *magis oderis.* ——

Harleii Codex affert πολλακις. Ita etiam crebri Vaticani.

V. 64. — Βωστρησομες. —] Dorica prima perſona plur. ſubjunctivi modi aoriſti primi, active, pro communi βωστρησωμεν. Sic in v. 66. Βωστρεομες, eſt Dorica prima Perſona plur. ſubjunctivi modi, præſenti tempore, pro βωστρεωμεν. Fiunt a βωστρεω, ω, Doricum Verbum, pro communi βοαω, ω. Sed hæc ſunt grammaticorum; nec inſtituti noſtri, nec ingenii.

V. 64.

V. 64. — Τας ερικας.] Corripit et alibi Theocritus το ας, accuſ. plur. Nempe ΚΑΛΑΣ αιγας. VII. 87. Ita et Dores το αν, accuſ. ſingul. corripere non verentur.

V. 65. — Εντι δε Μορσων.] Hinc Virgilii Palæmon, Bucolici certaminis arbiter, Ecl. III. 50. Apud. Idyll. VII. 26. adhibetur in judicium caprarius.

V. 69. Εν χαριτι κρινης. —] Nimis venuſtus idiotiſmus eſt κρινειν εν χαριτι. A quo ne divinus quidem Plato ſibi abſtinendum putavit, cum dixit, εν χαριτι ποιειν, in Phædone. — "῾Ο, τι αν σοι ποιουντες ἡμεις, εν ΧΑΡΙΤΙ μαλιστα ΠΟΙΟΙΜΕΝ." — "Και ἐμοι και τοις ἐμοις και ὑμιν αυτοις ΕΝ ΧΑΡΙΤΙ ΠΟΙΗΣΕΤΕ, αττ᾽ αν ποιητε, &c." Heinſ. LECT. Theocr. c. ix. Vid. Porti Lexicon Dor.

V. 70. Ναι, &c.] Dat Codex Mediceus quartus, probatiſſimus ille quidem, φιλε, loco ſecundi ναι. Sed ΝΑΙ, repetitum, magis Theocriticum videtur. Magni tamen habeo illius Codicis auctoritatem. Confirmatur et a Vaticanis ea lectio.

V. 72. — Δε τας αιγας ὁρης. —] Mavult Heinſius, ubi ſupr. ὁρης.

V. 74. Ποττω Διος. —] Scribit Euſtathius ποτ᾽ τω. Eum vide ad Il. Ρ. et Λ. Hac ratione et κατ᾽ fuerit fortaſſe ſcribendum. Ut infra, 143. Κατ᾽ τω Λακωνος. Non καττω. Et ſic de aliis id genus. Caſaub. LECT. Theocr. c. vii.

V. 77. Τυ δ᾽ αγαν. —] Bene Mediceus modo dictus, Τυ γε μαν. Quod et conſtat in Vaticanis.

V. 78. Εια, λεγ, ειτι λεγεις. —] Virgilius, Ecl. III. 52.

Quin age, ſiquid habes. ——

Ibid. — Και τον ξενον ες πολιν αυτις

Ζωντ᾽ αφες. —] Egregie nugatur hic interpres Græcus, in elegantiſſimum locum. Vult nempe ζωντα, a ζεειν deducta voce, pro ταχυ accipi poſſe. Cujus commenti vanitatem, inquit Caſaubonus, c. vii. ne pluribus refellam, optimus mentis poetæ interpres Plautus arguit: qui poſteriorem hujus loci expreſſit ſententiam. In Milite.

Jamjam ſat amabo eſt: ſinite abeam ſi poſſum viva a vobis.

Parilis venuſtatis eſt apud Theophraſtum in Charactere GARRULITATIS, ῾Οστις απυρετος βουλεται ειναι. Vide Caſaubon. Theophr. Char. Comm. pag. 133. edit. 1599. Porro Canterus, in Novis Lectionibus, vult Ζωντ᾽ αφες eſſe proverbium in verboſos. IV. 15. Quod huic loco mire convenit.

V. 79 — Ω Παιαν, η στωμυλος ησθα Κοματα.] Deus erat averrucans Apollo. Quaſi diceret paſtor, ut caprario nimiam dicacitatem exprobraret, *Dii averruncaſſint illam tuam loquacitatem.*

V. 82. Και γαρ εμ᾽, &c.] Virgilius, Ecl. III. 62.

Et me Phœbus amat; Phœbo ſua ſemper apud me

Munera lauri ſunt, et ſuave rubens hyacinthus.

Utque a Muſis initium rite fecit Theocriti Comatas, ſic a Jove Virgilii Damætas.

V. 83.

V. 83. *Τα δε Καρνεα.* —] Præter ea quæ de festo hoc Apollinis solenni Scholiastes attulit, Spanhemium consulas, Observat. in Callimachum, Hymn. Apollin. v. 78. pag. 95. Vol. II. Vide sis etiam doctissimi Potteri Archæol. Græc. Vol. I. Lib. 2. c. 26. pag. 408. Edit. Londin. 1751. Necnon doctorum virorum notas ad Callimach. Hymn. Apollin. v. 71. 72. Ad festum suæ Gentis, Laconum nempe, caprarius hic noster Lacon alludit.

V. 88. *Βαλλει*, &c. —] Virgilius, Ecl. III. 64.

Malo me Galatea petit lasciva puella.

Vult Petrus Nannus, *μηλοβληθηναι* esse *amore percelli.* Quod probare contendit ab Aristophane. ΜΗΛΟΒΛΗΘΕΙΣ *ὑπο πορνιδιου.* Syllog. Miscell. VI. V. 5. Se enim ultro ambiri jactant Pastores. "Clearista tentat ad amorem pertrahere caprarium: ita et mihi, *reponit Lacon*, sponte occurrit formosus puer et imberbis, Cratidas." Cui sensui nec mediocriter favent interpretes veteres. Philostratus, Icon. I. pag. 739. B. Paris. edit. *Οἱ μεν γαρ δια τȣ* ΜΗΛΟΥ ΠΑΙΖΟΝΤΕΣ *ποθȣ αρχονται.* *Qui* Pomo ludunt *amoris initium faciunt.* Huc refer Idyll. VI. 21. 6. Et adi Scholiast. ad Aristophan. Nub. III. iii. pag. 180. E. Edit. 1607. Necnon Longi Past. I. p. 25. ed. ut supr. Mich. Apostol. XII. 91. Et Suidam, in V.

Ibid. — *Ἁ Κλεαριστα.*] Eumedes, quem nominat Lacon, inf. v. 134. idem est quem *Cratidas* appellat, inf. v. 90. Videas interpretem Græcum, Idyll. VII. v. 21. Qui legisse videtur in dicto versic. 90. *ὁ Κρατιδα*, non *ὁ Κρατιδας.* Inde enim, ut mihi videtur, habet Eumedis patrem Cratidam fuisse appellatum. Similiter hoc loco, *Ἁ Κλεαριστα* dicitur in scholiis *filia Clearistæ*, scilicet Alcippe quædam: cujus infra mentio fit, v. 132. Sic et *ἁ Πολυβωτα*, Idyll. X. 15.

V. 89. — *Παρελωντα.* —] Videtur Scholiastes legisse *παρελωσα.* Cæterum veram prorsus esse vulgatam lectionem probat locus persimilis. Idyll. VIII. 72.

Κ'ἁ μ' εκ τω αντρω συνοφρυς κορα εχθες ιδοισα

Τας δαμαλας ΠΑΡΕΛΩΝΤΑ. ——

V. 90. *Κημε γαρ ὁ Κρατιδας*, &c.] Quemadmodum Damætam, apud Virgilium, Menalcas excipit, Ecl. III. 66.

At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.

Ibid. — *Λειος ὑπαντων.*] Clarissimus D. Rhunkenius censet reponendum, *λειος ὑπαναν.* Ut intelligatur, *pubescens primum puer*, *lævis circa mentum.* Epist. Crit. I. Lugd. Bat. 1749. pag. 35. Quo minus ingeniosam conjecturam, quam porro vir doctus et elegans luculentis rationibus illustrat, lubens amplectar, nihil obstat, nisi quod Virgilius, hunc Theocriti locum manifesto respiciens, ex *ὑπαντων* fecerit *offert.* Præterea, *ὑπανταω* significat, *occurrere* cum bono animo et quasi mutua quadam voluntate; quod Virgilianum illud *ultro*, diserte videtur exprimere. Sic *ὑπαντιασαι ευεργεταν*, est, "viro de nobis bene merito gratiam referre." Jam vero quod V. *λειος* nuda stare possit et sola, satis probant exempla, quæ protulit in medium

medium Rhunkenius: contra ſeipſum quidem. Lucianus, Tom. III. p. 297. edit. Wetſt. "ΛΕΙΟΣ μοι χαιρεας και χοιεριτκος Ακαρνανιος." Strato in epigrammate inedito, Anthol. Ceph. Lib. I. Car. 204.

Ευκαιρως ποτε παιδοτριβης ΛΕΙΟΝ προδιδασκων.

Opportune quondam ludimagiſter IMBERBEM [puerum] *docens*, &c.

Idem Strato, in epigrammate itidem inedito. Ibid. Car. 17.

Ιητρους ευρον ποτ' εγω ΛΕΙΟΥΣ δυσερωτας.

Medicos inveni quondam IMBERBES [pueros] *difficiles*, &c.

Quin et quem Græci ΛΕΙΟΝ, Latini LÆVEM appellant. Martial. Lib. XI. Epig. xliv.

Æacidæ propior LÆVIS amicus erat.

Id. Ibid. Epig. lxiv.

Et quare mihi, &c.
Sint LÆVES pueri, ſubinde quæris.

Quibus Horatianum illud hic addam, de Apolline formoſo et imberbi, L. IV. Od. vi. 28.

Phœbe, qui Xantho lavis amne crines,
Dauniæ defende decus Camœnæ,
LÆVIS Agieu.

Εθειρα illa ΛΙΠΑΡΑ, quod frequens eſt, prolixius exequitur illuſtris Spanhemius, Callimach. Obſervat. in Hymn. Pallad. Tom. II. pag. 565. Vid. etiam pag. 71. Intellige ſimpliciter NITIDAM *comam*. Male ergo, in epigrammate Callimachi ſuaviſſimo, λιπαραν, *unguentatam*, Latinus vertit interpres. Carm. L.

——— Μιτραισιτε, και ροδων αωτοις,
Σοφων αοιδων εσκιασαν ΛΙΠΑΡΑΝ εθειραν.

——— *Coroniſque, et roſarum floribus,*
Sapientum poetarum inumbrarunt UNGUENTATAM *comam.*

In hoc Laconis diſticho, charactera ποιμενικον, in præcedenti illo Comatæ αιπολικον, notari, atque ita inter ſe invicem opponi, notavit Heinſius, c. iv. Vide notam ſequentem. Quamvis et hoc alibi prolixe tractavimus.

V. 91. — Σειστ' εθειρα.] Σειετ' apud Calliergum legitur. Hæc, de coma ſplendida, ad ſeipſum referre Laconem paſtorem, et ad præcedentia illa Comatæ commode retorquere, non tamen dicta eſſe de Cratida formoſo capillatoque puero, putavit Heinſius. Comam ſcilicet, patrio more, ſtudioſe Lacon alebat. Sed audiamus ipſum, ſubtiliter admodum differentem.

Lacon duobus ſe Comatæ præfert: Dignitate et ordine, quod PASTOR eſſet; Statu, quia liber et ingenuus. — Diximus ſupra, quomodo οἱ ΑΙΠΟΛΟΙ eſſent hominum genus maxime luxurioſum, fædum, et illiberale, omnium qui circa pecudes verſabantur; præterea δουλοπρεπεις, et qui ſtatus controverſiam facile patiebantur. Quibus οἱ ΒΟΥΚΟΛΟΙ opponebantur, tanquam ordo ſuperior, quod liberi eſſent, temperati, et ſui juris. Dixerat

R Caprarius,

Caprarius, "Puella me Caprarium petit, et malo percutit." Reſpondet Lacon, "De CAPRARIO quid mirum eſt, cum me, qui ΒΟΥΚΟΛΟΣ ſim, non ΑΙΠΟΛΟΣ, amore ſui in furorem adigat Cratidas? Qui, inquam, PASTOR ſum liber et ingenuus, longeque alterius, quam CAPRARIUS, conditionis." Hoc probat adducto e gente ſua σημειῳ, apud quam liberaliter educti ſignum erat certiſſimum το κομαν. Poſtrema igitur verba, λιπαρα σε, ſtatum Laconis indicant; non de Cratida dicuntur. Nam et apud Græcorum reliquos liberi homines comam alebant; ſervi dimittebant. Heinſ. LECT. Theocr. c. x.

Si probes Heinſii ſenſum, neceſſe eſt, ut το μοι, ſubintelligatur. Quod durius fortaſſe credideris. Ego comam equidem ad Cratidam puerum referri velim. Nitida illa formoſi pueri cæſaries, in rationem videtur adhiberi, quare ejus amore Lacon adeo vehementer inſaniret: nulla ergo nitida Laconis cæſaries in cauſa fuit, cur illi puer Cratidas adeo lubenter occurreret.

V. 94. Ουδε γαρ, &c.] Senſus eſt. "Neque vero orimalides cum glandibus ilicis comparandæ ſunt, utpote præſtantiores: Glandes enim illæ habent ſcabram corticulam, ſed orimalides edules ſunt et mellitæ." Ordo et metaphraſis. Αἱ μεν ακυλοι απο πρινοιο, αἱ πρινιναι, εχουσι λεπυριον λεπτον, &c. Legit Schottus e Toletano Codice, necnon Calliergus, λεπρον, pro λεπτον, *maculoſam, ſcabioſam.*

V. 95. — Μελιχραι.] Apud Scholia exponitur hic ΜΕΛΙΧΡΟΣ, *mellis inſtar*, ſc. quoad *colorem*. Ex μελι *mel*, et χροα *color*. Hoc verum quidem. Sed hic fortaſſe ſignificat *mellitus*, vel abſolute *dulcis*, nullo reſpectu ad *colorem* habito. Clarius illuſtratur iſte ſenſus in epigrammate inedito, INCERTI, quod nunc primum typis mandabo. MSS. Antholog. C. Cephalæ, L. I. Carm. 114. Ne vulgaria indicem.

> Πυγμῃ νικησαντα, τον Αντικλεους Μενεχαρμον,
> Λεμνισκοις μαλακοις εστεφανωσα δεκα.
> Και τριοσως εφιλησα πεφυρμενον αἱματι πολλῳ,
> Αλλ' ἐμοι ην ΣΜΥΡΝΗΣ τουτο ΜΕΛΙΧΡΟΤΕΡΟΝ.

> *Pugno vincentem, Anticlis filium Menecharmum,*
> *Lemniſcis teneris coronabam decies.*
> *Et ter oſculabar perfuſum multo ſanguine;*
> *At hoc mihi* myrrha *erat* dulcius.

Similiter Aſclepiades, in epigrammate, quod nunc primum edam. MSS. Antholog. C. Cephalæ, L. I. Carm. 142.

> Προσθε μοι Αρχεαδης εθλιβετο· νυν δε ταλαιναν,
> Ουδ' ὁσσον παιζων, εις ἐμ' επιστρεφεται.
> Ουδ' ὁ ΜΕΛΙΧΡΟΣ Ερως αιει ΓΛΥΚΥΣ· αλλ' ανιηρος,
> Πολλακις ἩΔΙΩΝ γινετ' ερωσι θεος.

Pridem

Pridem a me comprimebatur Archeades: nunc vero miserum,
Ne tantulum quidem ludens, apud me versatur.
Non est mellitus *Amor semper* dulcis; *sed difficilis,*
Sæpe suavior *fit in amore, deus ille.*

Conferas huc quæ notavimus ad Idyll. X. 27. Observandum est interea, quod monet Manuel Moscophulus, Περι Σχεδων. pag. 64. ΜΕΛΙΧΡΟΝ, το γλυκυ· ΜΕΛΙΧΡΟΥΣ, ὁ σιτοχρους.

V. 96. Κηγω μεν δωσω.] Virgilius, Ecl. III. 68.

Parta meæ Veneri sunt præmia: namque notavi
Ipse locum, aeriæ qua congessere palumbes.

V. 99. Ταν πελλαν.—] Coloris violacei. Vid. Voss. in Catull. p. 217.

V. 100. Σιτθ' απο τας κοτινω, &c.—] Cantionem mediam valde δραματικως interjicitur επωδη, ab ipso rerum situ petita. Nec aliter quidem Maro, Ecl. III. 94.

Parcite oves nimium procedere; non bene ripæ
Creditur.————

V. 101.—Ἀτε μυρικαι.] Legatur ὠ, ut et Idyll. I. 13.

V. 102.—ὁ Κωναρος.] Sæpe nominativum cum articulo, apud Græcos, pro vocativo poni solet. Vid. Vann. Crit. VII. 7. pag. 141.

V. 103.—Ὡς ὁ Φαλαρος.] Canem hic nonnulli intellexerunt. Canis videtur esse nomen ὁ Φαλαρος, Idyll. VIII. 27. Nisi forsan ibi significet *albus*. Mallem tamen hic intelligi vel arietem vel hædum, atque ita legeres ὡς. Si canem velis, ὠ. Familiare est passim Theocriti pastoribus, istiusmodi nominibus pecora sua distinguere. Id quod liquido fit in versiculo proxime præcedenti. Sunt qui montem designari contendunt. Consulatur Etymologicus Mag. V. ΦΑΛΑ, ΦΑΛΟΣ. Necnon interpres noster Græcus ad hunc, et versiculum priorem. Benedictini Codices, aliique plures, dant ὡς.

V. 104. Εστι δε μοι.—] Calliergus εντι. Ut et subinde, εντι δε κρητηρ.

V. 105. Εργον Πραξιτελευς.—] An hoc caprario simplici, ne dicam sordido et pauperculo, convenit, ut haberet magni pretii poculum, Praxitelis ipsius, summi artificis, opere factum atque elaboratum? Similiter tamen Alcimedonta Virgilius adhibuit, Ecl. III. 37.

V. 109.—Ενθι γαρ αβαι.] Videtur grammaticus in isto versu legisse, εντι παρ' αβα. Αμπελοι παρ' αβα dici potuissent ἡβωσαι και ακμαζωσαι, a veteri grammatico, qui moris meminerat scribendi, quo præpositiones eleganter adhibere solet Theocritus. Valckenarius, ut supr. p. 30. Hujus scholii magnam partem videtur concinnasse Calliergus. In quo præterea monetur αυται lectum fuisse pro αβαι. Scilicet μοναι. Vult ἁμαι Reiskius. Quæ sequuntur, mecum per literas communicavit doctissimus et amicissimus Toupius.—"Recte Schol. αβαι, αντι του ἡβωσαι και ακμαζουσαι. Αμπελους ΚΥΠΡΙΖΟΥΣΑΣ vocat Græcus interpres, Cantic. II. 15. *Vites* PUBESCENTES

Vetus

Vetus poeta apud Ciceron. in Tuſculanis. Huc adprime facit Heſychius: Ἥβη, νεοτης, ακμη, —— και ΑΜΠΕΛΟΣ. Quare de hac lectione non eſt dubitandum." Sic et ΚΥΠΡΙΣΜΟΣ eſt *Vitium germinatio*. Cantic. VII. 12.

V. 112. Μισεω τως, &c.] Vinearum vaſtatores vulpes, et uvarum amantiſſimi. Hinc Æſopi, vel alicujus veteris mythographi, fabula merito notiſſima. Vide Cantic. II. 15.

V. 117. — Ποκα κιγκλιζευ. —] Aldus habet πολεκιγκλιζευ. Calliergus et Scholiaſtes πολε κιγκλιζευ. Sic et Stephanus: minus Dorice. Hodierna lectio forſan utraque verior. Omnes tamen e Codicibus defendi poſſent. Siquid etiamnum velis immutandum, pro ποκα, facile nec ineleganter relegas πυκα. "*Valde frequenter*, aut *crebro*, te commovebas." Ita convitio vis accedit, re quaſi diſertius et fortius expreſſa. Eandem voculam reſtitue in reſponſo Laconis, ubi forte magis probaveris. "*Fortiter* te vinctum." Sed amare retorqueri ſalſeque videtur eadem ipſa vox, licet ſenſu paululum diverſo.

V. 119. — Εκαθηρεν. —] Scilicet εξεδαιρε. Salſe hoc vocabulo Lacon utitur, pro magis communi. Heinſium non hic audio; diſtinctionem inter ſervos et liberos nimis arceſſitis rationibus exequentem. Nec patior interpretes noſtros; quæ facilia ſunt et obvia perverſe prætereuntes, ut obſcænum nefandumque ſenſum prave nimis extorquere poſſint.

V. 120. Ηδη, &c. —] Lacon cum ſerio indignari videret Comatam, convicium pro convicio reponit, majus tamen aſperiuſque, ut jam in iram manifeſtam prorumpat. Quod cum videret Comatas, ad judicem converſus: jam ait, O Morſon, vir ille bonus iraſcitur. — Rurſuſque ad Laconem converſus: nonne, inquit, inſanis? nonne Lucumo es, O Lacon? Eas igitur, ut ſcillam tibi compares. Scilla Lucumones et inſani purgabantur. Unde *acetum ſcillatum* apud Auſonium. Ita locum hunc ſumo: nec aliter intelligendus eſt. Magnus Deſiderius ſcillas ad inſaniam retulit, ubi de hoc verſu agit, cui inter adagiones locum dedit; loci cohærentiam, et mentem poetæ, occaſionemque qua dicitur, non percepit. —— Quatuor horum verſuum elegantia, quorum primus eſt, quem jam adduximus, Ηδη τις Μορσων, dependet ex unica voce τις et τινος: quæ repetitur: quo magis nobis enitendum eſt, ut de hoc lepore conſtet lectori. Sciendum eſt, το τις, apud Dores πληρωματικον ſemper eſſe, et expletivum, neque ſemper περιττευειν, ut loquuntur Grammatici, ſed defectivæ orationis notam eſſe et indicium. Sic in Epithalamio Menelai, πολυν τινα, pro πολυν οινον.

> Η ῥα πολυν τιν' επινες, ὅτ' εις ευναν κατεβαλλευ;

Ibidem, αγαθος τις, eſt, αγαθος δαιμων.

> Ολβιε γαμβρ', αγαθος τις επεπταρεν ερχομενω τοι
> Ες Σπαρταν. ——

Sic Βαρυγουνατος τις, eſt, βαρυγουνατος ανηρ.

> Η ῥα τις εστι λιαν βαρυγουνατος; η ῥα φιλυπνος;

Hinc

Hinc totus hujus loci lepor dependet. Cum enim diu cavillis inter se certassent Caprarius et Pastor, ac postremo quædam satis amare objecisset Comatæ Lacon; respondet ille ad Morsonem conversus: ηδη τις πικραινετ'. Cum dicendum fuisset: Λακων πικραινεται. Et rursus Lacon respondet; και εγω κνισδω τινα: cum dicendum erat, και εγω κνισδω Κοματαν. Quæ res miram addit εμφασιν τω της ειρωνειας σχηματι. Apud Tragicos hoc interdum non longe aliter invenitur: ubi οἱ παθαινομενοι graviterque commoti ita loqui amant. Menelaus in Sophoclis ΜΑΣΤΙΓΟΦΟΡΩι, post longam illam contentionem de cadavere Ajacis:

Τετ' εις ανιαν τεπος ερχεται τινι.

Hoc loco χλευαστικον est, sicut interdum in Comœdia. Festivissimus Aristophanes, ΒΑΤΡΑΧΟΙΣ, dixit, ἡκε τω κακω: cum vellet dicere, τω Ξανθια. Sed ut jam diximus, possunt hoc sibi vindicare Dores. Mirum est profecto in verbis tam paucis tam multa esse partim adhuc corrupta, partim male intellecta. Dixerat Comatas, εχι παρηαθευ; Quod esse ostendimus, εχι παραφρονεις; *Nonne insanis?* Eodem plane modo respondet Lacon, ut in contentione fieri solet: *Et tu insanis.* Scribe igitur, και τυ δε λυασῃ. At interpretibus quid infelicius est, qui legunt, και τυ δε λευσσεις, et interpretantur, *Et tu vides.* Atqui sequitur et præcedit quod necessario hanc lectionem flagitat. Heins. LECT. Theocr. c. x.

V. 121. Σκιλλας, &c.] Per *Scillas* vult Palmerius Flagra, quæ de Scillis nonnunquam facta fuisse constat, ex Idyll. VII. 107. Atque ita locum non infeliciter interpretatur. Exercitat. pag. 800. "Num stupescis? [Illud enim proprie est παραισθανεσθαι.] Nonne vides eum irasci, et opus habere castigatione? Igitur, vadens ad illud monumentum, Scillas veteres, et non teneras scilicet, avelle, ut eum flagro dones."

V. 124. — Ῥειτω γαλα. —] Infr. v. 126. Ῥειτω μελι. Ita Interpp. Septuag. Numer. Cap. XVI. 13. Γην μελι και γαλα ῬΕΟΥΣΑΝ. Ut coævos scriptores hic ad partes opportune vocarem.

V. 125. — Τα δε τ' οισια. —] Lege τοι σια, et intellige *Juncos*, vel aliud simile. E scholio inedito. Si legatur οισια, *Salicem* habebis. Hinc Virgilius, Ecl. III. 89.

—— Ferat et rubus asper amomum.

Quemadmodum apud Idyll. I. 132. Ingeniose conjicit Reiskius Τα δ' ελωσια, *Ipsa Sterilia.* Vaticanus nonus τ' ὀισια. Aldus nescio quid.

V. 126. — Συβαριτις. —] Nova vox ex licentia poetica. Geographi tantum agnoscunt Συβαρις et Συβαριδος. Reiskius Κρηνη subintelligit. Vid. inf. v. 146.

V. 127. — Ταν καλπιδα κηρια βαψαι.] Legendum censuit Josephus Scaliger,

—— Τα καλπιδι κηρια βαψαι.

Βαψαι το υδωρ καλπιδι est ΑΡΥΣΑΣΘΑΙ. Emendat. ad Theocritum, p. 227. Edit. Heins. 4to. 1604. Atqui sic scripserat, e scholiis, in margine Ste-

 phanus.

phanus. Idem quoque profert Schottus e Toletano, Obf. II. 46. Quod et conftat in duobus etiam Vaticanis. Vide Athen. III. 123. XI. 468. Ubi καλπις et βαψαι commode illuftrantur. Hinc interpretandus Callimachus, Lav. Pall. 45.

V. 128. — Κυτισον. —] Κυτισον eft lectio Scholiaftarum, nec repudianda quidem. Editiones antiquæ, necnon Codex Harleianus, aliique nonnulli, dant κυτιλον.

V. 131. — Ὡς ροδα κιοσος επανθεῖ.] Salmafius in Solinum, pag. 1345. ροδακισθος. Scholiaftæ ροδακιοσος. Ut nimirum calcaretur ab ovibus. Comatæ enim capræ tantum juncos calcabant. Hic eft fenfus. Sed malo receptam lectiunculam. Vid. Macrob. Saturn. VII. 7. Κιοσος, κισθος, et κιτ?ος, fæpe confunduntur. Videant rei botanicæ ftudiofi.

V. 132. Ουκ εραμ' Αλκιππας. —] Vult Reiskius fubaudiri τουτο. Quafi, Factum hoc Alcippes. Ut inf. v. 134.

V. 133. Των ωτων καθελοις'. —] Anne puella, quæ tanquam difficilis hic et ingrata notatur, aures caprario noftro blande adeo prehendebat? Quod amoris et procacitatis effet indicium. Audacter ergo repono καθελοντ'. Ita invicem permutari iftiufmodi participia, patet e nota ad v. 89. fupr. Interpreter, "ME non ofculata eft puella, cum EGO aures illi prehenderem, et ad ofculum pellicerem." Quod in tabulis, Cupidinis et Pfyches hiftoriam referentibus, ubi nimirum Jupiter ita Cupidinem confuaviat, eximie Raphael Urbinas, pictorum facile princeps, expreffit. Id genus ofculi pluribus perfequitur Gul. Canterus, Nov. LECT. VI. 25. De quo etiam legitur Lilii Gyraldi Dialogifmus infignis, hoc cum titulo, *De eo ofculi genere quod a noftris parentibus* Florentinum *appellatur*, &c. Ubi inter cætera hæc habentur. "Ipfe memini, fæpe mihi pueruło tale ofculum Florentinum impreffum; et cum uxorem paulo θερμοτερον amplector, ifto genere utor." Dialogifm. IX. Op. Gyraldi, Tom. II. Lugd. Bat. 1696. fol. pag. 880. Apud Apollonium Rhodium, Venus Cupidinem confuaviat, manibus attracta ejus buccula. III. 149.

—— Επειρυσασα παρειας
Κυσε ποτισχομενη. ——

Vid. et ibid. v. 128. Apuleius etiam. "Tum Jupiter, perpreffa Cupidinis buccula, eum confuaviat." Aur. Afin. L. VI. pag. 192. Parif. Ed. Tom. I. Quæ forte refpexit Raphael Urbinas.

V. 136. Ου θεμιτον. —] Pindarus, Pyth. IX. 75.

—— Τον ου ΘΕΜΙΤΟΝ ψευδει θιγειν.
—— *Quem non* fas *mendacium attingere.*

Ubi Scholia, Ουδε ΔΥΝΑΝΤΟΝ ψευσασθαι. Quo fenfu *fas* apud Latinos. Scholia noftra inedita, Πρεπον. Confer et Noftrum Idyll. I. 15.

Ibid. — Ποτ' αηδονα. —] Virgilius, Ecl. VIII. 55.

Certent et Cycnis ululæ. ——

V. 140.

V. 140. — Καλον κρεας, &c.] Nota res convivia olim rem sacram comitari: aut si convivium celebrare nollent, e victima partes ad amicos mittebant. Vid. Casaub. ad Theophrasti Charact. pag. 253. edit. ut supr.

V. 141. — Φριμασσεο πασαι τραγισκων.] Ita Longus, qui Theocriti flosculos passim prædatur, sophistarum non inelegantissimus. Solenne nempe sophistis, aliquem e veteribus sibi ad imitandum proponere, eumque pro libitu compilare. Daphn. Chl. L. I. pag. 37. edit. ut supr. Ἁι δε αιγες εσκιρτων ΦΡΙΜΑΣΣΟΜΕΝΑΙ, καθαπερ ηδομεναι, &c. *Capellæ* fremebundæ *salierunt, tanquam lætæ*, &c. Quibus bene respondet Scholiastes noster, ΦΡΙΜΑΣΣΕΟ, μεθ' ἩΔΟΝΗΣ σκιρτα.

V. 143. Κατθω. —] Scribe divisim, κατ' τω. Nisi forsan alterum sit Doricum magis. Pro communi κατα τε. Vid. Not. ad v. 74. supr.

V. 144. Ανυσαμαν τον αρνον. —] Id Scholiastes interpretatur, την νικην ελαβον. Rem dicit, verba poetæ parum illustrat. Nisi fortasse legit iste, Αρνυσαμην το αεθλον. Sed nihil muto: nam alium vidi qui sic explicabat, τελεσας την νικην ελαβον. Casaub. LECT. Theocr. c. vii.

Ανυειν το βραβειον, dicunt, e victoria præmium reportare. — Ανυειν τον αμνον, nihil est, quam cantando mereri. — Ανυειν est, το Λαμβανειν. Heins. LECT. Theocr. c. xxiii.

V. 146. Πασας εγω λωσω, &c.] Virgilius, Ecl. III. 96.

Tityre, pascentes a flumine reice capellas;
Ipse, ubi tempus erit, omnes in fonte lavabo.

V. 147. Ὁ λευκιτης. —] Fortasse nomen hirci candidi. Vide Not. ad v. 103. supra.

Ibid. — Ὁ κορυπτιλος. —] Valckenarius vult legendum κορατιλος. Epist. ut supr. pag. 42. Habet Aldus, et solus, κορυτιλος.

V. 149. — Νυμφαισι. —] Stephanus in margine, cum vetustioribus nonnullis, habet μοισαισι. Idem, inter alios, habetur in Harleiano Codice; qui quidem cum hoc Idyllio desinit, multum posthac desiderandus.

V. ult. — Μελανθιος αντι Κομαται.] Postrema Comatæ verba, quæ hoc Idyllium concludunt, a poeta decori observantissimo conscripta sunt. Est enim βουκολικον, και αιπολικον. Quod discrimen ubique in his personis observatum fuit. Nunc vero vel maxime. Nam ut Laconi βουκολω juramentum βουκολικον supra tribuerat, cum Daphninis dolores jurat; sic nunc Caprario αιπολικον, qui pænam Melanthii, Caprarii Homerici. Heins. LECT. Theocr. c. x.

Arguta quidem hæc: vellem et vera. Vide Notas Josuæ Barnesii ad Hom. Odyss. XXII. 474.

IDYLLIUM VI.

IN hoc Idyllio duo paſtores, ad otium ſuum oblectandum, æſtumque porro meridianum levandum, Cyclopis amores invicem decantant: argumentum cum bucolici carminis, tum præſertim bubulcorum Siculorum, capitale. In Idyllio undecimo, quod huic geminum germanum eſt, et, καθ' ἐξοχην, ΚΥΚΛΩΨ inſcribitur, in perſona ſua Cyclops ille, longe δραματικωτερως, ideoque χαρακτηριστικωτερως, amores ſuos ipſe narrat.

V. 1. Δαμοιτας, &c.—] Virgilius, Ecl. VII. 2.

Compulerantque greges Corydon et Thyrſis in unum.

Citatur iſte verſus a Scholiaſte Pindari, ſed locus me fugit.

V. 2. — Αρατε. —] Aratum, celebrem poetam, intellige; cujus et alibi diſerte meminit, et prolixe, Theocritus, ejuſdem coætaneus.

V. 7. — Δυσερωτα τον. —] Mavult Reiskius, uno vocabulo, δυσερωτατον.

V. 8. — Ου ποθορησθαι. —] Scribendum eſt, ποθόρησθαι, non ποθορῆσθαι. Sic in eodem Idyll. v. 25. ου ποθορημι. At vero cum ait, Ταυτα δ' ισως εσορωσα, omnino ſcribo εσορεισα. Quo pacto Dores et Æoles loquuntur. Heinſ. Lect. Theocr. c. xi.

Vide Not. ad v. 22. inf. et Idyll. V. 73. Ubi mavult Heinſius, ὁρης, non ὁρῆς, unde illud ὁρησθαι. Editio quidem Aldi legit, eaque ſola, ποθορησθαι. A ποθορημι, Dorice pro προσορασω.

V. 11. — Φαινει.] Reiskius reponendum vult ῥαινει. *Aſpergunt eam undæ.* Sed ita non eſſent κυματα ΚΑΛΑ.

V. 12. Ασυχα καχλαζοντα. —] Ita lepide poſſis refingere, ſaltem ſenſu lepidiori.

—— Νιν καλα κυματα φαινει,

Ασυχα ΚΑΧΑΖΟΙΣΑΝ, επ' αιγιαλοιο ρεοντα.

Puellam, molliter, laſcive, ridentem. Vel lege, quod minus Doricum, καγχαζοισαν. Vel κιχλιζοισαν. Idyll. V. 117. Habetur καχαζω, V. 142. Mire convenit hoc Galateæ petulantiæ διαθρυπτομενης. Etſi ſciam de fluctibus maris hoc Epithetum prædicari. Κυματι καχλαζοντι. Orphei Argon. v. 1253. Habet

Habet et Pindarus phialam, καχλαζοισαν δροσῳ αμπελȣς. Olymp. VII. 3. Eſt et καχλαζȣσι ναμασι, Anth. I. xx. 14. Tranquillitas autem maris ſatis per illud ΚΑΛΑ κυματα ſignificatur. Nonnullis arridere poſſit παφλαζοντα, *placide ferventia.* Quod eſt Vaticani noni. Παφλασμα ſtrepitus eſt maris æſtuantis.

V. 15. — Διαθρυπτεται. —] Cujus vocis vis et venuſtas clare illuſtratur in Xenophontis Sympoſio. "Και ὁ Σωκρατης επισκωψας, ὡς δη ΘΡΥΠΤΟΜΕΝΟΣ, εφη. *Et tum jocando Socrates quaſi* delicias faciens". Et ſubinde paulo. "Αει μεν ȣν εγωγε ηραμην την σην φυσιν, νυν δη πολυ μαλλον, επει ὁρω σε ερωντα ȣχ' ἁβροτητι χλιδαινομενον, ȣδε μαλακια ΘΡΥΠΤΟΜΕΝΟΝ, αλλα πασιν επιδεικνυμενον ῥωμην τε και καρτεριαν, και ανδρειαν και σωφροσυνην. *Atqui equidem indolem tuam ſemper amavi, ſed multo nunc magis quum te illum amare video,* [Autolycum] *qui non deliciis diffluit,* non præ mollitie laſcivit; *ſed omnibus et robur, et tolerantiam demonſtrat.*" Op. Xenophont. pag. 706. edit. Leunclav. Porro Antipater Sidonius vocat Laida, συν ερωτι ΘΡΥΠΤΟΜΕΝΗΝ, ἁπαλας Κυπριδος ἁβροτεραν. *Cum amore* deliciantem, *tenera Venere molliorem.* Anth. III. xii. 7.

Ibid. Ἁ δε και, &c.] Quæ ſic reddenda ſunt. "Illa vero ſua ſponte laſcivit, ſicut cardui flores ſunt languidi, cum pulchra æſtas ardet." Verſionibus vulgatis nullus ſenſus. Χαιται καπυραι απ' ακανθας ſunt *Pappi volantes* Lucretii. Pappi enim ſunt flores carduorum. Καπυραι, quia fervore ſolis flaccidæ decidunt, et per aerem feruntur. J. G. Grævii Lect. ad Heſiod. Op. et D. v. 502. In quibus interpretis Græci ſententiam Latine vir magnus expoſuiſſe videtur. Scilicet ΑΠ' απανθης eleganter dixit, ſuo more: ut et alibi, hanc præpoſitionem, necnon ΕΞ et ΣΥΝ, adhibet. Quod jam notavimus.

V. 16. — Φρυκτει.] Variant libri manuſcripti, nonnulli φρυγει, quidam φαινει, ſuppeditando.

V. 18. Και μεν απο γραμμας κινει λιθον. —] Vel proverbium vulgatum intellige, quod explicant Scholiaſtæ. Vel ludum, quem veteres dicebant Ζατρικιον, ſcacchiæ, ut videtur, conſimilem. De quo conſulendi, Julius Pollux, L. IX. vii. §. 98. Salmaſius in Vopiſcum, in Vita Proculi. p. 736. Necnon Græcus interpres in locum. Vide ſis inſuper Leopardi Emend. I. 22. Forte ſenſus eſt. "Galatea *Saxum movet a linea vel termino.* Sc. amoris terminos legitimos tranſgreditur: Præſcriptas amoris leges violat: Eam te ſequentem non rite redamat." Mira hic afferunt ſcholia hactenus inedita.

V. 19. — Τα μη καλα καλα πεφανται.] Quemadmodum V. καλα, ſyllaba prima, corripitur et producitur, eodem ipſo verſiculo. Callimach. Hymn. in Jov. 55.

Καλα μεν ηεξευ, καλα δ' ετραφες, ȣρανιε Ζευ.

V. 20. — Ανεβαλλετο. —] Vide Tryphiodor. v. 468. Coluth. v. 270. Exempla quæ huc contulit de uſu hujus vocis Scholiaſtes, omnia in Lexicon ſuum tranſtulit Phavorinus. Quorum unum, quod ſedulo notandum,

 deſcripſit,

descripsit ex interpretatione Græca veteris testamenti, viz. ΑΝΑΒΑΛΛΟΜΕΝΟΣ φως ὡς ιματιον. Psalm. CIV. 2. Ut conjecerit aliquis, horum scholiorum nonnulla a Christiano homine confecta fuisse.

Ibid. — Και ταδ' αειδεν.] Tres Vaticani habent καλον αειδεν. Unde hæc refingo,

—— ΚΑΛΑ Δ' ΑΕΙΔΕΝ.

V. 21. Ἀνικ' εβαλλε. —] Notavimus locis infinitis, quantum per injuriam temporis licuit, quæ pauca nobis ejus viri reliqua fecit, mimicum Sophronem et Theocritum nostrum in easdem voces ευεπιφορους esse, et proclives. Sic apud poetam nostrum interdum το βαλλειν, est, το ερεθιζειν, absolute, et κατ' αυτο. Ut cum cecinit: v. 21.

Ειδον και τον Πανα το ποιμνιον ἀνικ' εβαλλε.

Nisi quod existimari possit ibi relinqui quod a Daphnide suppletum erat, qui ita præiverat: v. 6.

Βαλλει τοι Πολυφαμε το ποιμνιον ἁ Γαλατεια
Μαλοισιν. ——

quod notissimum ex Comico est. Sed et το βαλλειν, et βαλλιζειν, καθ' αυτο absoluteque ita sumi putarim: nam et βαλλιζει φυλλα και καρφεα ea notione dixit Sophron, pro *exagitare aliquem*, και ερεθιζειν: quem, ut solet, in animo habebat. Ejus locus lepidissimus est: "Θασαι δ' ὁσα φυλλα και καρφεα τοι παιδες τους ανδρας ΒΑΛΛΙΖΟΝΤΙ, ὁιον περ φαντι φιλε τους Τρωας τον Αιαντα τω παλω." Heins. LECT. Theocr. c. xi.

Vid. ad Idyll. V. 88. Et Anth. I. xxxviii. 8. IV. ix. 18. VII. 51. 167.

V. 22. — Ποθορημι. —] Scribendum ποθορωμι Dorum hæc loquendi ratio, qui ita, cum optant, præcidunt et amputant. Pro ὠ ΕΙΘΕ ὁρωμι. Sic Idyll. VII. 156. Αυθις εγω παξαιμι, pro ΕΙΘΕ παξαιμι. Heins. LECT. Theocr. c. xi.

Optimus Codicum nostrorum dat ποθορωμαι.

V. 23. — Ὁ μαντις ὁ Τηλεμος. —] Vates Telemus Eurymides, cujus utique mentio fit, Odyss. IX. 509. Prædixerat autem Polyphemo, cujus in hoc Idyllio personam sustinet Damætas, oculum ei unicum Ulyssem ablaturum. Ovid. Met. XIII. 771.

Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit, lumenque quod unum
Fronte geris media, rapies tibi dixit, Ulysses.

V. 25. Αλλα και αυτος εγω κνισδων παλιν. —] Alibi *pruritum movere.* Ut Idyll. IV. 59. Τας πολ' εκνισθη. Vide et VII. 110. Strato, in inedito prius epigrammate, MSS. Anthol. Ceph. I. 129.

Παις, ἀπαλος τις ὁλως του γειτονος ουκ ολιγως με
ΚΝΙΖΕΙ. ——

Ibid. Strato, Carm. 12. ined.

Εγω

Εγω πω πρενεικα λαλημαλα, και τα περ εργων
Παιγνια, πληκλισμοι, ΚΝΙΣΜΑ, φιλημα, λογος.

Lege Προυνικα, *præcurſoria.* Vide ſis et Epigr. Anth. Ceph. apud Dorvil. Chariton. Animadv. p. 24. Μηπω ΚΝΙΣΜΑΤ' ονυξιν εχοι. Necnon Meleagri, Anthol. Planud. VII. 185. Κερος δ' ακρονυχα δισσα ΚΝΙΣΜΑ πυρος, &c. Quod eſt et Anthol. C. Cephalæ. L. I. Carm. 86. Meleager etiam in nondum vulgato Carmine MSS. Ceph. L. I. 117.

Ηρκται μεν κραδιας ψαυειν πονος, η γαρ αλυων
Ακρονυχι ταυταν ΕΚΝΙΣ' ο θερμος Ερως,
Ειπε δε μειδησας, εξεις ταχυ το γλυκυ κραμα
Ω δυσερως, λαβρω πιομενη μελιτι.

Reliqua, ſupremum nempe diſtichon, alibi hic publicavimus. Confer et Anth. III. xii. 8. VII. 17. Necnon L. III. Anth. Ceph. C. 321. 332. 338. Quæ vox eſt ex eroticis, et obſcænior alicubi.

V. 32. — Αυταρ εγω κλασω θυρας, ες. —] Caſaubonus, c. viii. bene monuit ſcribendum fore κλασω, vel κλαξω, cum ſubſcripto ι. Dores autem volunt ες pro ες, ut jam dictum eſt. Florentina porrigit κλαξῶ.

V. 33. — Στορεσειν καλα δεμνια τασδ' επι νασω.] Heinſius, ubi ſupr. ſcribi vult ταδ'. Ut ſit, *Hic in inſula.* Nam ἁ ΝΑΣΟΣ, inquit, ubique Theocrito eſt SICILIA, quæ ſedes etiam Cyclopis erat. Vide Idyll. XVI. 85. Cæterum nugæ ſunt plane difficiles, quæ magna ille opera, de voce στορεσαι, ſubinde commentus eſt. Torum jugalem ſimpliciter Cyclops intelligit.

V. 34. Και γαρ, &c. —] Virgilius, Ecl. II. 25.

Nec ſum adeo informis; nuper me in littore vidi,
Cum placidum ventis ſtaret mare. ——

Cæterum quæ Cyclopi noſtro, non æque Corydoni Virgiliano, conveniebant. Aptiſſimum Speculum Giganti magnus oceanus, marinum prætereà littus incolenti. Quin et præclara eſt imago Cyclopis rupi inſidentis, formamque ſuam, vaſtam et immanem, in tranquilla maris unda reflexam, contemplantis; inter cætera dentium nitorem, quod maxime quiddam giganteum præ ſe ferre videtur. Porro referendus huc Philoſtratus in Iconibus, de pictura quadam Cyclopis et Galateæ. Cyclops vero pingitur, Καρχαρως δε υποφαινων οδοντας εκ βορω τω φυεια. *Serratos oſtendens dentes ex immani barba.* Dein de Galatea, Ἡ δε, εν απαλη τη θαλασση παιζει, &c. *Ipſa vero in molli ludit æquore,* Icon. L. II. pag. 811. Par. ed. Hinc Ovidii Polyphemus, Met. XIII. 840.

Certe ego me novi, liquidæque in imagine vidi
Nuper aquæ, placuitque mihi mea forma videnti.

V. 39. — Τρις εις εμον επτυσα κολπον.] Homines arrogantes, et qui magnos ſpiritus ſibi ſumebant, jubebantur ab amicis, admonitione urbana, εις

κολπους

κολπους σπυειν. Ex quo mos ille fascinum metuentium dimanavit; qui propterea amabant *in sinum spuere*, ut invidiam oculi deprecarentur venenosi; quam nimia insolentia provocabat. Heins. Lect. Theocr. c. xi.

Vid. Idyll. II. 62. VII. 127. Miror hic in versiculo Callimachi, a Scholiaste adducto, Heinsium non vidisse scribendum τρις pro τι. Quod poetæ sui textus ultro dictabat; et Bentleius postea reponebat, ad hoc Callimachi fragmentum. Fragm. Bentl. ccxxxv. Solenne fuisse TER *despuere*, facile probari posset. Omnia præterea, quæ de terno in re magica numero, possent afferri, dudum dicta sunt et vulgata. Apponendus tamen insignis Athenæi locus, qui mire cum hoc versiculo consentit. L. XIX. 394. De Columbis. Γενομενων των νεοττων, ὁ ἀῤῥην ΕΜΠΤΥΕΙ, ὡς μη ΒΑΣΚΑΝΘΩΣΙ. *Pullis mas* inspuit, *ne* fascinentur.

V. 40. — Γραια κοτυτταρις. —] Venefica, non vero nomen proprium. Sacrificula, quæ circa ritus Cotyttûs versabatur. Sic Idyll. III. 31. habetur γραια κοσκινομαντις, simili fere appositione et sensu. Eadem vox pro vetula venefica occurrit, Antholog. Planud. II. ix. 5.

> Ἡ πολιη κροταφοισι ΚΟΤΥΤΤΑΡΙΣ, ἡ πολυμυθος
> Γραια. ————
>
> *Cana in vertice* Cotyttaris, *loquax illa*
> *Anus.* ————

Ubi Nicharchus, ut solent epigrammatistæ, manifesto Theocritum respexit. Denique apud Horatium artes magicæ dicuntur in genere Cotyttia. Epod. XVII. 56. Sed horum sacrorum ritus aliunde petendi sunt.

IDYLLIUM VII.

HACTENUS in Sicilia, cum antiquo Cyclope, ſuaviter egimus. Nunc in Co proficiſcimur; ubi nos Theocritus noſter, ταυτη τη νησω επιδημησας, ut loquuntur critici, lauta adventitia excipit. Cujus fercula toto Idyllio, tanquam θεων δαιτες, apponuntur. Heinſ. Lect. Theocr. c. xii.

Profectò, nullibi carmen conditius habet omnis antiquitas. In quo quidem, non modo multum bucolicæ ſuavitatis ineſt, ſed et feſtivitatis veteris, cujus gratiis et ſapore Theocritus abundat ut plurimum.

V. 1. — Εις τον ʽΑλεντα.] Cujus condimenti delicias cum non guſtaret Græcus interpres, merito id præterire potuit, aut faſtidioſo ſtomacho non concoquere. Nota omnibus ſunt quæ de voce ʽΑλεντος primo diſputat; in quibus, ut probet eſſe δημον της Κω, quas non moleſtias ſubit? Dicitur hoc loco ἑρπειν ες ʽΑλεντα, ſicut ſupra, αγειν επ' Αλφεον. Ubi Ægon paſtor, qui ad Olympiam profectus erat, quam Alpheus præterlabitur, ratione familiariter Doribus uſitata, dicebatur, επ' Αλφεον iviſſe. Sicut hic qui extra urbem deambulabant, ubi Halens fluvius labebatur, dicuntur ες ʽΑλεντα, vel ες ʽΑλεντα procedere. Dores in locorum deſignationibus nil præter fluvios nominant. Talia ſunt toto hoc opere infinita propemodum. Tale eſt de quo Idyllio primo diſputavimus, ὑμνος εφ' ʽΙμερα, et ποιμην ποτ' Αναπω, et νομευειν επ' Αισαροιο, et αμαν ποτ' ʽΙπποκρωνι. Cujus rei rationem non diſpexerunt apud Maronem interpretes, qui Siculum loquendi genus imitatus, eos qui in Olympia certabant, contentus fuit ab Alpheo fluvio deſignare. Georg. III. 19.

Cuncta mihi Alpheum *linquens lucoſque Molorchi,*
Curſibus et crudo decernet Græcia cæſtu.

Nec aliunde venuſtatem ſuam traxit illud lacteum, illud divinum, illud quovis melle dulcius: quod paulo poſt in hoc Idyllio habebimus: v. 115.

ʽΥμμες δ', ʽΥΕΤΙΔΟΣ και ΒΥΒΛΙΔΟΣ αδυ λιποντες
Ναμα, και οικευντες ξανθας ἑδος αιπυ Διωνας.

U Ubi

Ubi Amorculos, et minutos Veneris pusiones, poeta jubet linquere HYETIDIS et BYBLIDIS aquas, sicut Virgilius τους εν Ολυμπια αγωνιζοντας, ALPHEUM. Et illud, hoc eodem Idyllio: v. 111.

> Ειης δ' Ηδωνων μεν εν ωρεσι χειματι μεσσω,
> ʽΕΒΡΟΝ παρ ποταμον τετραμμενος, εγγυθεν αρκτω.

Et illud in descriptione lugentis, και παθαινομενου, του Δαφνιδος: v. 75.

> ʽΙΜΕΡΑ αιτε φυοντι παρ' οχθαισιν ποταμοιο.

Dictum est non aliter, ειρπομες εις τον ʽΑλεντα, quam illud, ʽΕβρον παρ ποταμον τετραμμενος. v. 112. Nam ita integer tractus designatur, qui extra Syracusas est. Quæ res non percepta quantæ ατοπιας causa fuerit, in quam se præcipitarunt Scholiastæ, continuo apparebit. Frustra enim laboramus nisi hoc sciamus quam Theocritus τὴν πολιν vocet. Quod si intelligamus, sciemus et illud, in quo toto Idyllio Scholiastæ nugantur, ubi collocanda sit scena Dramatis. Nam Græci, qui illa perperam videntur cepisse, aut negligenter inspexisse quæ in argumento dicuntur, constituunt totum εν Κῳ. Itaque lepide et venuste omnes locos quotquot hoc Idyllio occurrunt, quanuis in media Sicilia sint, in Co locant: quæ ανιστορησια perpetua est. Sicut ἡ ΝΗΣΟΣ Siculis est Sicilia, το αστυ Athenæ: ita ἡ ΠΟΛΙΣ Syracusæ. Si qui hic aliam urbem commenti sunt, nihil se indignum fecerunt. Propterea quæ de Halente notarunt, sicut reliqua omnia quæ de locis propriis quorum in hoc Idyllio fit mentio, putida sunt, inepta, et ex ignorantia nata. Non est alius Halens ab eo fluvio qui Idyllio V. commemoratur: v. 123.

> Ενθων ταν κυκλαμινον ορυσσε νυν ες τον ʽΑλεντα.

Εις τον ʽΑΛΕΝΤΑ deambulare dicitur εκ πολιος, qui relictis Syracusis per agrum Siculum iter suscipit. Heins. LECT. Theocr. c. xii. Idem paulo inferius. —"Sciat hoc semel lector. Scenam hujus Idyllii non επι της Κω κεισθαι, sed επι Ιταλιας, in Italia dico et Sicilia. Quicquid enim repræsentatur, antequam ad Co perveniatur, absolvitur; ac, prius quam iter poetæ, terminatur Idyllii καταστασις." Hæc Heinsius.

Hoc Idyllium nonnulli Theocrito, licet eo sit omnino dignissimum, penitus abjudicant. Dubitari certe potest an Insulam Co poeta noster unquam inviserit: ut ab homine quodam Coo potius videatur carmen profectum. Omnia quidem sunt ab homine Syracusano prorsus aliena. Hoc probat rerum Coarum notitia, amicitia cum Cois hominibus inita, vinumque præterea Pteleaticum. Adeo ut qui scripserit, necesse est ut Coos mores ex longo convictu ac consuetudine perspectos habuerit, et familiares sibi reddiderit. Poterat quidem Theocritus noster alienos induisse mores, alienam personam sustinuisse. Sed hoc non solent poetæ veteres. Quod si ΕΥΚΡΙΤΟΣ, v. 1. et 131. non sit Græcum nomen proprium legitimum, commodum rescribas ΘΕΥΚΡΙΤΟΣ. Eam si lectionem concedas, Theocritus noster significari possit; qui tamen ea ratione non erit auctor Idyllii: et profecto,

profecto, pæne inducor ut credam, conscriptum fuisse a Simichida poeta quodam Coo. Vid. v. 21. 50. Sunt tamen qui sub hoc nomine Theocritum volunt adumbrari. Interea notandum puto, Etymologicum magnum, V. ΔΙΕΚΡΑΝΩΣΑΤΕ, hoc Idyllium Theocrito diserte tribuisse. In argumento manuscripto hujus Idyllii, Codicis nempe tertii Vaticani, ita legitur: "Τα δε πραγματα διακειται ΕΝ ΚΩι." Hanc litem dijudicent eruditiores. Quod et nos alibi tractabimus. In aliquo Vaticanorum titulus Idyllii est, ΘΑΛΥΣΙΑ η ΕΙΑΡΙΝΟΙ ΟΙΔΟΠΟΡΟΙ, ΛΥΚΙΔΑΣ και ΘΕΟΚΡΙΤΟΣ. Quibus, in nonnullis, subjicitur Δωρικη. Vid. Not. seq. et Hom. Iliad. IX. 530. Et Athen. III. 114. De pane Thalysio.

V. 3. Τα Δηοι γαρ ετευχε Θαλυσια, &c.] De titulo hujus Idyllii reformando, pluribus frustra disseruit Heinsius, c. xiii. THALYSIA enim dicitur, quæ Cereri fiebant autumno post frumentum conditum, et VERNUM ITER. Dicitur et ab Etymologico, ΘΑΛΥΣΙΑ et ΛΥΚΙΔΑΣ. Quæ res inter se non bene conveniunt. Fatemur hæc quidem: sed hi sunt Tituli diversarum partium ejusdem poematis, quas imponere solebant grammatici. Vid. Not. ad Idyll. XXV. 85. Et Not. ad v. 51. inf.

V. 4. — Αντιγενης. —] Nomen bucolicum, quod a Siculo nostro deprompsit Virgilius, Ecl. V. 89.

V. 5. — Καων. —] Vult Κωων, ex Co, Heinsius, c. xii. Cujus rationes, utpote longiusculas, e longinquo petitas, et parum probabiles, ignoscet facile lector, si minus in medium proferam. Casaubonus, c. ix. antiquam lectionem, cum Græcis interpretibus, agnoscit et illustrat. Χαων est vox Dorum propria. Intellige viros, *bonos*, *nobiles*, *antiquos*. Ut colligere est ex Hesychio, Suida, Æmylio Porto, scholiisque nostris. Porro animadvertas hic dici, Καων των ετ' ΑΝΩΘΕΝ. Quomodo locutus est noster in Epigrammate venustissimo de Anacreonte, Epig. XVI.

Ανακρεοντος εικον' ειδον εν Τεῳ,
  ΤΩΝ ΠΡΟΣΘ' ει τι περισσον ωδοποιων.

Anacreontis simulachrum vidi in Teio,
  Excellentis *siquid* ANTIQUORUM *præstans fuit.*

Totus præterea contextus, ne citem Codices, hanc lectionem comprobat. Reponit Reiskius, in fine versiculi, Κλυτιας τε κ' αγαυω. Sc. Χαλκωνος.

V. 6. — Βυρειαν. —] Βυριννα, aut Βυριναν mavult Heinsius, c. xiii. Ut Aldus, et in margine Stephanus. Nostra est Calliergi. Βυρειναν habent editiones Venetæ. Βυριναν legerat Eustathius, ad Periegetem, v. 511. Sed facile nascuntur ejusmodi discrimina: adeo ut vix operæ pretium sit indicasse. Historiam petas e Græcis scholiis. Vide sis etiam Diodor. Sicul. Wesseling. II. p. 299. Cave autem credas Eustathio; qui dicit, in loco citato, hunc fontem esse in Italia, cum sit in Co.

Ibid. — Εκ ποδος. —] Vir doctus ad oram libri sui notaverat. "Aut lege ποδυ, aut ποδος του ορεος intellige." Potest εκ ποδος esse, *ab impacto pede.*

V. 8.

V. 8. — Εφαινον.] Ingeniosissime conjecit Heinsius, ubi supr. legendum, *ὑφαινον, umbram* CONTEXEBANT. Etsi fatemur Homeri versiculum magno viro facem præluxisse, Iliad. III. 212. Scholia hic exponunt ΦΑΙΝΕΙΝ, *ποιειν, facere, reddere:* probante Casaubono, c. ix. Atqui, per metaphoram, εξυφαινω et ὑφαινω, quasi literaliter, *conficere,* vel quid simile, nonnunquam significant. Pindarus, Τιν δε τετων ΕΞΥΦΑΙΝΟΝΤΟ χαριτες. *Gratiæ hæc tibi* PARANT, EFFICIUNT. Pyth. IV. 490. Habentur et de melle conficiendo. Dixit et Xenophon ὑφαινειν οικον. Hesychius, ῾ΥΦΑΙΝΕΙΝ. Παρασκευαζειν. Hisce plura possis adjicere e doctis viris ad Callim. Hymn. Apoll. v. 57. Vid. ad Idyll. IX. 28.

V. 10. — Το σαμα, &c.] Virgilius, Ecl. IX. 59. Quasi versiculorum particulas, ordine et loco verborum servatis, expresserit.

> —— Jamque sepulchrum
> Incipit apparere Bianoris. ——

Unus e Baroccianis offert καταβαινετο, pro καθεφαινετο. Sed, ut taceam cætera, lectionem hodiernam confirmat hæc interpretatio Virgiliana.

V. 13. — Λυκιδαν. —] Calliergus, cum Codicibus, dat Λυκιδας. De quo ita Reiskius. — Cretensis fuit, et videtur eodem tempore Alexandriam, aut sponte sua, aut accitu regis Ptolemæi, profectus esse, quo Theocritus; et in illo itinere cum Syracusano poeta in Asia congressus fuisse: si modo carmen hoc a Theocrito profectum est. Vid. ad v. 37.

V. 16. — Νεας ταμισοι. —] In THALYSIIS, quæ ecloga omnium Theocriti reliquarum est regina et princeps, atque adeo medulla quædam in hoc corpore bucolico, accurate describitur ες ποδας εκ κεφαλης Caprarius homo his verbis, sc. A v. 12. Και τιν, &c. usque ad κορυναν, v. 19. Hic nota est Græci interpretis glossa, quæ exponit νεας ταμισοιο, πιτυας προσφατου. Vetustiores tamen paulo curiosius hoc acceperunt; qui νεον ταμισον dici voluerunt, τὴν του εριφε. — Ita certe si interpretemur, multo majus ὁ του ΑΙΠΟΛΟΥ hoc in loco servatur χαρακτηρισμος. Heins. LECT. Theocr. c. xxvii.

Expendat lector curiosus verba doctissimi ad Nicandrum interpretis; quibus hanc expositionem loci suavissimi confirmare conatur Heinsius noster.

V. 18. — Πλακερω. —] Calliergus πλοκερω. Quod in scholiis affertur, ab eodem forte Calliergo: et exprimitur in textu Stephani.

V. 19. — Σεσαρως.] Hanc vocem non alibi apud nostrum reperiri notant Scholiastæ. Occurrit tamen Idyll. XX. 14. Quod ideo non esse Theocriti concedemus? Poterat quidem vocula legentium memoriam fefellisse. Sed hoc alibi videbimus. Habet Meleager, σιμα ΣΕΣΗΡΩΣ μυχθιζεις. Anth. VII. 107.

V. 21. Σιμιχιδα, πα δη, &c.] Idem fere sonat apud Maronem Pastoris Lycidæ sciscitatio, Ecl. IX. 1.

> Quo te, Mœri, &c.

Ibid.

Ibid. — Μεσαμεριον. —] Adverbialiter. Subintellige κατα, vel περι, το. Ut Idyll. I. 15. Et X. 48. Sic Anthol. Planud. L. IV. c. xii. Car. 78.

Χ'ωποιμην εν ορεσι ΜΕΣΑΜΒΡΙΝΟΝ εγγυθι πηγας
Συριστδων. ————

Et pastor in montibus meridie *prope fontem*
Fistula canens. ————

Ita quoque in epigrammate inedito Meleager. Antholog. MSS. C. Cephalæ, Lib. I. Car. 118.

Ειvοδιον στειχοντα ΜΕΣΗΜΒΡΙΝΟΝ ειδον Αλεξιν,
Αρτι κομαν καρπων καιομενε θερεος·
Διπλαι δ' ακτινες με κατεφλεγον· αἱ μεν ερωτος,
Παιδος απ' οφθαλμων, αἱδε παρ' ηελιε.
Αλλ ἁς μεν νυξ αυτις, &c.

In via incedentem MERIDIE *vidi Alexin,*
Jam comas frugum torrente æstate:
Duplices vero radii me incendebant: hi quidem amoris,
Pueri ab oculis, hi a sole.
Illos quidem nox rursus, &c.

Nisi forte conjungas adjective μεσημβρινον cum Αλεξιν. Sic et in priore exemplo, ex Anthologia Planudea, possit quis rescribere μεσαμβρινος, ut cohæreat cum Χ'ωποιμην. Qua ratione habemus ποιμενας ενδιες, Idyll. XVI. 95. Porro videtur illud μεσαμβρινον, adverbialiter nempe, idem esse atque ποτι τ'ωνδιων, vel ωνδιον, sc. ενδιον, *Meridie.* Callimach. Hymn. in Cerer. v. 39. Vid. Not. ad Idyll. XVI. 95. Pæne me fugerat, Scholiasten hic legere ποδα pro ποδας. *Meridianum pedem.* Nonnullæ etiam legunt το pro συ. Malo συ. Bene possis et reponere μεσαμεριος. *Tu meridianus.* i. e. Meridie. Refer huc ΜΕΣΗΜΒΡΙΝΑ μηλα, Antholog. Lib. IV. cap. xxvii. 21. Necnon ΕΝΔΙΟΙ ακρεμονες. Ibid. I. xx. 6. Quin et Nonni, ΜΕΣΗΜΒΡΙΝΟΝ ηχον. Dionys. XLVIII. p. 1267. v. 2. Confer Not. ad Idyll. XXI. 39.

V. 22. Ἁνικα δε και σαυρος, &c. —] Virgilius, Ecl. II.

Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.

Adjicit Theocritus; *Nunc nec Alaudæ vagantur.* In istis regionibus, ubi gravior æstus, altissima quies et summum silentium meridiani temporis esse solet. Hinc suavissimus, μεσημβρινος ὑπνος. Ut Anthol. III. xxiv. 5.

V. 23. — Επιτυμβιδιοι κορυδαλλιδες. —] Quæ de significatione vocis επιτυμβιδιοι commentati sunt interpretes Græci, forte non injuria, rejicit Heinsius, c. xii. xxvii. Τυμβος, inquit, est agger terræ, vel tumulus, in quibus libenter istæ aves versantur: ac potissimum, cum ex aere passis alis, leviterque concussis, stridula voce descendunt.

V. 25. Πασα λιθος πταιοισα ποτ' αρβυλιδεσσιν αειδει.] Commode quidem notavit Heinsius, c. xiii. Bœotos homines calceis illis, inter eundum reso-

 nantibus,

nantibus, ligneis ſcilicet, uſos fuiſſe, ad calcandas uvas et oleas. Ex quo Lycidas urbaniſſimum ſcomma deduxit; qui, occurrente in via cum ejuſmodi Simichida, quærit an e torculari redeat. De crepidis et ſoleis, hoc etiam adducto Theocriti loco, non minus ſalſe quam docte, diſputat Voſſius, Obſervat. in Catull. pag. 290. ſeq. 1684. His adjice locum Euripidis citatum in Macrob. Saturnal. V. 18. Occurrit Λυκαστειων ενδρομις ΑΡΒΥΛΙΔΩΝ, Anthol. IV. xii. iii. In habitu Dianæ. Memoratur et Anacreon, alterum των δισσων ΑΡΒΥΛΙΔΩΝ, probe jam temulentus, amiſiſſe. Ibid. cap. xxvi. Car. 15. Pro quibus βλαυτιον, et σανδαλον, adhibentur in ſequentibus, 17. 18.

V. 35. Αλλ' αγε δη, ξυνα γαρ οδος, ξυνα δε και αως.] Ita ſcribit hunc verſiculum, limatiſſimus homo, Valckenarius.

—— Ξυνα γαρ οδος, ξυνα δε και ΩιΔΑ.

In Notis ad Moſchi Epitaph. Bionis, pag. 81. Ad Calc. Virgilii collat. Script. Græc. &c. ut. ſupr. viz. Leovardiæ, 1747. Vulgatam tamen ita Reiſkius gnaviter et docte defendit. — Eſt vulgata, ſi ſemel ejus vim perſpexeris, exquiſitior atque elegantior. Sententia hæc videtur eſſe. Age, bucolico certemus carmine, quoniam hoc matutino tempore, quod nos pariter nunc agimus otioſum, viam quoque agimus eandem. Poeta itaque αω appellat illud tempus diei, quod ab ortu ſolis ad την πληθουσαν αγοραν, ſeu meridiem ferme, vacuum aliis negotiis effluit. Quo tempore obambulare ſolebant, donec tempus inſtaret in forum coeundi, et negotiis forenſibus vacandi.

V. 36. — Ὥτερος αλλον ονασει. —] Attici non magnum faciunt diſcrimen inter αλλος et ἑτερος. Quamvis hic culpetur a Scholiaſte poeta, quod hoc illi ſubjecerit.

V. 37. — Καπυρον στομα. —] Similiter Moſchus, Epitaph. Bion. v. 94. Quin et, Ομματι μειδιοωντι, ſupr. v. 19. tranſtulit, e noſtro Moſchus, ibid. v. 97. Subnotandum eſt tamen, verſiculos illos Moſchi, ubi hæc occurrunt, ut quidam autumant, cum paucis aliis, eſſe ſuppoſititios; et a Marco Muſuro, viro Græce doctiſſimo, ad ſupplendam lacunam Codicis Aldini, concinnatos. Verſiculi ſex, qui ſequuntur nonageſimum tertium, putantur eſſe ſuppoſititii illi, M. Muſuri; et omittuntur in Editionibus Vulcanii, Heinſii, ac Davidis Whitfordi. Inter eos porro, mentio fit Lycidæ, quaſi poetæ, viz. v. 98. Cui conferas Lycidam illum, qui v. 13. Muſis dilectus, et v. 21. eximius fiſtulator, memoratur: idem nempe, qui deinceps cantilenam pulcherrimam canit. Porro quod ad illud Μουσαων ΚΑΠΥΡΟΝ ΣΤΟΜΑ attinet, haud temere notandum eſt, Athenæum, τας καπυρωτερας ωδας opponere εσπουδασμεναις. viz. Οὑτος γαρ τας ΚΑΠΥΡΩΤΕΡΑΣ ωδας ασπαζεται μαλλον των ΣΠΟΥΔΑΣΜΕΝΩΝ, οἱαι εισιν αἱ Λοκρικαι καλουμεναι, &c. *Hic enim canticis* levibus et libidinoſis, *magis quam* honeſtis et gravibus, *delectatur, qualia ſunt quæ Locrenſia vocata*, &c. L. XV. p. 697. Καπυρος de riſu prædicatur ut plurimum. Vid. Wolf. Poetr. Gr. p. 82. Magna ex parte nos

nos fugiſſe videtur hujuſce dictionis in Theocrito venuſtas proverbialis. Confer inedita ſcholia. Porro apud Athenæum habemus,

— Χοιρειων Σκελη ΚΑΠΥΡ'. —

Suum crura ferventia. III. 96. Anne a καζαπυρος? Sic, ſcribendum καπ-πυρα. Sed ita laboraret Iambus. Eſt enim in Senario Antiphanis. Simili ratione καπιτων, Pind. Olymp. VIII. 50. Et Homer. Odyſſ. XVII. 32. Καςορυνουσα. Vid. ad Idyll. II. 24. Vide ſis et epigramma Poſidippi, apud Athen. X. 414. Habet Lucianus, ΣΤΡΙΖΩ πανυ ΚΑΠΥΡΟΝ. Dial. p. 93. Ed. Bourdel.

Ibid.] Hunc, et qui ſequuntur verſiculos quatuor, ad verbum fere Maro reddidit, Ecl. IX. 32.

——Et me fecere poetam
Pierides; ſunt et mihi carmina: me quoque dicunt
Vatem paſtores, ſed non ego credulus illis.
Nam neque adhuc Varo videor, neque dicere Cinna,
Digna; ſed argutos inter ſtrepere anſer ololes.

Sicelidam Samium et Philetam poetas, quorum in locum Virgilius Varum et Cinnam ſuffecit, enarrant interpretes Græci. Vide Moſchi Epitaph. Bion. v. 95. 99. Qui tamen verſus inter ſuppoſititios prædictos recenſentur.

V. 43. — Κορυναν δωρησομαι. —] Virgilius, Ecl. V. 83.
At tu ſume pedum. ——

Δωρυσομαι, Dorice. Cæterum reclamant editi libri, tum ſcripti plerique.

V. 44. Παν επ' αλαθεια πεπλασμενον εκ Διος ερνος.] Verſiculus Attico ſapore conditus. Ερνος, ad quiddam præſtans et eximium denotandum, ita metaphorice apud Græcos auctores non infrequenter adhibetur. Meleager, in Corona Muſæ Stratonicæ, de Muiſco puero. Anth. C. Ceph. Lib. I. Carm. 243. Apud Reiskii Notit. Poetar. Anth. MELEAGER.

Ἁβροκομην δε Μυισκον, αειθαλες ΕΡΝΟΣ ελαιης.
Mollibus comis Muiſcum, ſemper florens germen *olivæ.*

Necnon in epigrammate inedito, MSS. Anthol. ejuſdem Cephal. L. I. Car. 95.

——— Ἁβρον
Στασικρατη, Παφιης ΕΡΝΟΣ ιοςεφανυ.
——— *Mollem*
Staſicratea, Veneris germen *violis coronatæ.*

Ita fere Ibycus in Fragmento, De Euryalo puero. Græcor. Poetar. Tom. II. pag. 100. Colon. Allobrog. 1614. fol. Ex Athen. L. XIII. 564.

Ευρυαλε, γλαυκεων Χαριτων ΘΑΛΟΣ,
Καλλικομων μελεδημα. ———
Euryale, cæſiarum Gratiarum Germen,
Pulchricomarum cura. ———

Ubi

Ubi forte legas ΚΑΛΛΙΚΟΜΟΝ μελεδημα. PULCHRICOMA *Cura*. Sc. *Puer*. Suaviſſime etiam Noſter Niciam vocat, Idyll. XXVIII. 7.

> Νικιαν Χαριτων ἱμεροφωνων ἱερον ΦΥΤΟΝ.
>
> *Niciam Charitum ſuaveloquentium* plantam.

Vid. Ariſtoph. Eccl. 965. et Meleagrum, Anth. III. xii. 22. Et Homer. Odyſſ. L. VI. 157. Et confer Idyll. XIII. 27. Nonnulla congeſſit vir doctus ad Oppianum, Miſcell. Obſervat. Vol. IV. Tom. I. pag. 13. 14. Vide et Ritterſhus. Oppian. Cyn. I. 3. Addo Meleagri epigramma ined. MSS. Anth. Ceph. I. 117.

> Εξ ου δη νεον ΕΡΝΟΣ εν ηϊθεοις Διοφαντυ
> Λευσσων, ουτε φυγειν, ουτε μενειν δυναμαι.

Ubi lege Διοφαντον.

> *Ex quo* novum germen *inter pueros Diophantum*
> *Adſpiciens, neque fugere neque manere poſſum.*

Quibus plura adhuc, qui poſſint et velint, adjiciant otioſi.

Jovem his adhibitum putant Scholiaſtæ, " ὁτι αψευδης εϛιν ὁ Ζευς." Bono hic certe ſenſu, et ad eam præſtantiam deſignandam quam vult poeta, adhibetur ὁ Ζευς. Jovem vero vanum mendacemque vocare, nonnunquam Græci poetæ parum reformidant. En, ea de re, vetus Epigramma Meleagri, nondum editum. MSS. Antholog. C. Cephalæ, ut ſupr. L. I. Carm. 74.

> Στησομ' εγω και Ζηνος εναντιον, ει σε, Μυϊσκε,
> Αρπαζειν εθελοι νεκταρος οινοχοον.
> Και τοι πολλακις αυτος ἐμοι ταδ' ελεξε, τι ταρβεις;
> Ου σε βαλω. Ζηλοις; Οιδα, παθων, ελεειν.
> Χ'ω μεν δη ταδε φησιν· εγω, δ' ην μυια παραπτη,
> Ταρβω, μη ΨΕΥΣΤΗΣ ΖΕΥΣ επ' ἐμοι γεγονεν.
>
> *Stabo ego et adverſus Jovem, ſi, te, Muiſce,*
> *Abripere velit*, tanquam *nectaris miniſtrum.*
> *Et profecto ipſe Jupiter ſæpe mihi hæc dixit: Quid times?*
> *Non te tangam. Æmularis? Novi, mala paſſus, miſereſcere.*
> *Ille quidem hæc dixit: Ego vero, ſi vel Muſca te contigerit,*
> *Metuam, ne mendax in me Jupiter fieret.*

V. 45. — Ετωσια μοχθιζοντ.] Ita Tryphiodorus, v. 122.

> Μοχθιζειν ατελεϛα και αχρεα. ———

Apollonius Rhod. II. 895. Ετωσια γηρασκουσιν. Conf. Idyll. XXII. 102. Adverbialiter quaſi ſumptis caſibus illis accuſativis. Porro, κοκκυζειν eſſe proprium Gallorum diſcimus ex Athenæo, L. XII. 532. Adhibe Pindar. Olymp. II. 157.

V. 46.

V. 46. — Ωρομεδοντος.] Mons ab Oromedonte gigante ibi occiſo, ita dictus. De quo, ſi memini, Propertius.

> Te duce, vel Jovis arma canam, cœloque minantem
> Cæum, et Phlegræis Oromedonta jugis.

Codicum nonnulli, quos nunc præ manibus habeo, proferunt Ωρομεδοντι.

V. 47. Και μοισων, &c.] Quæ non ſunt poſſibilia nonnulla caprarius hic noſter adducit. Operam, inquit, perdet, quicunque Homerum ſtudeat imitari. Facili hæc planoque ſenſu volumus accipienda; quodcunque venuſtatis reconditæ hic ſibi videatur Heinſius extudiſſe. Qui videlicet ita locum interpretatur. "Fruſtra eſt GALLUS Muſarum, quicunque illum GALLUM crocitu laceſſit. *Vel*, Qui Chio illi GALLO obſtrepit." c. xii. Forſan per contemptum dicantur inferiores illi poetæ, qui cum Homero certant, AVES, cum ſit ſupremus ille poetarum, CANTOR κατ' εξοχην. Sed et hoc fortaſſis arceſſitum. Poetam ſæpe GALLO deſignari, docet Dorvilius, Vann. Crit. VII. 5. pag. 149. Vid. ad v. 45. ſupr. Idyll. XII. 7. Et Athenæum, IX. 373.

V. 51. Τυθ' οτι πρᾳν εν ορᾳ, &c.] Repono, Τυθ' ὁ τι πρᾳν ὡρῃ. Nunc quomodo intelligendus ſit poetæ locus, ſi ita legimus, oſtendemus. Carmen quod Ageanacti ſcripſerat Lycidas, hujus Idyllii pars præcipua eſt, non aliter quam in primo, cantio Thyrſidis. Sicut in ea Daphnis et dolor ejus; ſic hic Ageanax et ejus navigatio. Sicut illud inſcribebatur THYRSIS, ſic hoc a nonnullis LYCIDAS. In Amaranthi enim veteris Grammatici, qui in hunc poëtam commentatus erat, εκδοσει, ita inſcribebatur: ΛΥΚΙΔΑΣ η ΘΑΛΥΣΙΑ. Ut ex auctore diſcimus Etymologiarum: qui non aliam agnoviſſe videtur. Quid ergo de altera illa dicemus, quam nihilo minus antiquam arbitramur? Ejus rationem reddet hic verſus quem in manu habemus, cum eum ut legendum diximus interpretabimur. A navigatione Ageanactis inſcriptum eſt ipſum Idyllium. 'Οδοιπορια eſt ὁ πλυς. Apud poetam, Telemachus ὁδοιποριον nautis perſolvit, quibus in navigatione uſus erat. Gloſſæ in poetam: 'ΟΔΟΙΠΟΡΙΟΝ, το επι τον πλουν δειπνον, η αμοιβη. Eſt igitur ὁδοιπορια, ὁ πλυς, navigatio. Navigationem fuiſſe veteribus duplicem notum eſt, εαρινην και θερινην. Quarum altera uſitatior, ſed minus tuta: altera tutior, ſed minus uſitata. Quam Heſiodus longe præfert ubique, ut notant veteres, απεχθομενος τοις κατα θαλασσαν. ΕΑΡΙΝΗ 'ΟΔΟΙΠΟΡΙΑ, eſt, *verna Ageanactis navigatio*. A qua inſcribi meruit hoc Idyllion. In hanc amici ſui vernam navigationem, ſcripſerat vernum carmen Lycidas, quod ſuaviſſima vota continet, quibus Ageanactis abitum proſequitur. Hoc carmen ait a ſe ſcriptum fuiſſe πρᾳν ΩΡΑι, id eſt, *vere præcedente*, cum navigationem ſuſciperet Ageanax. 'Ωρα eſt το εαρ: nam et poeta modo ὡρα, modo ὡρα εαρινη, dicit. Sic ὡρα ετους cum dicunt, ver, et interdum æſtatem complectuntur. Heſychius, ὡρα ετους, καιρος ετους, το εαρ, η το θερος. Infra ὡριον ετος, in hoc ipſo carmine, dicitur ver et æſtas. Nam ita ſumere malo, quam ut

Y interpretes.

interpretes. Ετος ὡριον eſt annus ſine hyeme et autumno, anni pars altera: ſicut infra cum apes dicuntur ετος ὡριον paviſſe Comatam. Ὡρα igitur totum navigandi tempus eſt: ſed hic de vere malo accipere. Ὡραιος πλους, eſt, ὁ εαρινος: quamvis Heſiodus longe alio reſpectu τον θερινον πλουν ὡραιον vocat: quia ſolum tutum eſſe exiſtimat. Illi qui nec vere navigabant, nec æſtate, ναυται παρ᾽ ὡραν dicebantur: qualis ille naufragus, in quem poetæ noſtri extat epigramma:

> Ανθρωπε ζωης περιφειδεο, μηδε παρ᾽ ὩΡΗΝ
> Ναυτιλος ισθι· ὡς ȣ πολυς ανδρι βιος.

Iidem dicebantur, μη ὡραισι πλειν: nam ὡραι erant navigandi tempora. Comicus, Lyſiſtrate:

> Ελεγεν δ᾽ ὁ μη ὩΡΑΙΣΙ μεν Δημοστρατος
> Πλειν εις Σικελιαν, ἡ γυνη δ᾽ ορχȣμενη
> Αι αι Αδωνιν φησιν.

Unde notiſſima Atticorum imprecatio: μη ὡραισιν ἱκοιτο: quod toties in illorum libris. Id ego a navigationibus deſumptum eſſe mihi perſuadeo. De quo cum integram nuper diſputationem inſtituerint magni viri, longeque diverſam rationem afferant; non potui non hoc notare, cum præſertim maxime omnium nos juvet locus Platonis, qui ab ipſis adducitur: ubi ſuadet philoſophus ille amico cuidam, τον ενιαυτον τȣτον μειναι, απιεναι δε εις ὩΡΑΣ. Ὡραι autem tempora ſunt cum mare eſt πλωϊμον, ut Theophraſtus loquitur; ut Heſiodus, αμβατον: quod incipiebat eſſe circa prima Dionyſia Athenienſium: quo tempore Ageanactem profectum fuiſſe ſtatuamus; et, ut philoſophus loquitur, τȣτο κεισθω. Illo tempore ſuum hoc προπεμπτικον ſcripſit Lycidas: qui optat illi, ὡρια παντα γενεσθαι. Scribo itaque.

> Τουθ᾽ ὁ, τι πραν ὩΡΑι το μελυδριον εξεπονασα.

Heinſ. LECT. Theocr. c. xiii.

Notandum eſt interea, Euſtathium, ad Iliad. I. 18. 125. legiſſe, in hoc Theocriti, loco ὡρῃ pro εν ορει. — "Ὁ μελυδριον ὩΡΗι εξεπονασα. Τȣτεστιν, ὁρα το μελος, ὁ καθ᾽ ὩΡΑΝ επονησαμην." Nec male, ut putat Caſaubonus, c. xxiii. Niſi quod ei ſuſpecta grammatici memoria fuiſſet. Fateor illud tamen, εν ορει, ſingularem hic loci ſecum ferre proprietatem; quippe quod Paſtores Siculi in montibus, iiſque præcelſis, non modo pecora curaverint, ſed et omnem fere vitam tranſegerint; præſertim vero qui capros paſcebant. Addam, Codices Benedictinos, Laurentianos, reliquoſque, ni fallor, omnes, habere εν ορει. Interea non repugnabo, quo minus, lingua ſaltem bucolica, illud εν ορει ſumatur pro *in rure* in genere. Etenim alibi, apud noſtrum, quaſi ſimpliciter opponitur *Urbi*. Idyll. XX. 44. 45.

—— Τον αδεα μητε ΚΑΤ' ΑΣΤΥ,
Μητ' ΕΝ ΟΡΕΙ, φιλεοις. ——

—— *Suavem illum puerum neque* in urbe,
Neque in Monte, *osculeris.* ——

Sed hoc, ut prius dixi, lingua bucolica; quod nimirum pastores maxime degerent in montibus. Ita Bion, a Plutone ad vivos remittendus, dicitur *remitti* MONTIBUS. Mosch. Idyll. III. 126.

Και σε, Βιον, πεμψει τοις ΩΡΕΣΙ. ——

Et te, Bion, remittet Montibus. ——

Eadem styli bucolici ratione Bion utitur, de Adonide mortuo. Idyll. I. 7.

Κειται καλος Αδωνις ΕΝ ΩΡΕΣΙ, μηρον οδοντι
Λευκω λευκον οδοντι τυπεις. ——

Jacet formosus Adonis in Montibus, *femur dente*
Candido candidum percussus. ——

Moschus, in Idyllio supradicto, Montes silere dixit, mortuo Bione. v. 23.

ΩΡΕΑ δ' εστιν αφωνα ——

Montes *vero sunt muti.* ——

Ita vocatur Pan ὁ παρωρειτης. Anthol. IV. xii. 87. Vid. et ibid. 76. 118. Quod frequens quidem de Pane. Vid. et III. xxvii. 3. 4. Plura congerere prolixius esset. Vide tamen Epigramma ανεκδοτον, citat. ad Idyll. I. 64. Et Anthol. III. vii. 7. Meleagri.

Τι γλυκυ μοι, τι ποθεινον, εν ΩΡΕΣΙΝ; Ωλετο Δαφνις.
Quid suave, quid mihi desiderabile in Montibus? *Periit Daphnis.*

Addam unum hoc, Philostratum juniorem, vocare pastoralis fistulæ concentum, ατεχνως ΟΡΕΙΟΝ. *Pure Montanum.* Icon. pag. 851. B. Ed. Par.

V. 54. — Κ' Ωριων, &c. —] Tempus illud intelligit poeta, cum post Orionem occidunt Pleiades; periculosissimum quidem navigantibus.

V. 55. — Οπλευμενον. —] Calliergus expressit οπλωμενον. Quod habet Toletanus, teste Schotto.

V. 58. — Ὁς εσχατα φυκια κινῃ.] Quando Eurus commovet *extremas* algas. Scilicet algas in extremo litore, vel potius imo maris fundo, crescentes.

V. 60. Ορνιχων. —] Calliergus, Dorismi immemor, habet ορνιθων. Doricum est, quod semel hic moneo, ΟΡΝΙΞ, ορνιχος, pro communi ΟΡΝΙΣ, ορνιθος. Idem sæpe peccat Calliergus.

V. 65. Τον, &c.] Festivas hasce Lycidæ suavissimi epulas respexit, at nec æquavit, Virgilius, Ecl. V. 67.

Et multo in primis hilarans convivia Baccho,
Ante focum si messis erit, si frigus in umbra;
Vina novum fundam calathis Ariusia nectar:
Cantabunt mihi Damætas et Lyctius Ægon.

V. 66.

V. 66. Παρ πυρι, &c.] Antiqui, inquit Heinſius, c. xiii. genio ſuo dedita opera indulgentes, tria ad voti conſummationem requirebant, IGNEM, POTUM, Tibiam. — Sic et Recentiores omnes, ni fallor, IGNEM ſaltem, et POTUM, requirunt, genio ſuo indulgentes. Aliter certe non bonum eſt convivium. Nec minor apud nos interdum feſtivitas, ubi Tibicen accedit.

V. 69. — Μεμναμενος Αγεανακτος.] Idem quod apud nos, inter bibendum, obtinet idioma. *To remember one's health.* Heinſius, ubi ſupr. aufert comma poſt Αγεανακτος, quod infert, apud verſiculum ſequentem, poſt καλυκεσσι. Idem ibidem vult ες τρυγα, minus accurate, ut ſolet noſter nonnunquam, poni pro ες οινον: atque ita legendum ερεισω. Ita, inquit, parallela erunt illa, πιομαι μαλακως, et ες τρυγα χειλος ερεισω. Quod et juvare poterit diſtinctio illa nova. Sed nihil puto mutandum: præſertim cum Codices, ſi memini, conſentiant in ερειδων. Saltem, ſiquid mutetur, eodem fere redit.

V. 73. Ως ποκα, &c. —] Lycidas, in ſuaviſſima illa cantione ſua, tanquam aſcititium επεισοδιον, intexit duas fabellas: alteram ΑΙΠΟΛΙΚΗΝ, de Comata: alteram, quæ prior eſt, ΒΟΥΚΟΛΙΚΗΝ, de Daphnide. Heinſ. LECT. Theocr. c. xiv.

V. 73. — Τας Ξενεας, &c.] Echenaidem nomen fuiſſe Nymphæ quæ Daphnim jam pubeſcentem deperierat, auctor eſt Timæus. Vid. Not. ad Idyll. II. 66. Soſitheus quidam Thaliam nomine fuiſſe tradit. Schol. ad Idyll. VIII. 90. Ubi porro dicitur a poeta Daphnis, valde adoleſcens, ακρηβος ων, Nympham Naiaden uxorem duxiſſe. Quomodo igitur, ut eſt apud interpretem Græcum, pro nomine proprio ſumi poſſit ἁ ξενεα? Niſi fortaſſis et alia quædam fuiſſet Daphnidis amaſia, de qua prorſus ſiletur, ita nuncupata. Quid ſi *Peregrina*, vel *Hoſpita*, reddatur ea vox? Aliter Heinſius quidem, c. xiv. Sed nodum in ſcirpo quærit. Nequid hæreat quo minus, ξενεα pro ξενα ſumatur, habes apud Heſychium ξενεοι pro ξενοι. Reponi poſſit, eodem ſenſu, ξεινας. Monent ſcholia ſcribi etiam ξανθας. Quod nec incommodum nec inelegans omnino judicabis.

V. 78. Ασει δ' ὡς, &c.—] Hoc de Supplicii genere agit Meurſius Comm. Lycophr. v. 239. Per Caprarium, in arca concluſum, Philoxenum poetam lyricum, quem Dionyſius Syracuſarum tyrannus in latomias conjecerat, adumbrari vult Palmerius, Exercit. pag. 800. Quod enim, inquit, non de Daphnide intelligat, cujus mentionem fecit ſupra hoc Idyllio, nec de eo de quo multa dixit Idyllio primo, patet ex eo; Quod hunc, de quo loquitur, COMATAM vocat, non Daphnin, v. 83. infra. Nulla enim fuit ratio nominis mutandi. Hæc Palmerius.

Vult hic aliquis interpretum, Daphnidis dolores ad Comatam transferri. Sed ut mihi videtur, deſinit narratio dolorum Daphnidis, ad v. 77. Dein, protinus in hoc verſiculo, viz. 78.

Ασει δ' ὡς ποκ' εδεκτο ΤΟΝ ΑΙΠΟΛΟΝ ευρεα λαρναξ ——

Tranſit

Tranſit, a Daphnide, Lycidas ad alteram hiſtoriam cujuſdam ΑΙΠΟΛΟΥ, cujus nomen poſtea, ad v. 83. diſerte profertur, eſtque, ut conjicio, Comatas. Daphnis erat ΒΩΤΑΣ, ſive βουκολος, ut vocatur ſupra, v. 73. ΑΙΠΟΛΟΣ, autem ſive CAPRARIUS, erat, longe quidem inferioris ordinis, ille qui in arca includebatur, &c. Niſi repugnaret et obſtaret ibi vox αιπολος, vellem continuari ſermonem de Daphnide: Præſertim ob iſta. "TIBI *etiam* [viz. ſicut *Daphnidi*, ſi ita ſc. intelligeres,] HÆC *jucunda acciderunt.*" Dein ob repetitionem circumſtantiarum, "Et tu in arca incluſus fuiſti, &c." Quis fuit ille Comatas, edocebunt ſcholia. Videtur fuiſſe idem ac Ceraſtes ille, qui nominatur in Syringe Simmii Rhodii.

V. 85. — Ετος ὡριον.] Ver et æſtatem Heinſius intelligit, c. xiii. Anni partem dimidiam. Vid. Macrob. Saturnal. I. 17. In fine verſiculi, pro εξετελεσσας, ſcribebatur etiam εξεπονασας. Quod afferunt Codices et ſcholia, habetque in margine Stephanus. In quibuſdam nota fit interrogationis poſt εξετελεσσας.

V. 94. — Ωί τυ γεραιρεν.] Legerant Scholiaſtæ ὅτι καειδειν. Atqui notant hodiernam lectionem. Ita quoque Codices. Qui dant et noſtram.

V. 99. Παιδος ὑπο σπλαγχνοισιν εχει ποθον. —] Meleager, inedito Carmine, MSS. Anth. C. Ceph. I. 58. Quod emendatum appono.

> Ει Ζευς κεινος ετ' εστιν, ὁ και Γανυμηδεος ακμην
>   Ἁρπαξας, ἱν' εχῃ νεκταρος οινοχοον,
> Κημοι τον καλον εστιν ὑπο σπλαγχνοισι Μυϊσκον
>   Κρυπτειν· μηγε λαθῃ παιδα, λαβων πτερυγας.

Sc. ne Jupiter λαβων, &c.

> *Si Jupiter ille eſt, et florem Ganymedis*
>   *Qui rapuit, ut haberet nectaris miniſtrum:*
> *Et mihi quoque pulchrum eſt, ſub viſceribus Muiſcum*
>   *Occultare, ne Muiſcum lateat,* [*ut rapiat,*] *alas aquilæ capiens.*

V. 100. — Αριστις.] Forte αριστος. Ut editiones veteres et probatæ. Necnon permulti Codicum meorum. Vide quoque ſis elegantiſſimum virum ad MOERIDA Atticiſtam, pag. 195. Edit. Pierſon. Unde vetus illa lectio confirmari videatur.

V. 105. Ειτ' εστ' ἀρ' ὁ Φιλινος. —] Calliergus et Aldus ἆρα. Plurimi Codices αρα, inter quos Barocciani duo Bibliothecæ Bodleianæ. Metrum certe non reſpuit illud αρα. Et profecto fateor me non ex illis eſſe, qui ſeveras adeo leges Proſodiæ Græcæ præſcripſerunt. Utcunque ſuperſtitioſi fuerint hac in re poetæ Græci primævi, certe licentius indulgebat ſibi Theocritus. Exinde, vergente paulatim Linguæ Græcæ puritate, minus minuſque ſyllabis, ſive longis ſive brevibus, poetæ cavebant; omneſque fere quantitates ſuſque deque videntur habuiſſe. Id quod obiter admoneo.

V. 107. Αρκαδικοι, &c. —] Intellige feſtum Panis, in Arcadia celebratum; ubi ſolenne fuit Panis Simulachrum flagellare. Conſulas Scholiaſtem noſtrum. Necnon, ejuſmodi de flagellationibus in genere, vide Cl. Spanhem. ad Callimach. II. pag. 520.

V. 111. Ειης, &c.] Virgilius, Ecl. X. 65.

> Nec ſi frigoribus mediis Hebrumque bibamus,
> Sithoniaſque nives hyemis ſubeamus aquoſæ:
> Nec ſi cum moriens alta liber aret in ulmo,
> Æthiopum verſemus oves ſub ſidere Cancri.

Iſta Virgilii probant ʽΕβρον ſubinde legendum. Ευρον legebant Scholiaſtæ. Dantque crebri Vaticani.

V. 112. — Τετραμμενος. —] Reponit ex ingenio Reiskius πεπραμενος, *venditus ad Hebrum*. Sc. in regionem ſæviſſimam, tanquam ſervus nequam. Barocciani, Laudianus, aliique, dant κεκλιμενος.

V. 116. — ʽΕδος. —] Loca in quibus ſunt alicujus numinis ædes, ſæpe vocantur ejus *ſedes*, ἑδος. Ita Pind. Pyth. XII. 3. Agrigentum dicitur Περσεφονας ʽΕΔΟΣ. Ubi vide ſcholia; necnon Scholiaſtem noſtrum, qui paulo ſimplicius illud ἑδος accipit. Confer Olymp. II. 23. Pyth. II. 11. SEDES, ut in eccleſia Chriſtiana dicitur, *epiſcopalis*, ſenſu ac ratione non omnino diſſimili videtur uſurpari. Si profana fas ſit e ſacris illuſtrare.

V. 117. Βαλλετε, &c. —] Revocant hæc mihi in mentem epigramma Poſidippi. Quod hactenus ineditum, priſcoque lepore et gratia conſperſum, lubens aſcribo. Ex Anthologia manuſcripta C. Cephalæ, Lib. I. Carm. 50. Cod. Bernard. Bibl. Bodl. Quod aliter quidem legitur in apographo altero.

> Ναι, ναι, βαλλετ', Ερωτες· εγω σκοπος, εἱς κατα πολλων
> Κειμαι· μη φεισησθ' αφρονές. Ην γαρ εμε
> Νικησητ', ονομαστοι εν αθανατοισι εσεσθε
> Τοξοται, ὡς μεγαλης δεσποται ιοδοκης.

> *Imo etiam jaculamini, Amores; ego ſcopus, unus contra multos*
> *Iaceo: ne parcatis, ineptuli. Etenim ſi me*
> *Feriatis, celebres inter immortales eritis*
> *Sagittarii, tanquam magnæ alicujus pharetræ domini.*

Aſcribam quoque hic, et in apricum proferam, epigramma, ſive fragmentum, Platonis, junioris ut legitur, ſuaviſſimum certe, dignumque antiquo aliquo et venuſtiſſimo ſcriptore. In Amorem in nemore recubantem. Anthol. L. IV. xii. 59.

> Αλσος δ' ὡς ἱκομεσθα βαθυσκιον, εὑρομεν ενδον
> ΠΟΡΦΥΡΕΟΙΣ ΜΗΛΟΙΣΙΝ ΕΟΙΚΟΤΑ, παιδα Κυθηρης.

Ουδ'

Ουδ' εχεν ιοδοκον Φαρετρην, ϗ καμπυλα τοξα·
Αλλα τα μεν δενδρεσιν υπ' ευπεταλοισι κρεμαντο.
Αυτος δ' εν καλυκεσσι ροδων, πεπεδημενος υπνῳ,
Ευδεν μειδιοων· ξουθαι δ' εφυπερθε μελισσαι
Κηροχυται εντος λαγαροις επι χειλεσι βαινον.

Ubi vero in nemus venimus profundum umbris, invenimus intus
Purpureis Malis ſimilem *filium Veneris.*
Nec habebat capientem ſagittas pharetram, neque curvos arcus,
Sed illa arboribus bene frondentibus ſuſpenſa erant.
Ipſe, in calicibus roſarum vinctus ſomno
Dormiebat ſubridens: leves vero ſuperne apes,
Cerâ perfuſæ, intus in ejus labella ſemihiulca itabant.

Meræ fabulæ ſunt, ſed doctæ ſane et ingenioſæ, quas hic exhibet Heinſius, c. xiiii. Ita, ſi me poſt tantos viros uti licebit interprete, totus contextus explicandus eſt hujus loci. "O Amores, jacite arcubus veſtris formoſum Philinum; ille enim crudelis eſt, et non mutuo redamat hoſpitem meum. At profecto, non eſt cur puer ille ita ſuperbiat. Etenim jam exoletior eſt, ipſoque pyro mollior. Quin et mulieres contumelioſe dicunt, Eheu Philine, flos et pluchritudo formæ tuæ jam periit. — Jam ergo, non amplius ante Philini fores excubemus et anxii vigilemus, O Arate: Nec in eo conſectando pedes noſtros defatigemus et conteramus. Sed matutinus gallus Alium aliquem amatorem, in foribus ejus vigilantem, deinceps moleſtet: Quin et ſolus Molon, rivalis tuus, in hac palæſtra, ſive labore, pueri illius perſequendi, poſthac exerceatur." Malo ſenſu intelligi debet illud, απιυ πεπαιτερος. Schol. απιου ΧΑΥΝΟΤΕΡΟΣ. Id quod exponitur in proximo verſiculo, *Flos tuus et* ΑΚΜΗ *jam periit: gratia tua* puerilis *intercidit*. Notum eſt illud Senecæ, Epiſt. 12. "Gratiſſima ſunt Poma cum *fugiunt*: pueritiæ maximus in *exitu* decor eſt." Sc. cum *matureſcunt* Poma: *When they grow* mellow. Non autem debent eſſe *nimis matura.* Qualis erat Philinus hic noſter. Viz. *More* mellow *than an over-ripe Pear.* Heinſius longe aberravit a re, qui vult hic attingi Philini pubem, et exorientem ætatis floſculum.

V. 119. — Ουκ' ελεῖ με.] Cum Caſaubono, c. ix. legerem μευ. Non enim de ſe poeta, ſed de amico ſuo et hoſpite, loquitur. Quod antea probaverat et monuerat Heinſius. Atqui ſubnotandum eſt, editiones omnes, præter Stephanum, crebroſque Codices, legiſſe μευ.

V. 125. Εἰς δ' υπο τασδε Φεριστε Μολων αγχοιτο παλαιστρας.] Ita corrigo, partim ex fide Codicum manuſcriptorum.

Εἰς δ' ΕΠΙ ΤΑΙΣΔΕ, Φεριστε, Μολων αγχοιτο ΠΑΛΑΙΣΤΡΑΙΣ.

V. 128. — Γελασας.] Scribe Dorice γελαξας. Ita infra, v. 156. γελαξαι, pro γελασαι. Hæc et alibi debent accuratius obſervari.

V. 139.

V. 139. — Ἁ δ' ολολυγων, &c.] Eadem fere habet Agathias, qui, cum Paulo Silentiario, veterum Græcorum poetarum ſcripta paſſim compilabat et impune. Anthol. Planud. Lib. VII. 76.

—— Ἡ δ' ολολυγων
Τρυζει, τρηχαλεαις ενδιαγουσα βατοις.

—— Et acredula
Strepit, horridis habitans in carduis.

Epigrammatiſtæ Græci recentiores, ut dixi, ſæpe imitantur Theocritum.

Ibid. — Εχον πονον. —] Conjecit Cel. Salvinius, ut diſco e Chartis S. Amandi, ποθον. Sed hodierna lectio eſt prorſus e Græco idiomate. Antipater Sidonius in lepidiſſimo carmine de Laide defuncta. Anthol. III. xii. 7.

Ἑλλας αν, ὡς Ἑλενης, της δ' ὑπερ ΕΣΧΕ ΠΟΝΟΝ.

Græcia ut ob Helenam, ſic ob hanc, laborem habuiſſet.

Ita quoque Noſter, Idyll. XXII. 187.

V. 141. — Κορυδοι. —] Vide ſis Hoeſchelium ad Phrynici Ecl. Κορυδαλος. pag. 150. ed. Pauv.

V. 143. Παντ' ωσδεν θερεος μαλα πιονος, ωσδε δ' οπωρης.] Elegantiſſima repetitio. Ita fere Simonides in Anacreonta. Anthol. III. xxv. 49.

Ὁς χαριτων ΠΝΕΙΟΝΤΑ μελη, ΠΝΕΙΟΝΤΑ δ' ερωτων,
Τον γλυκυν ες παιδων ἱμερον ἡρμοσατο.

Qui Charitas ſpirantia *carmina*, et ſpirantia *amores*,
Ad dulcem puerorum amorem aptabat.

V. 146. — Βραβυλοισι. —] Eadem vox occurrit, Idyll. XII. 3. Ubi vide Notas. Sed præcipue conſulendus Jac. Nic. Loenſis, Miſc. Epiphyll. IX. 12. Vide et Longi Paſtoral. L. III. pag. 133. edit. ut ſupra.

V. 151. — Τον ποτ' Αναπω.] Cum Cyclops, "ποιμην ποτ' Αναπω," dicitur, leviter in ſuperioribus editionibus peccatum eſt ab iis, qui literam ſubſcribebant: quod neſcirent το ΠΟΤΙ hic Ionicam, non Doricam, eſſe Præpoſitionem. Interpres Apollonii, "Ἡ δε ΠΟΤΙ προθεσις, παρα μεν Δωριευσι ΠΡΟΣ, παρ' ἡμιν δε, και Ιωσιν, ΠΑΡΑ. Recte autem monet Criticorum obſervatio: nova Dorica Lingua uſum eſſe Theocritum, quæ revera multos Ioniſmos amat. Nam vetus aſperior. Heinſ. Theocr. Lect. c. xiv.

Sane nulli Codices hic Iota ſubſcripſerunt.

V. 152. — Λαας εβαλλε.] Scribendum monet Heinſius, c. xiv. ναας. Sc. "Qui montibus *naves* Ulyſſis petebat." Nota hiſtoria. Antiquam lectionem non admodum feliciter explicat Æmilius Portus, in Lexico Dorico. Quam tamen, eodem fere ſenſu, Græci Scholiaſtæ prius enarraverant. Reſpexit Euripidis *Cyclopem* poeta noſter, ubi etiam ſaltans memoratur Cyclops, ut in proximo verſiculo. Id quod et indicant ſcholia. Vide Statium,

Statium, Theb. VI. 716. Εν ωρεσι, eſt in Monte Ætna. Ita familiariter de hoc monte, quaſi omnium notiſſimo, prorſusque primario, loquebantur olim bucolici poetæ.

V. 153. Κρητηρ'.—] Affert Athenæus, ex Geryone Steſichori, locum inſignem; ubi memoratur, Pholum, Centaurum, temperaviſſe et appoſuiſſe Herculi pateram, tres lagenas capientem, quam ille plenam protinus ebibebat. Edit. Caſ. XI. pag. 499. Quod miror huc a criticis non hactenus adhibitum fuiſſe. Cæterum, hoc eveniſſe putaveris, quo tempore profectus eſt Hercules ad Centauros expugnandos. Confer huc Pindari Schol. Pyth. II. 81. Orphei Argon. 378. 416. Virgil. Æneid. VIII. 294. Lucan. Pharſ. VI. 391.

V. 154. —Νεκταρ επεισε.—] Aldus, et Calliergus, exhibent, εσπεισε. Venetæ habent επεισε. Forte auctore Camerario, qui primam earum, ſc. 1539. procuraviſſe videtur. Polyphemus Ulyſſi, poſtquam vinum oblatum guſtaſſet, Odyſſ. IX. 369.

Αλλα τοδ' ΑΜΒΡΟΣΙΗΣ και ΝΕΚΤΑΡΟΣ εστιν απορρωξ.

Verum hoc ambroſiæ *et* nectaris *eſt latex.*

Quæ manifeſto reſpexit noſter. Vid. Anthol. II. xlvii. 5. Alcæi. Et ibid. 35. Nicharchi. Cæterum proverbialis ferme fuit, apud Græcos, Cyclops ebrius. Cujus utique temulentiam, populo deridendam propoſuerat in ſcenis Euripides, et palam luculentiſſimis coloribus oſtenderat.

V. ult. Δραγματα και μηκωνας, &c.] Vide Spanhem. ad Callimach. Tom. II. pag. 693. ſeq. Necnon notas Vulcanii et Annæ Fabri ad Callimach. Hymn. in Cerer. v. 45. Quod hic, unde commodiſſima de hac re peti poſſint, indico tantum: ne veterem mythologiam prolixius enarrando, quæque jam dicta ſunt et vulgata compilando, bonum otium perdam.

IDYLLIUM VIII.

DOMINATUR in hoc Idyllio ſuavitas illa, quæ bucolicis carminibus unice convenit. Tum crebræ ſubmiſcentur notæ atque indicia ſimplicitatis ruſticæ; quibus, in hoc Siculo noſtro verſando, tantopere delectari ſolemus. Comparetur Idyllio nono.

V. 1. Δαφνιδι τῳ χαριεντι.—] Homerus in ea ætate in qua juriſconſulti pubis emiſſionem locant, την χαριν collocare videtur; cum, naturæ beneficio, viro aut fæminæ conceditur, ut Veneris leges inire poſſit. Unde Sappho ἡ καλη puellam αχαριν vocabat, quæ nondum viripotens erat, et, ut comœdia loqueretur, την ετι αταυρωτον. Hanc ætatem Daphnidi, τῳ ὑποκειμενῳ τῃ βουκολικῃ πραγματειᾳ, tribuunt veteres. Ælianus: Βουκολων δε κατα την Σικελιαν ὁ Δαφνις, ηρασθη αυτου νυμφη μια, και ὡμιλησε καλῳ οντι και ΝΕΩι, και ΠΡΩΤΩι ʼΥΠΗΝΗΤΗι, ενθα του χρωτος ἡ ΧΑΡΙΕΣΤΑΤΗ εστιν ἡβη των καλων μειρακιων. ʽΩς που φησιν ʽΟμηρος. Daphnis igitur ingreſſus ἡλικιαν της χαριτος, venuſte a poeta ΧΑΡΙΕΙΣ dici poteſt, ut hac voce denotetur non forma corporis, ſed ætatis tempus. Heinſ. LECT. Theocr. c. XV.

Vid. Not. ad Idyll. I. 64. Veruntamen, et Daphnis et Menalcas, ambo hic dicuntur impuberes, αμφω αναβω. inf. v. 3. Χαριεις itaque hic ſimpliciter ſignificat *formoſus, venuſtus.* Epigr. αδηλον, nondum editum. MSS. Anthol. C. Ceph. L. I. Carm. 121. Ubi nihil ad ætatem refertur.

> Ειπα σε, και παλιν ειπα, καλος καλος, αλλ' ετι φησω
> ʽΩς καλος, ὡς ΧΑΡΙΕΙΣ ΟΜΜΑΣΙ Δωσιθεος.
> Ου δρυος, ουδ' ελατης εχαραξαμεν, &c.

Sed infinita ſunt exempla.

V. 2.—ʽΩς φαντι.—] Vehementer diſplicent illa φαντι, adeo ut a Theocrito profecta, ægre mihi perſuadere queam. Idyll. XV. 137. quidem ea verba occurrunt, ſed ejus loci longe alia eſt ratio, quod inſpicienti patebit. — Scribendum auguror.

> Μαλα νεμων, ΔΙΟΦΑΝΤΕ.———

Inſcripſit Syracuſanus vates nonnulla amicis Idyllia, veluti Arato Idyll. VI. Niciæ Medico, XII. et XIII. et huic DIOPHANTO, Idyll. XII. — J. Pierſoni VERISIMIL. Lib. I. cap. IV. pag. 46. Lugd. Bat. 1752.

V. 3

V. 3. Αμφω, &c.—] Virgilius, Ecl. VII. 4.

Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo,
Et cantare pares, et reſpondere parati.

V. 9. — Συριγγα. —] Affert Dorvilius e Codice Taurinenſi, quem vocat optimum, συριγκτα. Ad Chariton. p. 660. Bibliothecam Taurinorum, tam libris excuſis quam codicibus manuſcriptis, Græcis et Latinis, abundantem, quam diligenter excuteret Dorvilius, teſtatur P. Burmannus Secundus, ad calcem Cl. Dorvilii SICULÆ, pag. 652.

V. 11. Χρησδεις, &c. —] Virgilius, Ecl. III. 28.

D. Vis ergo inter nos quid poſſit uterque, viciſſim
Experiamur? Ego hanc vitulam, ne forte recuſes,
Depono: tu dic mecum quo pignore certes?
M. De grege non auſim quicquam deponere tecum:
Eſt mihi namque domi pater, eſt injuſta noverca;
Biſque die numerant ambo pecus, alter et hædos.

V. 16. — Ποθεσπερα. —] Stephanus mavult ποθ᾽ εσπερα. Sic et Idyll. IV. 3. Aldus et Calliergus ut nos, utroque loco. Eſt pro πρὸς ἑσπέρας. Vid. Spanhem. Callimach. Tom. II. pag. 38. Necnon Æmilium Portum, V. ποτεσπερα.

V. 15. Συριγγ᾽ ἀν εποιησα καλαν εγω εννεαφωνον.] Lege pro εγω, ΕΧΩ.

Fiſtulam, quam feci, habeo *pulchram, novem vocibus.*

Ut inferius legitur in verſu 21. qui videlicet huic invicem reſpondet. Calliergus habet Συρυγγ᾽, et, e Codicibus, εποησα. Huc referendus eſt Virgilius, Ecl. II. 36.

V. 23. — Δακτυλον αλγω, &c.] Quid minus neceſſe fuit dici, quam quod adjungit: Etiamnum digitum ſibi dolere, et illum, quem monſtrat, digitum: et calamum ſciſſum id feciſſe vulneris ex quo doleret? Vavaſſor, de Ludicr. Dict. edit. ut ſupr. pag. 108.

Profecto fatemur in illis eſſe ſuaviſſimam ſimplicitatem. Faſtidioſa quadam elegantia, plurimas circumſtantias, ut ita dicam, naturales, poetæ recentiores ſubintelligere ſolent et ſupprimere; quæ, palam prolatæ et expreſſæ, ut veterum mos eſt, magnam haberent pulchritudinem.

V. 24. — Καλαμος με —] Aldus, Calliergus, &c. habent γε. Nec male.

V. 26. Τινον, &c. —] Σκοπει, ορα, aut ſimile quid, ſubaudiri volunt Scholiaſtæ. Conſtructio, ut mihi quidem videtur, talis eſſe debet. "Τις εσεται ἡμων επηκοος; Τηνος ὁ αιπολος ἡν καλεσωμεν ενταυθα εσελθειν."

V. 34. Ὁ συρικτας. —] Ita Stephanus aliique. Sed repone ex fide duorum Benedictinorum, ne plures nominem, συρικτα. Quod et habent Aldus et Florentina. Dores ſcilicet in α, non minus ac in ας, nominativum ſuum terminare ſolent. Ita v. 30. Dant etiam duo Laurentianarum συρικτα.

V. 40.

V. 40. — Χαιρων. —] Reponit Reiskius χιμαρων. Eleganter id quidem. *Si quid capellarum Menalcas huc egerit.* Ut hoc ΧΙΜΑΡΩΝ respondeat illi τας Δαμαλας, v. 36.

V. 41. Παντᾶ. εαρ. —] Legerem, cum Aldo et Calliergo, Παντα. "OMNIA sunt *Ver.*" Sed eadem recepta vox subinde bis occurrit et repetitur; ubi etiam necesse est ut pro πανταχου habeatur. Ut Idyll. I. 55. Quanquam vox ea, bis repetita, scribatur ab Aldo et Calliergo, ut in primo loco. Porro, in primo illo loco, ᾶ producitur in V. παντᾶ: quippe quod, uti crediderim, sequens vox εαρ monosyllabice pronunciaretur; literulis illis vocalibus εα, inter pronuntiandum coalescentibus, et unius vim consonantis habentibus.

Hinc Virgilius, Ecl. VII. 53.

> Stant et juniperi, et castaneæ hirsutæ;
> Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma:
> Omnia nunc rident: at si formosus Alexis
> Montibus his abeat, videas et flumina sicca.

Simili vena, Meleager in eleganti epigrammate inedito. Antholog. MSS. C. Cephalæ, Lib. I. Car. 146.

> Εν σοι τἀμα, Μυϊσκε, βιου πρυμνησι' ανηπται,
> Εν σοι και ψυχης πνευμα το λειφθεν ετι.
> Ναι γαρ δη τα σα, Κουρε, τα και κωφοισι λαλευντα
> Ομματα, ναι μα το σον φαιδρον επισκυνιον·
> Ην μοι δυσνεφες ομμα βαλης ποτε, χειμα δεδορκα,
> Ην δ' ἱλαρον βλεψῃς, ἡδυ τεθηλεν εαρ.

> *In te mea, Muisce, vitæ retinacula suspensa sunt,*
> *In te etiam animæ spiritus relinquitur adhuc.*
> *Imo, juro per tuos, Puer, etiam Surdis loquentes*
> *Oculos, imo etiam per tuum luculentum supercilium;*
> *Si in me tristem oculum conjeceris aliquando, hyemem vidi,*
> *At si lætus adspexeris, suave effloruit ver.*

Nonnulla hujus carminis protulit Spanhemius ad Callimach. Hymn. Cer. v. 53.

V. 49. — Ω βαθος υλης.] Legendum est ὡ. Vid. Not. ad Idyll. V. 103. Ita unus e Laurentianis. Sensus est, "Huc, O Hirce, Huc agite, O Hædi, *ubi*, &c." Veteres editiones ponunt comma post σιμαι. Ut mens sit, si legas ὡ ante σιμαι. "Ubi sylva densa, *ubi* Simi illi." Vel servato isto commate, potest verti, "O Simi, O hædi." Distincta appellatione. Per σιμας, vult unus ex interpretibus Græcis, τας μελισσας. Forte quod μελισσαι dicantur σιμαι, Idyll. VII. 80. 81. Ad quem locum vide scholia.

Vult

Vult Heinſius, c. xv. criticos veteres qui legerant et interpunxerant, Ὦ βαθος ὕλης μυελον, ὦ σιμαι, aliud voluiſſe, quod magis conveniret cum Sylvis quam Apes. Nimirum per σιμας accipi poſſe "loca montoſa et acclivia." Quod probare pergit et contendit ex Heſychio. Sed hoc eſt docte nugari. Intellige tantum *ſimas capellas* Virgilii. Satis feſtive quidem Palmerius, Exercitat. pag. 802. per hanc *Sylvæ* ALTITUDINEM, intelligit, "Hirci barbam PROFUNDISSIMAM." Quaſi vellet poeta, "O hirce cui [ὦ] barba eſt, &c." In altero Benedictinorum datur ὦ βαθος. Erat quidem ὦ, prima ſcriptura. Quod poſtea refictum eſt, et ὦ ſcriptum. Scil. ὦ σιμαι. Addita gloſſa ὀ, ὅπȣ. Si recte capio verba Cl. S. Amandi.

V. 51. — ιθ' ω κωλε. —] Ex emendatione Hugonis Grotii reponendum vult Heinſius, c. xv. Ω'πολε. Quaſi Menalcas hic noſter Αιπολῳ alicui mandaret, veluti ad manum ſervulo, ut hæc verba Miloni deferret. Conſulas interea Scholiaſtem. Vid. et Sam. Petit. Obſ. I. 11. Reiskius habet Κωλε pro nomine ſervi. Sed et imponebant nomina arietibus.

V. 51. — Μιλῳ.] Inſolenter autem dixerat Μιλῳ. Quod neque criticum illum fugit, qui obſervavit Theocritum, ὁ Μιλος, τȣ Μιλȣ dixiſſe. Sed inverſo ordine verba illa concepta legebantur, hoc modo. ΜΙΛΩι δε ειπεν, αντι τȣ ΜΙΛΩΝΙ. Και γαρ την ευθειαν, ȣχ' ὁ ΜΙΛΟΣ εφη, αλλα ὁ ΜΙΛΩΝ." Præpoſtere, ut diximus, quod mutare nobis non fuit religio. Heinſ. LECT. Theocr. c. xv.

Calliergus legit Μιλων. Unde, quod in proclivi erat conjicere, conjeci legi etiam poſſe Μιλων', i. e. *Miloni*. Per Τηνος vult Reiskius Milonem. Unde conſtat Daphnin hic loqui, non Menalcam. Daphnis ſcilicet amabat Milonem.

V. 53. Μη μοι γαν, &c.] Dorvilius de campis Hyblæis. "Proſpectus in mare Siculum patentiſſimus ab oriente; ab occidente in colles, omnis generis arboribus et fruticibus veſtitos, oculos quaquaverſum conjicis. Odoriferarum herbarum halitus ſenſus recreat, et continua ramorum umbracula ardorem ſolis temperant. Ut Siculus paſtor mihi in hoc vel ſimili loco reſediſſe videretur, dum canebat, Μη μοι, &c." SICULA, Cap. X. pag. 171. Sane deſcriptionibus Theocriteis multum ſuavitatis obtigiſſe credibile eſt, quod amœniſſimæ fertiliſſimæque regionis, inſulæ nempe Siciliæ, poeta ipſe eſſet incola, cujus utique ſcenas pulcherrimas in carmina manifeſto tranſtulit.

Ibid. Πελοπος, &c. —] Super his limatiſſimi judicii vir, J. Pierſon, modo citatus, ita diſſerit. Frigida ſunt hoc loco χρυσεια ταλαντα, cum aliquid ſpecialius dicere debuiſſet poeta. Quod licet fatendum ſit hemiſtichium eſſe Homericum, vel ſic tamen reponendum putem:

Μη μοι γαν Πελοπος, μη μοι ΧΡΟΙΣΟΙΟ ταλαντα
Ειη εχειν, μηδε, &c. ——

 Crœſi

Crœsi Divitiæ celebratissimæ, ipsi etiam Theocrito memoratæ. Idyll. X. 32. et Anacreon. XXVI. 3. Eleganter Propertius cum Theocrito comparandus, L. II. El. 20, 21. et seq.

> Nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella
> Serviat, et tota dicar in urbe potens.
> Non si Cambysæ redeant et flumina CROESI,
> Dicat: de nostro surge poeta toro.

Ibid. — Χρυσεια ταλαντα, &c.] Elegantissimam Tibullus in hoc argumentum contexuit elegiam, Lib. III. 3. Vide sis etiam Lib. I. 1. 41. seq. Et ibid. El. II. 70. seq.

V. 56. — Ταν Σικελαν ες ἁλα.] In ultimo mollissimoque Daphnidis elegiaco, male, meo judicio, legitur, Ταν Σικελαν ες ἁλα. Qui locus tamen, Scholiastis tempore, scriptus fuisse videtur ut debet; nimirum: Ταν Σικελαν ΔΕ Θ' ἁλα. Vel. Ταν ΣΙΚΕΛΑΝΤ' ες ἁλα. Exponit enim ibi, ΚΑΙ το Σικελικον πελαγος. Quem sensum quidam interpretes cum secuti sunt ex posterioribus, reddendo, *et in Mare Siculum aspiciens*; non viderunt Græca aliter legenda esse, ut illa admittatur interpretatio. Heins. LECT. Theocr. c. XV.

V. 57. Δενδρεσι μεν χειμων, &c. —] Virgilius, Ecl. III. 8.

> Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
> Arboribus venti: nobis Amaryllidis iræ.

In altera parte hujusce versiculi, vulgabatur apud Stobæi Florilegium, ουδασι pro ὑδασι. Tit. LXIII. Unde suspicatur L. C. Valckenarius, aliis præterea rationibus nonnullis adductus, reponendum debere ουθασι. "*Siccitas* metuendum malum *fertilitati* camporum satorum." Ουθαρ αρουρης, est, quod Latini dixerunt, UBER *agri*. Epist. ut supr. pag. 9, 10. Ingeniosa certe conjectura, veroque non prorsus absimilis. Ita bene refici possit interea totus versiculus, plerumque e tertio Vaticano.

> *Δενδρεσι μεν χειμων φοβερον, κακον ὑδασι δ' αυχμος.*
> *Arboribus hyems quid metuendum, malum quid undis siccitas.*

Φοβερον ΤΙ. Κακον ΤΙ. In nonnullis Vat. habetur αυχμοι. Vir prisci saporis, F. Vavassor, in eleganti libello de Ludicra Dictione, superius citato, pag. 109. censet permultum rusticæ simplicitatis habere istiusmodi comparationem, aut similitudinem multiplicem, ab agris petitam, iisque rebus cunctis quæ sunt agrorum et agrestium. Quales et frequentissimæ sunt in hoc Idyllio. Licet haud ullum temere reperias, inquit, in quo non offendas ejus generis comparationum et similitudinum aliquid. Quæ quidem omnia, ad hunc modum comparata et per similitudinem dicta, ita sunt propria ruris, ut nemo, nisi rusticus, usurpare audeat etiam in familiari et quotidiano sermone.

V. 59.

V. 59. —Ἀπαλας ποθος.—] Legit Heinfius, c. xv. κοτος, non ποθος. Contenditque nimirum Virgilium, qui vertit, *Nobis Amaryllidos iræ*, ita legiſſe: mutando, elegantia ſibi peculiari, παρθενικας in proprium nomen Amaryllidos. Atqui verbum verbo non ſemper, in Theocrito referendo, reddidit Virgilius. Alius eſt imitator, alius interpres. In nono Vaticanorum Codice, videtur legi, nam literæ fere obſoleverunt, παρθενικας ποθος απαλας. Unde ſic conſtitui poſſit et refingi verſiculus.

Ανδρι δε παρθενικας ποθος ΑΙΠΟΛΩι.——

Viro autem Caprario virginis deſiderium.——

V. 60. — Ω πατερ, ω Ζευ, &c.] Ita Callimachus in epigrammate, quod, inter alia, primus edidit Cl. Bentleius ex Oxonienſi Codice Anthologiæ C. Cephalæ. Hodie eſt Callimach. Epigr. LVI.

——Ουρανιε Ζευ,
Και συ ποτ' ηρασθης. Ουκ' ετι μακρα λεγω.

——*O Summe Jupiter,*
Et tu olim amaſti. Non loquor plura.

V. 65. Ω λαμπουρε κυων. —] Quæ hic tradit Scholiaſtes noſter, egregie illuſtrantur e verbis Scholiaſtæ Pindari, ad Olymp. XI. 20. "ΑΙΘΩΝ ΑΛΩΠΗΞ. διαπυρος. δολια τη διανοια, η αιθων, παροσον ΛΑΜΠΟΥΡΙΣ καλειται." Vide ſis et ibidem ſcholia Νεωτερων.

Ibid. — βαθυς ὑπνος. —] De uſu et ſignificatione V. βαθυς, prolixe et docte egit vir Cl. Ez. Spanhemius ad Callimach. Tom. II. pag. 84. 85. Ubi et hoc adduxit.

V. 69. Σιττα, νεμεσθε.—] Qua de formula ſupra diximus. Confer Idyll. IV. 45. 46. V. 3. 100. In quibus Euripidis Drama bucolicum noſter reſpicit. Cyclop. 49.

Ψυττα· ου ταδ' ου, ου ταδε νεμη;
Ουτ' ουν κλιτυν δροσεραν;
Ωη· ριψω πετρον ταχα σου·
Ὑπαγ' ω, ὑπαγ', ω κεραστα,
Μηλοβοτα σταισιωρον.

Heus tu! non hic, non hic paſceris?
Non igitur in clivo roſcido gramen carpes?
Obe, jaciam ſaxum mox in te:
Redi, Redi, O Cornute,
Ad paſtoris ſtationem montanam.

Mallem ut hic Κεραστα ſit κυριως, pro nomine ſcilicet hirci. Ut non raro Theocritus.

V. 72.

V. 72. — Συνοφρυς κορα. —] Juncta Supercilia inter præcipuas vultus formosi veneres ponebant Antiqui. Ne plura consecter argumenta, Jupiter apud Coluthum DE RAPTU HELENÆ, Paridem in Dearum Judicio, potissimum jubet inspicere et dijudicare *conjunctionem* Palpebrarum. v. 78.

—— Διακρινειν δε θεαων
Κεκλεο, και ΒΛΕΦΑΡΩΝ ΣΥΝΟΧΗΝ. ——

—— *Et ut dijudicet dearum,*
Jube, et PALPEBRARUM CONJUNCTIONEM, &c.

Delectabantur et densis superciliis, non raris illis et tenuibus. Antholog. Planud. Lib. VII. Carm. ult. Bassi, ut videtur, de puella quam perdite amabat, quamque ideo formosissimam jure prædicat.

Εκμαινει χειλη με ροδοχροα, ποικιλομυθα,
Ψυχοτακη στοματος νεκταρεα προθυρα,
Και γληναι ΛΑΣΙΗΣΙΝ υπ' ΟΦΡΥΣΙΝ αστραπτουσαι,
Σπλαγχνων ημετερων δικτυα και παγιδες.

Insanum me faciunt labia rosea, varia loquentia,
Animam liquefacientia, oris nectarei januæ,
Et oculi densis *sub* superciliis *fulgurantes,*
Viscerum nostrorum retia et retinacula.

Ita quoque Philostratus, Icon. II. pag. 862. C. Par. ed.

V. 73. — Καλον, καλον ημες εφασκεν.] Ita fere Callimachus, Epigr. XXXI.

Καλος ὁ παις, Αχελωε, λιην καλος, &c.
Pulcher puer, Acheloe, nimis pulcher, &c.

Sed apprime huc facit ejusdem Battiadæ lepidissimi Epigr. XXX. Ubi notatur istud καλος καλος, tanquam blandientis aut adulantis.

—— Συγχαινω παντα τα δημοσια,
Λυσανια, συ δε ναιχι ΚΑΛΟΣ ΚΑΛΟΣ, αλλα πριν ειπειν
Τουτο σαφως, ηχω φησι τις αλλος εχει.

—— *Odi enim omnia popularia,*
Lysania, " næ tu καλος καλος," *sed priusquam dixerim*
Istud plane, echo dicit quædam, αλλος *habet.*

Τον καλον, et τους καλους, nullo adjuncto substantivo, Græci frequenter usurpant. In quo nonnunquam lepos est idiomaticus. Idem Callimachus, in Epigr. XXXII.

Τον ΚΑΛΟΝ, ω μοχθηρ', εβλεπες αμφοτεροις.
Pulchrum [illum,] *O miser, vidisti ambobus oculis.*

Quin et epigramma Mnasalcæ, poetæ antiquissimi et suavissimi, non quod alia

alia desint exempla, sed ut harum deliciarum studiosos opportune demerear, ex Anthologia C. Cephalæ decerptum, nunc primum publici juris faciam. Lib. I. Carm. 128.

Αμπελε, μη ποτε φυλλα χαμαι σπευδουσα βαλεσθαι,
Δειδιας εσπεριαν πλειαδα δυομεναν;
Μεινον, επ' Αντιλεοντι πεσειν υπο τον γλυκυν υπνον,
Ες τοδε τοις ΚΑΛΟΙΣ παντα χαριζομενα.

O Vitis, numquid frondes in humum festinans prosternere,
Timuisti hyemalem Pleiada occidentalem?
Mane, donec in Antileonta cadat dulcis somnus;
Huc usque, O vitis, FORMOSIS *omnia gratificans.*

Vide Not. ad Idyll. II. 125. Ita dicebant Græci Τους αβρους, substantivo nomine nullo accedente. Meleager in epigrammate itidem inedito, apud eandem Antholog. MSS. C. Cephalæ. Lib. I. Carm. 64.

ʽΑΒΡΟΥΣ, ναι τον Ερωτα, τρεφει Τυρος. Αλλα Μυισκος
Εσβεσεν εκλαμψας αστερας ηελιος.

MOLLES, *juro per Amorem, nutrit Tyros. At Muiscus*
Extinxit effulgens astra sol exoriens.

Eadem ratione V. ξανθας, eam lectionem si non respuas, usurpatur, Idyll. VII. 73. Sc. FLAVÆ, vel flavicomæ, *illius.* Ita, ut in viam revertamur, Latini etiam dixere, *Formosum*, et *Formosos.* Cæterum doctis hæc notissima. Quæ tamen interiores Græcæ linguæ sensus possint illustrare.

V. 74. — Πικρον.] Heinsius, novandi studio, c. xv. vult μικρον. "Ne *voculam* quidem reposui." Sed nihil immutandum. Sensus est, "Puellæ, me, dum præterirem, proterve compellanti, *vel* mihi illudenti, nihil retorsi; ne quidem ACERBUM aliquid respondi." Quod miram simplicitatem rusticitatemque redolet. Præsertim si spectes quæ sequuntur. Stephani textus habet λογων, 'a scholiis petitum. Est et in Codicibus. Antiquiores omnes ut nos.

V. 76. ʽΑδει' ἁ φωνα. —] Aldus hæc expressit αδεια φωνα. Quæ nescio an non sanior et antiquior lectio: nam constat in pluribus Vaticanis. Ita fere Aldus, sed ubi sensus paulo diversus requiritur, Idyll. I. 65. Singulari dulcedine conditur et aspergitur hæc Daphnidis oratio. Conferas Idyll. IX. 7. I. 2. Hæc imitatus est Miltonus nostras, in loco decantatissimo; sed cujus originem sedemque nemo forte criticorum hactenus investigavit et perspexit. *Paradis. Amiss.* Lib. IV. v. 641. seq. En, ipsos versiculos Anglicos; quos, ut aliqua saltem varietatis hisce literis accedat jucunditas, adscribo lubenter.

Sweet is the breath of Morn, her Rising sweet,
With charm of earliest birds; pleasant the sun

When firſt on this delightful land he ſpreads
His orient beams, on herb, tree, fruit, and flower,
Gliſtering with dew; flagrant the fertil earth
After ſoft ſhowers, and ſweet the Coming on
Of gratefull evening mild; then ſilent night,
With this her ſolemn bird, &c.

Adhibendus et huc Meleager, in epigrammate prius inedito, Anthol. MSS. Ceph. L. I. Carm. 151.

Ἡδυ μεν ακρητῳ κερασαι γλυκυ νευμα μελισσων,
Ἡδυ τε παιδοφιλειν, καυτον εοντα καλον.
Οἱα τον ἁβροκομην στεργει Κλεοβȣλον Αλεξις,
Ευκρατεν ὀντως της Κυπριδος οινομελι.

Ubi ſcribo ναμα, pro νευμα. Forte et leg. ευκρατȣ.

Suave quidem vino miſcere flamen apum,
Suave et amare, cum ipſe ſis pulcher.
Ita mollicomum Alexis amat Cleobulum,
Quod eſt purum putum Veneris Vinum mulſum.

Vel forte reſcribendum ῥευμα. Ut in Antiphili, Anthol. I. lx. 6.
Ἁ καλον, αυτοπονητον, εν αιθερι ῬΕΥΜΑ ΜΕΛΙΣΣΩΝ.
Quæ forſan aliquis aliter accipiat. Attamen in eodem ipſe carmine, v. 5. habemus,

—— Τοθι ΓΛΥΚΥ ΝΑΜΑ μελισσα
Πηγαζει. ——————
—— *Ubi dulcem* fontem *apis*
Stillat. ——

Vel f. χευμα. Habetur et Βακχοιο ΝΑΜΑ φιληδονον. II. xlvii. 34. Sed, ut in viam revertamur, legendum eſt geminum germanum epigramma, Anthol. VII. pag. 632. edit. Wechel.

V. 78. — Αιθριοκοιτειν.] Florentina αιθριοκοιτην. Juxta membranas.

V. 79. Τα δρυι, &c. —] Virgilius, Ecl. V. 31.

Vitis ut arboribus decori eſt, ut vitibus uvæ,
Ut gregibus tauri, ſegetes ut pinguibus arvis.

In proximo verſiculo rectius Aldus ὁ μοσχος. Cæteræ ἁ. Male, nam vox eſt maſculi generis. Vid. ad. Idyll. IX. 7.

V. 84. Λασδεο τας συριγγας.—] Legit Scaliger συριγγος. Ubi ſupr. p. 227. Probante Valckenario, Epiſt. ut ſupr. p. 14. Sed duæ, ſi bene memini, fuere fiſtulæ. Verba Scholiaſtæ poterant eam emendationem Scaligero ſubminiſtrare. Quin et unus Codex Benedictinus habet συριγγος.

V. 88. Ὡς ὁ παις, &c.] Scaliger, ibid. reponit Ὁς pro Ὡς, Sc. "*Alter* gaviſus eſt." Et v. 90. ſimiliter Ὁς pro Ὡς. Sc. "*Alter* autem doluit."

Ὁς

Ὅς μεν, ὅς δε, poetice, pro ὁ μεν, ὁ δε. Idem mox, verſu 91. ita legit et interpungit.

Ὡτερος ϰτω, νυμφα γαμηθεισ' ὡς ακαχοιτο.

Cui vel ſuam lubens in hunc locum conjecturam conceſſit Heinſius. Aliter locum conſtituit Reiskius. Viz. Ὡς et ϰτως inter ſe permutavit interpres. Sed obtinent etiam hoc loco iſta verba conſuetam ſuam vim, ὡς, *quemadmodum*, ϰτως *ſic*. Pari modo, ver. 90. ὥς, cum accentu, eſt *ſic:* et ver. 91. ὡς, ſine accentu, *quemadmodum*. Atqui valeant in rebus exilibus, etſi maximorum virorum, rationes adhuc exiliores.

V. 91. — Γαμεθεισ'. —] Aldus, et poſt eum nonnullæ vetuſtiorum, dat γαμηθεισ'. Quod eſt et Codicum. Necnon ὡς pro ϰτω. Hodierna lectio Calliergi eſt, et poſt eum Stephani.

V. ult. — Ακρηβος εων. ——] Nympham Thaliam, ut tradit interpres vulgatus, Xeneam ineditus, duxit in uxorem, valde adoleſcens, et jam quaſi puer. Vid. ad Idyll. I. 64. Legitur et ακρηβης. Epigramma ineditum prius, Αδηλον, vel Artemonis, MSS. Anthol. C. Ceph. L. I. Carm. 115.

Λαθρη παπ]αινοντα παρα φλιης Εχεδημον,
Λαθριος, ΑΚΡΗΒΗΝ τον χαριεντ' εχοντα.

Perpende tamen quo ſenſu vox illa adhibeatur in hoc epigrammate, non prorſus illepido, P. Silentiarii. Anthol. VI. viii. 7.

Σοι τα λιποςεφανων διαπλασματα μυρια φυλλων,
Σοι τα νοοπληγεσ πλαςα κυπελλα μεθης,
Βοςρυχα σοι τα μυροισι δεδευμενα, τηδε κονιη
Σκυλα ποθοβλητα κειται Αναξαγορα.
Σοι ταδε Λαϊς άπαντα. Παρα προθυροις γαρ ὁ δειλος,
Τοις δε συν ΑΚΡΗΒΑΙΣ πολλακι παννυχιας,
Ουκ' επος, ϰ χαριεσσαν ύποσχεσιν, ϰδε μελιχρης
Ελπιδος ύβριςην μυθον επεσπασατο.

Tibi hæc e coronis evulſiones mille foliorum,
Tibi hæc animum quatientis figurata pocula ebrietatis,
Crines tibi unguentis madidos, et in hoc pulvere
Spolia amore perculſi reponuntur Anaxagoræ.
Hæc tibi Lais omnia. In veſtibulo enim miſer
Hiſce cum adoleſcentibus *ſæpe pernoctans,*
Non verbum, non gratioſam pollicitationem, non dulcis
Spei contumelioſum ſermonem ex me extorſit.

Suidas, V. ΑΚΡΗΒΗΣ. νεος. Scholiaſtes noſter ineditus, ΑΚΡΗΒΟΣ. εξηβος ὁ γερων, ακρηβος δε ὁ τριακοντϰτης. Verum hoc interpretamenti, ſive ſit a vetere grammatico ſive a Calliergo, deſumptum videtur ex Heſychio.

ΕΞΗΒΟΣ.

ΕΞΗΒΟΣ. εξω της ἡβης, τριακοντα πεντε ετων. Qui complevit annos adolescentiæ. Ita Scholiastes Æschyl. Sept. Theb. v. 11. ΕΞΗΒΟΝ ΧΡΟΝΩι. αντι τȣ γεροντα οντα. Commode Stephanus, Thesaur. I. pag. 1446. ΑΚΡΗΒΟΣ. "Qui est in *summo* pubertatis. Qui est in *prima* pubertate. Vel, Qui *pubem primam* habet. ὁ εχων το ΑΚΡΟΝ της ἡβης." Ita tamen alter e magistris Græcis, ad hunc locum, ineditis. ΑΚΡΗΒΟΣ δε ὁ αρχην εχων της ἡλικιαν. Qualem sensum voluerit ipse poeta, patet e v. 3. Ubi dicuntur ambo pastores *impuberes*. Nisi forte velis, hasce nuptias non de præsenti tempore intelligi; sed quod Daphnis, tandem vir factus, et postquam ad maturitatem pervenerit, uxorem duxerit e Nymphis aliquam. Malo tamen alteram interpretationem.

A mellitissimo poematio priusquam lectorem dimisero, complures ejusdem versiculos, a Valckenario, in Epistola superius citata, pag. 8. seq. pro spuriis aut confictis haberi, sub fine monendum duxi. Plerosque damnat elegiacos, ut suppostititios; in primis autem pentametros, utpote bucolicis parum convenientes. Versus 61. et 62. e versibus 31. et 32. factos arbitratur. A poeta nostro versus 65. et 66. prorsus abjudicat. Versus 63. et 64. Theocrito dubitat, an alteri potius, ascripserit. Nonnullos versiculos deesse contendit. Alios, aliunde translatos. Alios confusos, aliterque quam hodie connectendos esse, pergit indicare. Cum vero prolixius esset et subtilius, egregii viri rationes omnes hic loci recensere, multo magis commode dijudicare; ad ipsum, remitto lectorem. Quem tamen admonitum velim, rationes illas a Reiskio, perito satis arbitro, in animadversionibus ad hoc Idyllium, prorsus improbari. Quin et hoc quod attinet ad elegos, adjiciam. Suavitatis pleni sunt, et a Marone nonnullis in locis, ut ostendimus, expressi. Porro carminis elegiaci latissime, non modo materies, sed et usus, apud antiquos Græcorum poetas patebat. Testor luculentos illos Elegos in Phœnissis Euripidis.

IDYLLIUM IX.

QUÆDAM hujus Idyllii principio, ſcilicet ad exornandam ſcenam neceſſaria, deeſſe putat Cl. Valckenarius, ubi ſupr. pag. 14. Et quod hic, ut in Idyllio præcedenti, duo paſtores, iidemque Daphnis et Menalcas, ad alterius arbitratum certent cantando, partem fuiſſe hoc præcedentis illius, ab eodem utique jam olim a grammaticis otioſis diſtractum, quaſi ſuſpicari videtur. Me quidem judice, ſi non pars ſit præcedentis, at eadem certe ſuavitatis bucolicæ vena, iiſdem gratiis paſtoralibus, hoc Idyllium commendatur. Vid. Not. ad v. 29. Reiskius, quod in ipſo limine præmonendum duco, præfixit verſiculis, primo, quarto decimo, et undevigeſimo, perſonam paſtoris. Porro Menalcas, quod nondum critici viderunt, in cantilena ſua characterem Cyclopis aſſumpſit. Vide ſis ad v. 18.

V. 2. Ωδας αρχεο, &c.] Virgilius, Ecl. III. 58.

Incipe, Damæta: tu deinde ſequere, Menalca.

Ibid. — Εφεψαϑω. —] Aldus εφαψαϑω. Cum Codicibus quibuſdam. Calliergus et Stephanus ut legitur hodie.

V. 3. — Ὑπο. —] Ita Aldus, et poſt eum Stephanus. Calliergus, forte melius et verius, επι. "Tauros mittite *inter* vaccas nondum fœtas." Quaſi novum compoſitivum, ut Cl. Reiskio viſum eſt, εφεντες, ſuccederet priori illi ὑφεντες. Tantundem fere ſcholiaſtæ viſum eſt, utramvis hic loci præpoſitionem ſcribas.

V. 4. Χῶ. —] Hoc, qualecunque eſt, Doriſmi, primus hic in textum ſubinvexiſſe videtur Heinſius noſter, in editione ſua. Quod mirum eſt ad poſteros, præſertim noſtros Oxonienſes, non dimanaviſſe. Quorum quidem omnes, cum vetuſtioribus et probatioribus editionibus, habent χ' οἱ.

V. 6. Εμποϑεν. —] Legatur, ex Florentina, ἐν ποϑ' ἐν. Hanc veram fuiſſe lectionem colligebat Iſ. Voſſius, ex Libello Gregorii Corinthi Metropolitæ. Ad Catull. pag. 240. Senſus eſt, "Cane carmen pro carmine *alternatim*." Sed, recepta lectio, ſi cum ſpiritu ſcribatur, idem valet. Male Stephani textus exhibet ἔμποϑεν, cum ſpiritu leni. Nihil hic vidit Æmilius Portus, in Lexico Dorico. Commeliniana habet, in altera verſiculi parte, αλλωϑεν δε ποτικρινοιτο, quod Heinſii eſt; contra cæteras omnes, quæ dant αλ-

 λωϑεν

λωθεν δε γ' ὑποκρινοιτο. Vide Cl. Valckenarii Herodot. pag. 302. 34. Lucian. Wetſt. Tom. II. pag. 3. §. 2. Quin et adeas, ſi lubet, ipſum Gregorium prædictum, §. LXXVII. 100. Edit. 1766. Ibidemque notas docti editoris. Nobis non vacat inter grammaticos otiari.

V. 7. — Ἀ μοχος. —] Recte ſcholia ὁ. Vid. Not. Idyll. VIII. 79.

V. 11. Αιψ, &c.] Circumſtantia pulcherrime ſubtexta: quam Siciliæ ſcilicet inſulæ natura, montibus altiſſimis abundantis, paſcendis capris aptiſſimis, opportune dictabat.

V. 12. — Θερευς —] Heinſii eſt, in ſua Commeliniana, pro Θερδυς. Cæteræ omnes, cum membranis, θερευς: ut in epigrammate Meleagri, a me primum edito, ad Idyll. II. 125.

V. 13. — Ερωντι. —] Stephanus ερων τι. Unde videtur elicuiſſe Reiskius, quod legendum nullus dubitat, ερων τυ. Sc. "Quantum *Tu*, amore captus, curas, &c." Subaudito μελεδαινεις. Florentina legit ερωντα. Commode poſſis etiam reſcribere ερων τε. Senſu manifeſto. Scholiaſtæ certe præ oculis habebant hodiernam lectionem, qui V. παιδες ſubintelligi monent. Ita eſſet, "Quantum *amant* pueri, &c." Hinc Virgilius, Ecl. VII. 51.

Hic tantum Boreæ curamus frigora, &c.

Poterat etiam reſpexiſſe ad v. 20. inf.

V. 18. Ὧν μοι ωρος κεφαλα, &c.] Similiter Cyclops Euripidis. Cycl. 328.

Ὅταν δε βορεας χιονα Θρηϊκιος χεῃ,
Δοραισι θηρων σωμα περιβαλων εμον,
Και πυρ αναιθων, χιονος ουδεν μοι μελει.

Quando vero Boreas Thracius nivem fundit,
Pellibus ferarum corpus circumdans meum,
Et ignem accendens, nivem nihil curo.

Porro gulam Cyclopis, quaque copia εφθα και οπτα, *elixa et aſſa*, ſibi in antro parata habuerit, pluribus proſequitur Euripides. Vid. ad Cycl. v. 355. ſeq. Et v. 247. ſeq. Quemadmodum et hic, v. 19. *exta* ſibi in *igne*, quercubus accenſo, *bullire* dixit. Quin et apud Euripidem, v. 241. μεγαν φακελον ξυλων Cyclops igni mandat imponendum. Vid. ad Idyll. XI. 50. Apud Euripidem quoque, v. 391.

Και χαλκεον λεβητ' επεζεσεν πυρι.

Et æneum lebetem fecit fervere igni.

V. 20. — Ουδ' ὁσον ωραν
χειματος, η νωδος, &c.] H. Stephanus, probante Heinſio, c. XV. barbarum quiddam et abſurdum ſonare το ὁσον contendit. Itaque poſuit ου τοσον Heinſius. Caſaubonus, in altero verſiculo, bene reſcribit ἠ, *quemadmodum*, c. x. Vid. ad v. 21. Ea lectio conſtat in Aldina. Extat etiam in Benedictinis Codicibus. Ουδ' ὁσον, illud ſi teneas, eſt, *Ne tantulum quidem*. Mens poetæ clare illuſtratur in ſcholio, quod nos nunc primum ſuis reſtituimus.

V. 21.

V. 21. — Αμυλοιο παροντος.] Quid ſit amylus, e ſcholiis edocebere. Inter placentarum genera recenſet Athænæus, XIV. 647. ſeq. Vid. et Plin. Nat. Hiſt. XVIII. vii. Vult Heinſius, c. ult. hoc Theocritum ex Eubulo poeta deſumpſiſſe. Scilicet apud Athen. VIII. 347.

ΑΜΥΛΩΝ ΠΑΡΟΝΤΩΝ, εσθιυσ' εκαςοτε
Ανηθα, &c.

Sed iſta proverbialis et trita mihi locutio videtur. Legendum et hic ῆ pro η, patet e ſcholiis ineditis.

V. 23. Δαφνιδι μεν κορευαν. —] Pani quidem dedicatur η κορυνα, gravis illa quidem et valida, Anth. IV. xxii. 49. Autore Leonida. Ubi ejus et uſus edocetur.

Και τον ῥαιβοκρανον εὐςορθυγγα ΚΟΡΥΝΑΝ,
Αι παρος αιμωπυς εςυφελιξε λυπυς.

Et hanc capite incurvam e valido ſtipite clavam,
Qua prius ſanguineos verberavit lupos.

Confer Idyll. VII. 19. 43. 128. Genus erat pedi paſtoralis. Vide Schol. Apoll. Rhod. IV. 971. Vid. et Anth. IV. xxii. 51. Ubi νομιη κορυνα. Paſtoralis clava. Vid. et Anth. VI. ix. 2.

V. 25. — Καλον οςρακον. —] Rarius apud poetas adhibetur et deſcribitur pulchritudo concharum marinarum. Quod miror a poetis Græcis non frequentius factum, quibus maritima omnia adeo familiaria fuere. Dedicatur tamen concha, ampla illa et bene turbinata, in epigrammate Theodoridæ, Anth. Ceph. Carm. 474. Edit. Reisk.

Οφρ' ειην λιπαρων παιγνιον Αντρειαδων.

Ut eſſem nitidarum Antricolarum oblectamentum.

Illud utcunque non omiſit Lucretius, vetuſtæ ſuavitatis et elegantiæ ſcriptor. L. II. 374.

Concharumque genus parili ratione videmus
Pingere telluris gremium, qua mollibus undis
Littoris incurvi bibulam pavit æquor arenam.

V. 27. Τηνω, &c.] Miram jucundiſſimamque ſimplicitatem ſecum ferunt hæc dona, quibus ob cantilenarum ſuarum ſuavitatem inſignem, paſtoribus merito gratificatur Menalcas: Clavam ſcilicet, agro patrio reciſam, affabre dedolatam; conchamque perpulchram, ingentem, e ſcopulis Icariis a ſeipſo detractam, cujus caro quinque tum præſentibus in cibum ſuffecerat. Paſtor autem, recepta concha, ei protinus præ lætitia inſonuit. Donum poſtremum dictabatur a litorali loci ſitu.

V. 28. — Φαινετε δ' ωδαν.] Sc. αποδεικνυειν, et δεικνυειν. Qua de formula Cauſabonus, ad Idyll. VII. c. ix. Ubi ex hoc loco, inter alia, contendit legi debere εφαινον, pro ὑφαινον ad Iliad. III. 212. Vid. Not. ad Idyll. VII. 8.

8. Quod vero inquit vir eximius, aliud esse Homeri μητιν ʽΥΦΑΙΝΕΝ, Odyss. IV. 678. verissimum esse puto. Cui quidem locutioni propius accedere videtur illa, notanda quidem, Odyss. III. 118.

> Εινaετες γαρ σφιν ΚΑΚΑ ʽΡΑΠΤΟΜΕΝ αμφιεποντες
> Παντοιοισι δολοισι. ———
>
> *Novennio enim ipsis* Mala nexuimus *circumambientes*
> *Omnigenis dolis.* ———

Quod expendant docti. Est et μητιν ὑφηνω, Odyss. XIII. 303. Pindarus habet, quod supra debuerat afferri, Εξυφαινε, φορμιγξ, μελος. Contexe, *cithara*, *melos*. Nem. IV. 71.

V. 29. — Τηνοισι. —] Si τηνοισι redit ad illos quinque convivas, quos, v. 27. commemorat, nil muto. Sed tum Idyllio huic nono totum decimum erit adjiciendum, et cum eo copulandum. Eo enim illa continetur cantio, quam ut Musæ proferant, eas rogat, v. 28. Me vero nondum pœnitet suspicionis, a versu 28. ad 36. exordium, seu præfationem, esse decimi. REISKIUS.

Quædam hic desiderari videntur. Nonnulli præterea, si conjecturam facere liceat, insunt huic Idyllio versiculi ab aliis Theocriticis, importuna grammaticorum opera, dedolati. Nonnulli videntur aliunde translati; ut hinc aliqui alio illati. Sed longe maxima pars ex ipsa Theocriti manu est; et in suspectis etiam locis agnoscis luxata membra Theocriti.

V. 30. — ολοφυγδονα. —] Scribit ολοφυδονα Calliergus. Nota est superstitio, etiam pueris, quam poeta attingit. Nimirum, in mendacii vindictam sive indicium, pustulam in lingua solere succrescere. Non tamen video quomodo versiculus iste locum habeat in contextu. Eam ob caussam, ut mihi videtur, prorsus omittitur a Daniele Heinsio, in metrica hujus Idyllii versione.

V. 33. — Πλειος. —] Calliergus πλοιος. Incuria certe, aut errore præli.

V. 34. — Εαρ εξαπινας. —] Non raro usurpatur apud poetam nostrum Dorica vox εξαπινας, pro εξαπινης. Occurrit et apud Pindari Pyth. IV. 487. Sed quid est, ver subitum, vel subito apparens? Nisi forte velis intelligere, "Ver citius adveniens quam expectabatur, et quasi ex improviso apparens." Quod ideo dulcius esse solet. Audacter Heinsius reposuit εργατιναις. c. xv. "Nec ver est *Messoribus* jucundius." Suo quidem more.

V. 35. — ʽΟρωσαι.] Ita Aldus et Calliergus; ac deinceps Stephanus. Stephani margo dat ὁρῇτε, et ὁρευντι. Primum habuit a scholiis et Florentina. Alterum si mavis, tunc erit legendum χαθευσαι. Eodem fere sensu. Utrumque nostri Codices adtulerunt.

IDYLLIUM X.

V. 1. Βουκαιε.—] In hac voce exponenda multa futilia, atque inter se diversa, Græci congesserunt interpretes. Hominem *rusticanum*, quantum ego e doctorum virorum sententiis assequi possum, rectissime debes accipere. Ille erat hic mercede conductus, et εργατινης. Metendo tamen operam maxime locabat.

Ibid. — Ωι 'ζυρε.—] Ita Stephanus, Dorice. Commune est ω οἴζυρε. Aldina et Calliergi tantum, οἴζυρε.

V. 2. Ουθ' εον.—] Ita feliciter Heinsius in editione sua, ex correctione Casauboni. Cæteræ editiones, saltem probatæ, ουτε τον.

Ibid. — Ογμον αγειν ορθον.—] Patet ex Hesychio et Suida, V. ογμον proprie de messoribus usurpari, qui longa serie, ordinatim procedentes, inter metendum quasi sulcum ducunt. De quo vocabulo adeundus Jac. Merrick, ad Tryphiodorum, v. 345. Confer Iliad. XVIII. 546. 552. Porro Pindarus habet Αυλακας ΟΡΘΑΣ εντανυσας. Rectos *Sulcos extendens.* Pyth. IV. 405.

V. 3. — Αλλ' υπολειπη.] Vaticani quidam Codices dant απολειπη.

V. 5. — Εν μεσω.—] Reiskio placet magis εκ μεσω. *Statim a meridie.*

V. 6. Ὁς νυν αρχομενος τας αυλακας ουκ' αποτρωγεις;] Legit Heinsius, c. xvi. αρχομενω, sc. ἀμαλος. "Qualis eris in *medio die*, qui nunc *incipiente* nihil efficis?" Si stet αρχομενος, communiter vel ad αυλακος, vel αποτρωγεις, referri possit. Vel subintelligatur εργω. Porro scribit Heinsius ωλακος, ut Doricum magis. Notandum enim est, inquit, totum hoc Idyllium accuratissime Δωριζειν. Scholiastes tamen agnoscit αυλακος. Casaubonus, c. ix. in dictione illa explicanda, της αυλακος αποτρωγεις, sensum nimis venustum consectatur.

V. 7. — Πετρας αποκομμ' ατεραμνω.] Quasi diceret, Anglice, "*My heart of Oak.*" Familiaribus colloquendi formulis hic res agitur.

V. 9. — Των εκτοθεν.—] Res externas. Intelligit omnia, præter victum et vestitum. Homini mercenario quid aliis opus?

V. 10. — Νυν.—] Quod Heinsius c. xvi. hic esse vult το ουν. "Nunquamne *igitur*, &c." Rectissime quidem; sed idem prius viderat Henricus Stephanus. Aliter intellexerunt Aldus et Calliergus.

 V. 15.

V. 11. Μηδε συμβαιη.—] Codicum Vaticanorum nonus agnoſcit μηδε γε. Quod verum eſſe probumque puto.

Ibid. — Χαλεπον χοιρων κυνα γευσαι.] Melior certe et ſanior lectio χοιρω, quam dat ſcholiaſtes, et Vaticanus quartus. Necnon Benedictini, aliique. Probat etiam Caſaubonus, c. ix. Auctoritatem Suidæ nihil hic facio, qui, ſub V. ΧΑΛΕΠΟΝ, recitans hoc proverbium, non tamen adhibito Theocriti nomine, dedit χοιριων. Quod tamen in quibuſdam Codicibus occurrit. Speciatim Politiani, inter Laurentianos. Vid. Adrian. Turneb. XXVI. 31. Hoc Proverbium dictum vult in eos Mich. Apoſtol. qui a parvis malis ad majora procedunt. Cent. XX. 56. Siquæ et alia occurrunt apud noſtrum hujuſcemodi, quæras apud eundem Michaelem. Quod ſatis habeo ſemel hic monere.

V. 13. Εκ πιθω αντλεις δηλον.—] Reponit Joannes Uptonus πηλον. Quæ vetus eſt vox pro *Vino*. Conjectura quidem certiſſima. Critic. Obſervat. in Shakeſp. pag. 256. Edit. 2. Vide ſis hac de voce doctiſſimas rationes J. Toupii. EMENDAT. in Suid. Par. II. pag. 66, 67.

Ibid. — Εγω δ' εχω ουδ' αλις οξος.] Non οξυς, caſu genitivo. Ἅλις ſæpe nominativum ſibi adjungit. Vide Callimach. Hymn. in Jov. v. 84. Et ibidem Spanhemium. Necnon Erneſti, nuperum doctiſſimumque Callimachi editorem. Legitur οξυς in Vaticanis.

V. 14. — Μευ απο σπορω ασκαλα παντα.] Elegantiſſime ſane. Difficile tamen eſt illud απο σπορω. Quare Reiskius, haud infeliciter equidem, conjecit απο σποδω, id eſt υπο σποδυ. Ita ut V. ασκαλα, juxta expoſitionem Heſychii, ſignificet ακαθαρτα. Sc. "Ante fores omnia mihi ſunt ſpurca, plena cinerum: propterea quod, amori meo intentus, nil curavi domum et aulam purgare." Σποδος, inquit, omne genus ſordium et purgamentorum domeſticorum complectitur. Si Scholiaſtem ſequare, idem fere ſonant illa Maronis, Ecl. II. 70.

Semiputata tibi frondoſa vitis in ulmo eſt.

Caſaubonus Scholiaſtæ interpretationem probat, c. xi. Quam commode videas. Legerem in principio verſiculi, ex Vaticanis tribus.

Τοιγαρτοι προ θυραν ΜΟΙ.————

Sequentia mecum per literas communicavit Cl. Toupius.
" Idyl. X. 14.——— προ θυραν μευ απο σπορω ασκαλα παντα.
Scribendum proculdubio,

——— απο ΣΠΟΔΩ ασκαλα παντα.

Quod et vidit Cl. Reiskius. Plautus apud Gellium, XVIII. 12.

——— *Exi tu Dave,*
Age, ſparge: mundum eſſe hoc VESTIBULUM *volo.*
Venus ventura eſt noſtra. Non hoc PULVERET."

V 15.

V. 15. Τις δε τυ ταν παιδων λυμαινεται; —] Bene Aldus τοι. Etſi τυ ſit ab antiquis etiam. Vult Reiskius, hoc in loco, παις idem eſſe atque τα παιδικα, το ſcilicet ερωμενον, cujuſque ſexus. Τᾶν παιδων eſt ex ſcholiis; cum των præferant editiones fere omnes.

V. 16. — Ἱπποκοωντι. —] Idem verſiculus occurrit, Idyll. V. 41. Tædet varietatularum, quas tum ſcripti tum codices impreſſi habent in nominibus propriis. Intellige nomen hominis, non fluvii ut in ſcholio. Ubi manum Calliergi agnoſco.

Ibid. — Ποταυλει.] Scholiaſtæ προσαυλει. Sive illud eſt Calliergi, vocem in textu explicantis. Bene reſcribe e Codicibus,

———— ΠΟΚ᾽ αυλει.

V. 18. Μαντις τοι ταν νυκτα χροϊζεται ἁ καλαμαια.] Adeatur Suidas, V. ΑΡΟΤΡΑΙΑ ΜΑΝΤΙΣ. Necnon Heſych. ad V. ΓΡΑΥΣ ΕΡΙΦΟΣ. Qui locus poſtremus huc plurimum facit. Conferatur et Paulus Leopardus, Emendat. V. 21. Mavult Cl. Valckenarius χροϊξει τ᾽ καλαμαια, quod Scholiaſtes indicavit. Epiſt. ut ſupr. pag. 61. Habetur in Cod. χροϊξεται. Unde fecerim repoſuerimque, χροϊξειθ᾽ ἁ καλαμαια. Vult facetus Milo noſter et ſalſus, "Eam puellam, garrulam ſane et loquacem, quin et vetulam, ſi tibi in uxorem duxeris, habebis quidem cicadam, quæ tota nocte tibi obſtrepet." Eſt ſimpliciter quidem χροϊζεσθαι, *accubare*. Vid. Euripid. Heraclid. v. 915. Ibidemque ſcholia. Quorum nonnulla cum noſtris faciunt. Necnon Phavorinum, V. χροϊζεται. Unus Benedictinorum dat χρονιζεται.

V. 22. Και τι κορας Φιλικον μελος αμβαλευ. —] Id eſt, μελος περι κορας. Αμβαλευ, Æolice et Dorice, eſt imperativus aoriſti ſecundi medii, pro communi αναβαλου. Αναβαλλομαι eſt, quod ſolent cantores incepturi, præludium facere. Vid. Not. ad Idyll. VI. 20. Sic Idyll. VIII. 71. λιγυρως ΑΝΕΒΑΛΛΕΤ᾽ αοιδην. Et quod Anglice dicitur apud muſicos, *To* PITCH *the tune*. Vid. Pindar. Pyth. I. 7. V. Αμβολας. Et Schol. ibid. Necnon Schol. ad Nem. X. 62. Nonni Dionyſ. XIX. pag. 515. v. 30. edit. Han. Quin et Homerum, Odyſſ. I. 155.

Η τοι ὁ Φορμιζων ΑΝΕΒΑΛΛΕΤΟ καλον αειδειν.

Videlicet ille cithara ludens cœpit pulchre canere.

Ubi Schol. προοιμιαζετο. Unde forſan reſtituas καλον αειδεν, verſiculo 20. Idyll. VI. Quod eſt, ut ibi notavi, nonnullorum Vaticanorum. Habetur et eodem ſenſu, βαλλετ᾽ αειδειν. Odyſſ. XVII. 262.

V. 24. — Ταν ραδιναν μοι
Παιδ᾽. —] Gracilitas illa, cum proceritate tamen conjuncta, magnopere laudabatur in puellis. Marcus Argentarius, Anth. VII. 158.

Την ΙΣΧΝΗΝ Διοκλειαν, ΑΣΑΡΚΟΤΕΡΗΝ Αφροδιτης.

Malo tamen ſenſu adhibetur ισχνην, inf. 27. Pedum etiam et tibiarum pulchritudinem

chritudinem fufpiciebant. Ita Battus nofter, inf. v. 36. Breviter et appofite Rufinus, de virgine lepidiffima. Anth. VII. 128.

> —— Ερατοχροος, εικρομαθος,
> Ευσφυρος, ευμηκης, ευοφρυς, ευπλοκαμος.

> —— *Amabili cute, vernantibus papillis,*
> *Pulchris tibiis, procera, pulchris fuperciliis, pulchris comis.*

Confer et Philodemum, Ibid. 100. Eft et alibi ραδινα, *tenera*, &c.

V. 25. — Ὧν γαρ χ' αψησθε. —] Ita bene Calliergus, quem fequitur Stephanus. Quod conftare videtur e minutulis variationibus Aldinæ et Florentinæ. Refcripferat Reiskius, ὧν και λαψεισθε. Λαβεσθαι τινος, inquit, eft, *Alicui fuccurrere*, &c. Longe tamen elegantius eft, "Quæcunque Vos, O Mufæ, vel ATTINGITIS tantum, omnia pulchra et amabilia efficitis."

V. 27. — Εγω δε μονος μελιχλωρον.] Pæne hic differtationem Stephanus elaboravit. Quam qui poffint explicent, et qui velint legant. Legerem μελιχρωον. Senfus eft, "Alii te vocant SOLE ADUSTAM; concedo, fufca es quidem, fed *fufca* ficut *mel*." Color mellis nonnunquam *fufco* eft propinquior; qualem contraxerat hæc noftra puella, in agris, tempore meffis, occupata. In bonam partem vox ea adhibetur. Notum eft Lucretii, quod et hic affert Stephanus, *Nigra*, μελιχρωος eft. Lib. IV. 1154. Vid. Wolf. ad Sapphon. p. 235. feq. Expofitio noftra confirmatur ex imitatione Virgiliana totius contextus, Ecl. X. 37.

> —— Quid tum fi FUSCUS Amyntas?
> Et *nigræ* violæ funt, et vaccinia *nigra*.

Ita quoque puerum quendam, nomine Theocritum, Callimachus commendat: Epigr. LVI.

> Τον το ΚΑΛΟΝ ΜΕΛΑΝΕΥΝΤΑ Θεοκριτον, ει μεν εμ' εχθει,
> Τετρακι μισοιης· ει δε φιλει, φιλεοις.

> DULCE NIGRANTEM *Theocritum, fi quidem me odit,*
> *Quadruplo magis oderis: fin amat, ames.*

Vide et Ariftænet. pag. 126. edit. Pauv. Aliquantulum quidem diverfus, fed nec prorfus abfimilis, erit fenfus, fi, quod inter alia monet Stephanus, reponatur μονον pro μονος. Sc. "Alii te NIGRIOREM *pice* judicant; Ego tamen, e contra, te TANTUMMODO *fufcam* effe judico." Certe excufat hic puellam fuam Battus amator, fi non laudat. Si mavis receptam lectionem, μελιχλωρος, forte bene vertas, "At ego non VALDE *nigram* te voco." Eodem fere redit utravis lectio, μελιχλωρος et μελιχρωος. Subjiciendum duco, V. μελιχρως, ad pulchritudinem, cutifque *candorem* notandum, poffe adhiberi in epigrammate inedito Diofcoridis. MSS. Anthol. Conft. Cephalæ, Lib. I. Carm. 187.

——— Ὁ ΜΕΛΙΧΡΩΣ
Κȣρος Ἀθηναιος παντας επωμοσατο.

——— Candidus *ille*
Puer Athenæus omnes juravit.

Niſi legatur μελιχρος. Sic Philoſtratus de Patroclo, Heroic. cap. xix. n. 9. pag. 736. edit. Lipſ. Profecto in vultibus puellarum, præcipue flavicomarum, quarum color eſt valde *candidus*, vel, ut diceremus Anglice, *Very fair*, aliquid etiam delicatæ flavedinis ineſſe ſolet. Sive, per hoc epithetum nitor cutis in venuſtiſſima facie notari poſſit et illuſtrari; cum mel ſit fere pellucidum. Addam aliud, ex epigrammate inedito, ubi diſtinguuntur λευκοι, μελιχρωδεις, ξανθοι, μελανες. Anthol. C. Ceph. L. I. 5.

Τȣς ΛΕΥΚΟΥΣ αγαπω, φιλεω δ' ἁμα τȣς ΜΕΛΙΧΡΩΔΕΙΣ,
Και ΞΑΝΘΟΥΣ, εργω δ' εμπαλι τȣς ΜΕΛΑΝΑΣ.

Amplector albos, *amo ſimul illos* mellei *coloris*,
Et flavos, *rurſus autem colo* nigros.

Niſi forte quod hic *flavi*, et *mellei coloris*, componantur. Confer huc Anth. MSS. Ceph. Lib. I. Carm. 153. 102. Vide et Not. ad Idyll. V. 95. Addam et hoc Stratonis ineditum carmen hactenus, MSS. Ceph. I. 65.

Ην εσιδω τινα ΛΕΥΚΟΝ απολλυμαι, ην δε ΜΕΛΙΧΡΟΥΝ
Καιομαι, ην ΞΑΝΘΟΝ εὐθυς ὁλως λελυμαι.

V. 30. Ἁ αιξ, &c.—] Virgilius, Ecl. II. 63.

Torva leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam;
Florentem cytiſum ſequitur laſciva capella.

V. 31. Ἁ γερανος τωροτρον.—] Sationis tempus, vel ſementem, Grus amat et inſequitur. Aptiſſima quidem meſſori et conveniens valde comparatio. Cæterum adprime huc facit Heſiodus, Op. D. v. 448.

Φραζεσθαι δ' ευ τ' αν φωνην γερανȣ επακȣσης
Ὑψοθεν εκ νεφεων ενιαυσια κεκληγυιης·
Ἡ τ' αροτοιο τε σημα φερει.———

Obſerva vero, cum vocem gruis audieris,
Alte in nubibus quotannis clangentis,
Quæ et ſationis ſignum adfert.———

Quæ valde poetice dicta ſunt.

V. 32. Αιθε μοι ηϛαν ὁσα Κροισον ποκα φαντι.—] Ita Calliergus et Stephanus. Longe verius, ut videtur, Aldina: Αιθε μοι ειησαν ὁσσα Κροισον φαντι. Vitio manifeſto Florentina laborat. Senſus eſt ex Caſaubono, c. xi. " Si mihi opes ſuppeditarent, Veneri conſecrarem et tuam et meam imaginem.

Ac tu quidem, tibias tenens, ſertis redimita ſtares. Ego autem, non habitu iſto ruſtici hominis et pauperis: ſed, vel habitu citharœdi cum ſyrmate; vel, ut aliquis procerum, palliatus et eleganter calceatus." Quod ad V. Σχημα attinet v. 35. pro quo σχοιμι male legunt Scholiaſtæ, vide Caſaubonum: vel potius Du Freſne, in Gloſſariis longe doctiſſimis et refertiſſimis, cum Græco tum Latino. Vult Berglerus ad Alciphronem, per V. σχημα, *geſtum*, non veſtem, *ſaltantis*. Epiſt. L. I. xxxiv. pag. 141. Hinc illa Virgilii, Ecl. VII. 32.

Puniceo ſtabis ſuras evincta cothurno.

Et, ibid. 36.

——— Aureus eſto.

Apud Alciphronem, mentio fit imaginis dedicandæ ad formam lepidæ puellæ, Εν Αφροδιτης η Χαριτων. Sc. templo. Epiſt. I. xxxviii. pag. 174.

V. 36. — Οἱ μεν ποδες αςραγαλοι τευ.] Ita epigrammatiſta neſcio quis, Plan. VII. pag. 631. Ed. Wechel.

Και ποδες αργυρεης λευκοτεροι Θετιδος.

Et pedes argentea Thetide candidiores.

Vid. ſupr. ad. v. 24. Sic et Hebe dicitur λευκοσφυρος, Idyll. XVII. 32. Quæ et καλλισφυρος, Odyſſ. XI. 602. Theugenes etiam ευσφυρος, Idyll. XXVIII. 13. Sed paſſim ſuppetunt exempla.

V. 37. — Τρυχνα. —] Stephanus in margine τρυχνος. E Codicibus. Totam hanc Batti orationem ſalſam atque ironicam credit Reiskius. Laudat, inquit, Battus amator puellam ſuam, aſpectu turpem; ita, ut neſcias ingenioſiuſne vitia ejus tegat atque excuſet, an derideat jocoſius et ſalſius. Quod docto viro miror in mentem veniſſe. Plana eſt et aperta, eademque ſuavis et elegans, puellæ commendatio, quam verus ex animo ſuo profert amator. Si totum contextum diligenter expendes, nihil hic tectum, vel oblique dictum, reperies. Siqua in puella ſua deformia eſſent, ea pulchra vel putat Battus hic noſter, vel honeſta ſaltem facit.

V. 44. Δαματερ, &c.] Frequentes formulæ et occaſiones apud antiquos fuiſſe videntur hymnorum in Cererem. Vid. Virg. Georg. I. 346. Callimach. Hymn. in Cer. v. 2. Necnon ibid. Cl. Spanhemium. Vide ſis et eundem, ad Hymn. in Dian. v. 130.

Hanc divini Lytierſæ ſuaviſſimam Cantilenam, uſque ad v. 56. contendit Heinſius, c. xvi. e formulis incitatoriis omnino conſtare, mercenarios homines ad metendum, maxime ſiquando opus remitterent, hortantibus. Quas ſingulas uno quidem diſticho terminari credit, et non magis inter ſe disjungi debere, quam veterum ſententiæ ethicæ, puta Theognidis. Tales autem eſſe, ut vel alternatim a duobus, vel pluribus, cani poſſint, vel etiam ab uno. Ita etiam interpunctos verſiculos hujuſce cantilenæ, quemadmodum vellet et in textu edendos, curavit Heinſius in Lectionibus

tionibus suis exprimendos. Fuit Lytiersas ille, Messor; qui nimirum messores ad metendi certamen inter se solebat incitare, et cessantes plagis et verberibus mulctare. De Lytiersa quodam, Midæ filio, vid. Athen. X. p. 415. Hanc Lytiersæ Cantilenam, quæ forsan ab antiqua aliqua formula manavit, ita cum reliquis connecto et explico. Milon, post Batti finitum Carmen ad v. 37. salse, pro sua facetia, reponit, "Sane bellissime cantas: — Anne ad hoc barbam tuam, tam diligenter, infelix, aluisti? — Si vis bene cantare, cantes, mi homo, qualia solitus est divinus ille Lytiersa, qui et ipse messor erat." Dein, recitata Lytiersæ Cantilena, subjicit, "Talia quidem, vel nulla, messorem, solis patientem, canere decet. Tu vero talem mihi de tuis amoribus occinuisti næniolam, qualem longe convenientius occinere possis matri tuæ, fatuæ mulierculæ, quod solent insipientes pueruli, mane in lectulo recumbenti." Refingi tamen adhuc, et aliter explicari, nec illepide quidem, possit iste locus. Tribuatur versus primus post quadragesimum Batto. Rursum, tres ultimi Miloni. Hoc sensu. Inquit Milo, ut prius vidimus, "Quam belle cantas, &c." Reponit Battus, "Si ea quæ cecini non placent, vide hæc quæ cecinit et ipse Lytiersas." Tunc postquam Battus finem fecit Cantilenæ illius Lytiersæ, Respondet Milon, "Talia, quæ *nunc* cantas, messores canere decet: Illam *alteram* cantiunculam tuam, ridiculam illam quidem, flocci facio." Affert Dalechampius ad Athenæum, Sosybii versus viginti et quinque de Lytiersa; repertos, ut inquit in Theocriti manuscriptis commentariis. pag. 767. Vide et eundem Athenæum, XIV. p. 618. Δραγματα, &c.

V. 44. Σφιγγεσθ', &c.] Confer Homeri messores in Clypeo. Iliad. XVIII. 554.

V. 48. Σιτον αλοιωντες φευγειν το μεσαμβρινον ὑπνον.] Nil erat cur Scaliger illo seu nominativo, seu vocativo, αλοιωντες, offenderetur. Nil frequentius est in libris Græcis ista nominativorum cum infinitivis compositione, cum volunt imperare. Cujus exemplum est in ipso Theocrito. Idyll. XXIV. 93. viz. Αψ δε νεεσθαι [pro νεεσθω] αστρεπτος. Subauditur μεμνασο. REISKIUS.

Ego quidem χρη subaudiri puto; et legerem, cum Codd. ΑΛΟΙΩΝΤΑΣ.

Ibid. —Φευγειν το μεσημβρινον ὑπνον.] Non quod somnus meridianus suspectus esset et periculosus. Tempus enim meridianum meticulosum. Ut jam probavi pluribus ad Idyll. I. 15. Quam superstitionem clarius adhuc, et sane mirifice, Philostrati locus illustrat. Heroic. pag. 643. C. Paris. edit. Ubi sermo fit de Gigantibus in Phlegra occisis et sepultis. Θαρσει δε ουδε ΠΟΙΜΗΝ περι ΜΕΣΗΜΒΡΙΑΝ εκεινο το χωριον, ὙΠΟΠΑΤΑΓΟΥΝΤΩΝ ΕΙΔΩΛΩΝ, ἁ εν τῳ μαινεται. *Audet autem ne quidem* PASTOR *circa* MERIDIEM *in eo loco versari*, SUBSTREPENTIBUS SPECTRIS, *quæ ibidem insaniunt*.

V. 50. Δ'.—] Deest Aldinæ. Nonnullis et Vaticanis. Quod facit cum Heinsio; qui vult in fine singuli distichi sensum terminari.

V. 51.

V. 51. — Ελιννυσαι δε το χαυμα.] Sc. "Quiescere circa æstum." Videatur Hesychius, V. ΕΛΙΝΝΥΣΑΙ. Ejus de scriptione disputatur. Vid. Spanhemium et Ernesti, ad Callimach. Hymn. in Cerer. v. 48. Necnon Pauli Leopardi Emendat. I. 25.

V. 53. — Εγχευντα. —] Stephanus cum Vaticanis habet εγχεῦντα. Unde hoc manifesto profluxit. Aldus et Calliergus εκχευντα.

V. 54. Καλλιον, ω 'πιμελητα φιλαργυρε, τως φακως ἑψειν.] Verba καλλιον, αμεινον, λωϊον, non sine singulari elegantia usurpant Græci. Notum illud Hesiodi.

Μηδ' επ' ακινητοισι καθιζειν, ΟΥ ΓΑΡ ΑΜΕΙΝΟΝ.

Qua formula non semel utitur Herodotus. Quare Bucolici nostri sensus est, "Quin tu POTIUS id agis, ut lentes coquantur, et ventri bene consulatur." Verba sunt messoris ad operis dispensatorem, hominem perparcum, et qui genium suam defraudaret. Eruditiss. Jo. Toupius, EMENDAT. in Suid. Par. III. p. 273.

Τον φακον habet Scholiastes et Calliergus. Quod est et in multis Vaticanis. Ita quoque legerat Scholiast. ad Aristophanis Plutum, pag. 65. edit. Hemsterhusii, quem ibi videas. Editio Veneta, A.D. 1539. legit το φακον ἑλειν. Quod unde irrepserit haud equidem divino.

V. 55. — Καταπριων το κυμινον.] Festivissime Alexis Comicus, apud Athenæum. L. VIII. 365.

——— Αλλ' ευ οιδ' ὁτι

ΚΥΜΙΝΟΠΡΙΣΤΗΣ ὁ τροπος εςι σε παλαι.

——— *Sed probe novi*

Jampridem moribus et ingenio esse te Cymini Sectorem.

V. 57. — Λιμηρον ερωτα.] Aldus legit λοιμηρον. Calliergus λυμηρον. Stephanus, ut nos, forte verius. Quicquid legas, vox est contemptus; quasi dixisset, "*miserabiles* tuos amores." Non capio venustatem quam perspexit Heinsius in hac voce. Tres ultimi versiculi Miloni tribuuntur, in Vaticanorum nonnullis.

IDYLLIUM XI.

CUM idiotiſmi elegantia, et ſimplicitas, qua uſus eſt noſter, mirifica ſit in omnibus poematiis, in quibus hactenus verſati ſumus; tum vero in nullo magis quam in CYCLOPE. Quod mirum non eſt. Loquitur enim ut ΑΥΤΟΧΘΩΝ, et ex ipſa inſula oriundus. Heinſ. LECT. Theocr. c. xvii.

Egregium Judicium. Et profecto miror idem non ſenſiſſe Vavaſſorem, hominem vetuſtatis omnis amantiſſimum, venerumque præſertim Theocriticarum, ſatis æquum æſtimatorem: cui tamen hi ferini mores, et ut ita dicam ΚΥΚΛΩΠΑΙΟΙ, ſummo decoro, miraque characteris obſervantia depicti, neſcio magis an riſum moverint an faſtidium. Vid. Vavaſ. de Ludicr. Dict. ut ſupr. pag. 105. ſeq.

Proferam hic, quaſi Prologi vice, Cyclopa Homericum, Odyſſ. IX. 187.

> Ενθα δ' ανηρ ενιαυε πελωριος, ὁς ῥα τε μηλα
> ʽΟΙΟΣ ποιμανεσκεν ΑΠΟΠΡΟΘΕΝ· ȣ δε μετ' αλλȣς
> Πωλειτ', αλλ' ΑΠΑΝΕΥΘΕΝ ΕΩΝ αθεμιϛια ηδη.
> Και γαρ θαυμα ετυκτο πελωριον· ȣδε εωκει
> Ανδρι γε σιτοφαγῳ, αλλα ῥιῳ ὑληεντι
> ʽΥψηλων ορεων, ὁτε φαινεται ὁιον απ' αλλων.

> *Ibi vir habitabat ingens, qui certe pecora*
> *Solus paſcebat longe, neque cum aliis*
> *Verſabatur, ſed ſeorſim exiſtens infanda ſciebat:*
> *Etenim monſtrum erat immane, neque ſimilis*
> *Homini frumentum comedenti, ſed cacumini ſylvoſo*
> *Excelſorum montium, quando apparebat ſolum ab aliis.*

Tritum fuiſſe videtur hoc Poetis Siculis argumentum. Apud Scholiaſtem, Philoxeni, poetæ Siculi, mentio fit; qui ſcilicet in Dramate quodam, Cyclopen induxerat a delphinibus petentem, ut Galateæ ſuæ nunciarent, ſe ſuum amorem ſolari cantu. Idem eſt de quo ſupr. Not. ad Idyll. VII. 78. Appoſite Callimachus in epigrammate, XLIX. Ubi vatem coævum Theocritum monſtrare videtur et laudare Battiades.

Ὡς αγαθαν Πολυφημος ανευρατο ταν επαοιδαν,
Τῃ ῥα μενων αιγας ου καθ' ἱμασ' ὁ Κυκλωψ.

Ut dulcem Polyphemus commentus est cantilenam,
Uno in loco perstans, non amplius gregis curam gessit.

Quemadmodum legitur ex emendatione Bentleii et Annæ Fabri. Pars hujus carminis extat apud scholiastas nostros; qui versatissimi fuisse videntur in Callimacho, eumque frequentius ad partes vocant. Respexisse quoque videtur hoc Idyllium Bion, in luculento fragmento cui Titulus EPITHALAMIUM Achillis et Deidamiæ. VII. 1.

Λῃς νυ μοι, Λυκιδα, Σικελον μελος ἁδυ λιγαινειν,
Ἱμεροεν, γλυκυμυθον, ερωτικον, οἱον ὁ Κυκλωψ
Αειδεν Πολυφαμος επ' ηιονι Γαλατειᾳ;

Visne ergo, O Lycida, Siculum melos suaviter resonare,
Amabile, suaviter conceptum, amatorium; quale Cyclops
Accinebat Polephemus, in littore, Galateæ?

Extat aliud fragmentum Bionis, hujus, ut videtur, argumenti.

V. 2. Νικια.—] Milesius erat, ut videtur, ille medicus. Nonnulla, forsan ejusdem, epigrammata leguntur in utraque, ni fallor, Anthologia. Contexuit ejus nomen in Coronam suam poetarum Meleager. v. 19. 20. Eidem inscribitur Idyllium XIII. Idem laudatur a nostro Idyll. XXVIII. 6. seq. Necnon Epigr. VII. 3. Ex quibus locis, et hoc præsertim carmine, patet, floruisse illum, non modo medicinæ, sed omni elegantiorum literarum laude. Rescripsit carmen Theocrito de Cyclope; cujus duo versiculi, a Zacharia Calliergo primum prolati, cum tantum reperiantur apud Argumentum hujus Idyllii in veteribus editionibus, præter Codices manuscriptos, ne penitus obsolescant, hic adferam.

Ην αρ αληθες τουτο, Θεοκριτε. Οἱ γαρ ερωντες
Πολλακι ποιητας εδιδαξαν, τοπριν αμουσους.

Legerem ερωτες.

Erat et hoc verum, O Theocrite. Namque amores
Sæpe docuerunt poetas, prius nil cum Musis habentes.

Plura de medico hoc nostro traduntur ibidem, quæ desiderantur in vulgaribus argumentis hujus Idyllii. Porro apud Fabricium plures recensentur Niciæ. Bibl. Gr. Tom. II. Lib. III. c. xvii. p. 432.

Ibid.—Εμιν.—] Ita Heinsiana, sive Commeliniana, sola. Legitur apud cæteras omnes εμοι.

Ibid.—Ουτ εγχριστον—ουτ επιπαστον.] Prometheus de medicina nondum inventa. Æschyl. Prom. Vinct. 478.

Ουδ'

Ουδ' ην αλεξημ' ουδεν, ουδε βρωσιμον,
Ου χριςον, ουδε πιςον, &c.

Non erat remedium, neque esculentum,
Neque inunctum, neque poculentum, &c.

Cum quibus confer ad hunc locum scholia nostra.

V. 4. Γινετ επ' ανθρωποις· ευρην δ' ου ραδιον εςι.] Ita Reiskius hunc versiculum vult interpungendum.

Γινετ· επ' ανθρωποις ευρην δ' ου ραδιον εςι.

Leviter hic nonnulli variant scripti Codices. Sed non tanti est ut indicemus.

V. 10. Ηρατο, &c. —] Sensus est, "Cyclops ille non exprimebat amorem suum, quemadmodum vulgo solent amatorculi, missitando ad suam puellam rosas, mala, cincinnos, atque alia hujuscemodi, lepida quidem munuscula. Non hoc erat ejus elegantiæ. Talia mittere dona, *vel* ita amare, non conveniebat homini vasto atque inculto. Omnia furiis agebat noster amator. Etiam in amore ejus quædam fuit immanitas." Depingere profitetur hic se Theocritus noster, novum quoddam genus amoris, ferini scilicet et horridi. Amator ille forma erat et specie immani, moribus plusquam agrestibus, et quasi giganteis; in antro, prope maris littus, vitam solitariam et pæne barbaram ducebat, gregibus curandis occupatus. Potus erat illi, satis dulcis et jucundus, resoluta nix candida, e nemorosis Ætnæ Montis verticibus delapsa. Victum suppeditabant pecora sua atque armenta, lactis scilicet, et casei reconditi, magnam vim; seque felicem prædicabat, quod ligni quernei satis haberet, ad ignem in antro suo perennem fovendum.

Ibid. — Κικιννοις.] Alii hic σελινοις legendum malunt. Alii floris aliquod genus intelligunt, et non comæ crispatæ fasciculos. Sed eadem erit loci ratio, et generalis, ut ita dicam, sententia. Inter primos, ubi omnia sana sunt et recta, novas hic lectiones excudit Heinsius; et argumentis in re non dubia non necessariis utitur.

Eruo hanc lectionem e Codicibus meis.

Ηρατο δ' ου μαλοις, ουδ' αυ ροδοις, ουδε κικιννοις.

Vel, ut quidem habent, ουδ' αν ροδω.

V. 12. — Αυτω απηνθον.] Sc. *Ipsæ, Sponte.* Virgilius, Ecl. IV. 21.

Huc *ipsi* potum venient per prata juvenci.

Vide Miscell. Obs. Crit. III. 372. Referas huc epigramma, suave hercle et perelegans, Diotimi, vel, ut alii maluere, Leonidæ, de pastore Therimacho, fulminis ictu perempto. Anthol. Lib. I. Cap. xxvii. 1.

Αυτο-

Αυτομαται δειλαι ποτι ταυλιον αἱ βοες ἠλθον
Εξ ορεος, πολλῃ νιφομεναι χιονι.

Sponte ſua timidæ ad ſtabulum vaccæ venerunt
E monte, multa aſperſæ nive.

Aliud et Erycii, in idem argumentum. Ibid. 2.

——— Αἱ δ' επι μανδραν
Οψε βοες, νιφετῳ ανερχομεναι, καλεβαν.

——— *Hæ vere ad ſtabulum*
Sero boves, nive aſperſæ, ibant.

V. 14. Αυτω επ' ἠιονος.—] Huc repoſitum vult Heinſius αυτι. c. xvii. Sed vulgatum αυτω Doricum eſt, pro αυτυ, *ibi*. Quod multis probat nuperus editor Gregorii Corinth. pag. 161. ad §. CLV. Ita dant αυτου Vaticani. Benedictini αυτος, SOLUS *in littore.*

V. 16. Κυπρελος.—] Vaticani crebri Κυπριδος.

V. 18.—Αειδε τοιαυτα.] Ita Florentina, Calliergi, Stephani. Cum Codd. Aldina τοιαυτ' ηειδεν. Unde feciſſe videtur Urſinus τοιαυτα αειδεν. Virgil. Collat. pag. 17. edit. Valck. Vide Dorvilii Vann. Crit. pag. 419.

V. 19. Ω λευκα, &c.] Hæc Virgilius adumbravit, Ecl. II. 6.

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,
Nil noſtri miſerere, &c.

Reſpondent et illa Maronis, ibid, v. 3. *Tantum inter denſas*, &c. noſtro, v. 13. ſeq. Vide Callimach. Spanhemian. II. 454. Necnon Not. ad Idyll. I. 5.

V. 20. Λευκοτερα, &c.] Hæc imitatur Ovidius, Met. XIII. 789. ſeq.

Splendidior nivei folio, &c.

Ultra modum tamen Naſo laſcivit; et, quod maximum eſt, oblitus plane decori, quæ Cyclopi loquenti parum conveniunt, nonnullas comparationes undecunque congeſtas, et quales quivis facile proferret amator, importune nimis adhibuit. V. g. "Splendidior vitro," v. 791. "Riguo formoſior horto," v. 797. "Laudato pavone ſuperbior," v. 802. "Violentior amne," v. 801. "Cervo claris latratibus acto fugacior," v. 806. Quæ vero ſubinde ſequuntur, ex ipſis Siculi noſtri comparationibus magna ex parte concinnatæ, quantum fuco ſimplex ſynceruſque color præniteat, abunde demonſtrant.

Ibid.—Απαλωτερα δ' αρνος.] Lepidiſſime Philodemus, Anthol. VII. 98.

——— Αμνυ χρωτι τερεινοτερα.
——— *Agno corpore tenerior.*

Sed iſta comparatio apud Theocritum pulcritudinem ſuam ducit a proprietate; et ad officium Cyclopis et charactera refertur.

V. 21.

V. 21. — φιαρωτερα ομφακος ωμας.] Omnia hæc in laudem dici της ερωμενης, judicat Caſaubonus; ab iſtis vero, nitorem cutis Galateæ commendari, neutiquam duritiem, ſive acerbitatem, puellæ dilectiſſimæ exprobrari, contendit. c. xiii. Hoc, inquit, Ovidianis illis "*Splendidior* vitro" reſpondet. Putat nempe, V. ΦΙΑΡΟΝ eſſe *ſplendens*, *nitens*, λαμπρον. Præterea Reiskius unum atque alterum vocabuli hujuſce rarioris, hoc ſenſu adhibiti, excitavit exemplum. Quin et Heſychius, ΦΙΑΡΟΝ. λαμπρον, καθαρον. Vid. et Heringæ Obſ. c. xxxi. p. 275. Lubentior equidem magnis viris hoc concederem, ſi non obſtaret illud ωμας, *crudæ*, *immaturæ*, *immitis*. A maturis uvis cutem nitentem ſaltem commendaſſet aptius. Jam vero duram puellam, qui modo pulcherrimam dixerat, appellare poſſet ardentiſſimus amator. Legit ſolus Calliergus σφριγανωτερα. Quæ lectio non prorſus aſpernanda eſt. Heſychius, ΣΦΡΙΓΩΝ. ακμαζων, νεαζων, αυξων. Idem, ΣΦΡΙΓΑΝΟΝ. ακμαιον, δαψιλες, σφοδρον. "Uva recenti, ſive immatura, magis vegeta, turgidula, ſolida, &c." Nonnus, Dionyſ. L. XXXIV. p. 858. v. 32.

——— Και δια πεπλε
Λεπταλεε, ΣΦΡΙΓΟΩΣΑΝ ιτυν τεκμαιρετο μαζε.

——— *Et per peplum*
Tenue, tumeſcentem *circumferentiam conjiciebat papillæ.*

Apud veterem poetam, Achilleum Erethrienſem, adoleſcentes dicuntur, ηβης ΣΦΡΙΓΩΝΤΕΣ. Athen. X. 414. De arboribus etiam, quod rarius, adhibuit hanc V. Lucianus. Υπ' ακμης ΣΦΡΙΓΩΝΤΑ νεοις κλωσιν ην ωρια. *Sub ipſa maturitate novis* LUXURIANTES *ramis tempeſtivæ erant.* Amor. II. Wetſt. pag. 409. §. 12. Haud inelegans erit hoc quidem ſenſu comparatio. *Nitidiorem* Vavaſſor interpretatur, ubi ſupra pag. 118. Qui quidem vult, Philoſtratum intellexiſſe *jucundiorem*. Sane apud Philoſtratum dicitur Galatea, ηδιων ομφακος. *Suavior Labruſca.* Icon. II. pag. 811. Qui tamen locus nihil videtur huc facere; ſaltem non ad hanc ſignificationem. Dijudicent harum elegantiarum periti.

Veruntamen Vitium præſtantiſſimarum feraciſſima fuit inſula Cyclopum: unde pulcherrime comparationem Cyclops ex uvis ducit. Homerus, Odyſſ. IX. 110. Hac de terra, ubi,

——— Αμπελοι, αιτε φερεσιν
Οινον εριςαφυλον. ———

——— *Vites quæ quidem ferunt*
Vinum ex magnis uvis. ———

Paulo etiam inferius, v. 357.

Και γαρ Κυκλωπεσσι φερει ζειδωρος αρερη
Οινον εριςαφυλον. ———

Etenim Cyclopibus fert alma terra
Vinum generoſum. ——

Noſter etiam Polyphemus de ſua ſpelunca, v. 46.

—— Ενϑ' ΑΜΠΕΛΟΣ ευ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΣ.

—— *Ibi* vitis dulciſſimos fructus ferens.

V. 22. Φοιτης.—] *Huc advenis.* Alio tamen ſenſu, quod parum vidit Daniel Heinſius, vox ea adhibetur, Idyll. II. 98. Eſt enim vox propria illis qui locum aliquem diſciplinæ frequentabant. Alciphron, Epiſt. III. lxiv. pag. 435. edit. Bergler. Τον υἱον εις φιλοσοφȣ ΦΟΙΤΑΙΝ επετρεψε. *Filium in philoſophi ſcholam itare juſſit.* Lucianus, Somn. I. Wetſt. I. §. I. Αρτι μεν επεπαυμην εις τα διδασκαλεια ΦΟΙΤΩΝ. *When I had left off* going *to ſchool. Cum jam deſiiſſem* ſcholam ire. Itaque, Idyll. II. Τηνῳ γαρ ΦΟΙΤΕΙ, &c. idiomatice dicitur de palæſtra quam frequentabat Delphis adoleſcens.

Ibid. — Αυϑ' ȣτως.—] Eſt pro αυτο ȣτως, quod alii enuntiare ſolent αυτο τουτο, *Illud ipſum, quod aio, prorſus ita,* &c. Reiskius.

Pulcherrima quidem petulantia marinæ puellæ, ita amatori ſuo illudentis.

V. 25. Ηραϑην μεν εγωγε, &c.] Virgilius, Ecl. VIII. 37.

Sepibus in noſtris parvam te, roſcida mala,
Dux ego veſter eram, vidi cum matre legentem,
Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus:
Jam fragiles poteram a terra contingere ramos.
Ut vidi! &c.

Eleganter inſtauro verſiculum e Vaticano ſexto,

Ηραϑην μεν εγωγε τευ, ω κορα, ανικα πρατον.

Vel ex alio,

—— τε σου, κορα. ——

V. 26. — Εμα συν ματρι.—] Vid. Schol. ad v. 67. infr. Nonnulli legerant ἑα cum *tua* matre. Legitur et εμοι. Vide Canteri Nov. Lect. V. 13.

V. 27. — Εγω δ' οδον ἡγεμονευον.] Ita Minerva Ulyſſi, Phæacum urbem ingredienti. Odyſſ. VII. 30.

—— Εγω δ' οδον ἡγεμονευσω.

—— *Ego viam monſtrabo.*

Sic et L. XXIV. 224. Lacinias ex Homero paſſim ſibi aptant Græci poetæ. Coluthus etiam dixit haud ita ſimpliciter, ævo nempe ſequiori. Rapt. Hel. 78.

Εις οδον ἡγεμονευε. ——

Niſi

Nisi malis ut εις ibi, pro εις, legatur. "*Solus* præivit, et viam monstravit." Sc. Mercurius.

V. 31. Ουνεκα, &c.] Virgilius, Ecl. VIII. 33.

> Dumque tibi est odio, &c.
> Hirsutumque supercilium, promissaque barba.

V. 33. Εις δ' οφθαλμος επεςι· πλατεια δε ρις επι χειλει.] Legi etiam possit υπεςι. Sola Aldina, recte quidem, dedit χειλει. Reliquæ omnes χειλη.

V. 34. Αλλ' ωυτος, &c.] Virgil. Ecl. II. 19.

> Despectus tibi sum, nec qui sim quæris, Alexi:
> Quam dives nivei pecoris, quam lactis abundans.
> Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ;
> Lac mihi non æstate novum, non frigore desit.
> Canto, quæ solitus, siquando armenta vocabat,
> Amphion Dircæus, in Actæo Aracyntho.

V. 35. — Αμελγομενον. —] Aldina, Florentina, Scholiastes, et in margine Stephanus, αμελγομενος. Quod et in Vaticanis invenio. Calliergus ut vulgo.

V. 36. — Ουτ' εν θερει ουτ' εν οπωρη.] Totidem verbis Homerus, Odyss. X. 76.

V. 37. — Ακρω. —] Pro ακρε. Ita tutius legas sine subscripto ι. Quod habent vetustarum nonnullæ.

V. 39. Τιν το φιλον γλυκυμαλον ἁμα κημαντον αειδων.] Aldus solus, γλυκυμαλον κημαυτων ἁμ' αειδων. Scholiastes habet τιν pro σε. Pro ἁμα legatur ὁμα. Hesychius, ʽΟΜΑ͂. ὁμε. Sed fortasse Dorice hic loci circumflectatur ἁμᾶ. Annon et commune ἁμα Dorice pro ὁμε? Habetur ἁμᾶ, supr. Idyll. IX. 4. Χ' οἱ μεν ἁμᾶ βοσκοιντο. *Et hi quidem* simul pascantur.

V. 40. — Αωρι. —] Videatur Suidas in hac voce.

Ibid. Τρεφω, &c.] Talia Galateæ suæ dona destinat, digna quidem Cyclope; non rosas, poma, et resectos e coma cincinnulos. Vid. Not. v. 10. supr.

V. 41. — Αμνοφορως. —] Ita Aldus, et post eum Stephanus. Calliergus μαννοφορως, quæ, post lectionem vulgatam, memoratur a Scholiaste. Estque in Vaticano tertio, sed recentiori manu adlita. "Duodecim hinnulos, *torquibus ornatos.*" Sensu sane elegantiori, sed longe minus simplici. Quemadmodum quoque legi Casaubonus et Heinsius maluere. Omnes Laurentiani præbent αμνοφορως. Aliam lectionem satis ingeniose excogitavit Reiskius, quæ quidem longe magis huic loco convenit, viz. Μηνοφορως. Μηνη est lunula. "Hinnulos *lunulis maculatos* in pellibus suis."

Hanc emendationem locus Homeri non incommode possit illustrare, Iliad. XXIII. 455. Loquitur poeta de equo rufo.

——— Εν δε μετωπω
Λευκον σημ' επετυκτο περιτροχον ηΰτε ΜΗΝΗ.

——— *In fronte*
Album signum erat rotundum tanquam luna.

Ibid. Σκυμνως, &c.] Hujufce Muneris quafi fævitiem molliendo, multum ejus proprietati detraxit Ovidius, Met. XIII. 834.

Inveni *geminos* qui *tecum ludere* poffint
Villofæ catulos in fummis montibus urfæ.

Lepidam ille et perbellam, quæ ferina fuiffe debuit et horridula, reddidit imaginem. Sed aliter non Romanis auribus adcommodaretur.

V. 42. Αλλ' αφικευ, &c.] Hoc eft Virgilii non "ignobile Carmen," Ecl. IX. 36.

Huc ades, O Galatea; quis eft nam ludus in undis?
Hic ver purpureum, &c.
——— Hic candida populus antro
Imminet, et lentæ texunt umbracula vites.
Huc ades, infani feriant, fine, littora fluctus.

Ibid. —Ποτ' αμμε.—] Ita primus expreffit Heinfius, in fua Commeliniana. Aldus ποτε με, nec male. Calliergus et Stephanus, ποτ 'αμε.

Ibid. — Και εξεις ουδεν ελασσον.] "Habebis non minus quam quod reliquifti." Vel, quod elegantius eft, "Nihil parvum habebis; omnia magna et copiofa."

V. 43. — Ορεχθειν.] Aldus ερεχθειν. Ποτι χερσον ορεχθειν. "*Gemere in margine.*" Quemadmodum folent boves ferro percuffi. Homerus, Iliad. XXIII. 30.

Πολλοι μεν βοες αργοι ΟΡΕΧΘΕΟΝ αμφι σιδηρῳ.

Ubi meminit Euftathius hujus loci, eumque explicat.

V. 47.—Πολυδενδρεος Αιτνα.] Non temere profertur hoc epithetum, quod plerique folent poetæ. "Ætna, inquit clariffimus Dorvilius, olim abundantem materiam præbebat navibus fabricandis; picearum et abietum ferax. Pleræque nunc arbores quercinæ nobis videbantur. Inde Cyclops apud Theocritum, ἁ ΠΟΛΥΔΕΝΔΡΕΟΣ Αιτνα. Et inde ibi ita gloriatur idem Polyphemus, v. 51.

Εντι ΔΡΥΟΣ ΞΥΛΑ μοι, και ὑπο σποδῳ ακαματος πυρ.

Sunt mihi querna ligna, *et fub cinere inexftinctus ignis.*

Certe ego nufquam tam grandes arbores contemplatus fui." SICULA, cap. xiv. p. 225. Profecto Dorvilium, qui meditabatur editionem Theocriti, fufcepto negotio quam maxime parem fuiffe, vel exinde, ne dicam cætera, jure credideris, quod locos ipfos et regiones quos incoluit ac defcripfit

ſcripſit Theocritus, ipſe peragraverit, et diligenter exploraverit. Adhibendus et huc Homerus, Odyſſ. IX. 186. qui Polyphemi τὴν Αυλην factam fuiſſe tradit,

——— Καταωρυχεεσσι λιθοισι,
ΜΑΚΡΗΣΙΝ τε ΠΙΤΥΣΣΙΝ, ιδε ΔΡΥΣΙΝ ΥΨΙΚΟΜΟΙΣΙΝ.

——— *Exciſis lapidibus,*
PROCERSIQUE PINUBUS, *et* QUERCUBUS ALTICOMIS.

Quinimo paulo ſuperius, 183.

——— Σπεος ειδομεν αγχι θαλασσης,
Υψηλον, ΔΑΦΝΗΙΣΙ κατηρεφες. ———

——— *Speluncam prope mare vidimus,*
Excelſam, lauris denſam. ———

Ita noſter, de ſpelunca Cyclopis, v. 45.

Εντι Δαφναι τηνᾳ. ———

V. 49. Τις κεν τωνδε. —] Τις καν τωνδε, Aldus. Cum Codd. Τις κεν τωνδε, Calliergus, et exinde Stephanus. Quorum e neutro, certe non a poſtremo, poteſt elici ΑΝΤΙ των δε. Quod multum conveniret. Quare ſubiaudi αντι, et lege καν vel κεν, utrum velis. "Quis PRÆ his, VICE Talium, &c."

Commode huc referenda eſt Bacchi oratio ad Nicæam, puellam venatricem: qui talibus promiſſis eam ſibi pellicere tentat, et invitat. Apud Nonnum, noſtri imitatorem, Dionyſiac. L. XVI. p. 442. v. 30. edit. Hanov.

Παρθενικη ροδοεσσα, τι σοι τοσον ευαδον ὑλαι;
Σων ερατων μελεων πεφειδεο· μη δ' επι πετρη
Αστορεες σεο νωτα κατατριψωσι χαμευναι.
Εσσομαι, ην εθελης, θαλαμηπολος· εν δε μελαθρω
Αυτος εγω στορεσω σεο δεμνια· τοισι πελασσω
Δερματα πορδαλιων πολυδαιδαλα· τοις δ' ἁμα βαλλω
Φρικτα λεοντειης πυκινοτριχα νωτα καλυπτρης,
Γυμνωσας εμα γυια· συ δε γλυκυν ὑπνον ιαυσεις
Νεβρισι δαιδαλεησι καλυπτομενη Διονυσου.
Μυγδονιης δ' ελαφου, &c. &c.

O virgo roſea, cur tibi tantum placuerunt ſylvæ?
Amabilibus tuis membris parce; neque in rupe
Parum ſtrata cubilia tua terga atterant.
Ero, ſi volueris, tibi thalamum adornans: in palatio autem
Ipſe ego ſternam tuos lectos, quibus accumulabo
Pelles pantherarum multum varias, quibus ſimul adjiciam

Horrida, densos pilos habentia, leonini tegminis terga,
Denudans mea membra : Tu vero dulcem somnum exiges,
Obtecta Bacchi variegatis pellibus cervinis.
Mygdonii autem cervi, &c. &c.

V. 50. Αιδε τοι, &c.] Vult Palmerius, Exercitat. pag. 803. eam esse mentem Cyclopis. "Etsi tibi videar *hirsutior*, ad manum tamen est ignis, quo *pilositatem* meam facile *comburam*." Quo quidem interprete, non modo ridiculus extorquetur sensus, sed et pulcherrimus, utpote simplex, ablegatur penitus et e medio tollitur. Polyphemo huic nostro, antrum incolenti, magno solatio fuit, quod ingentem struem ligni querni possederit, ad pellendum frigus. Hoc formæ suæ damna rependit Cyclops. Sensus itaque est, "Etsi tibi videar hirsutus et squallidus, attamen abundo multis vitæ commoditatibus: Sunt mihi querna ligna, et in antro perpetuus est ignis." Eodem modo, paulo supra, v. 33. seq. corporis sui deformitati copias suas et divitias opponit. "Unus oculus mihi subest hirsuto supercilio, et latus mihi nasus supra labra porrigitur: At, TALIS LICET EXISTENS, oves mille pasco, &c." Ita secum ratiocinatur homo ferus et immanis.

Jam vero Homerus Caseos Polyphemi memorat magna copia reconditos, Odyss. IX. 219. Ut et noster, v. 35. Vasa etiam plurima et mulctralia, lactis plena. 223. Quin et apud Homerum, v. 233. affert Cyclops ingens pondus ligni aridi ad ignem extruendum. Necnon apud Euripidem, ὑψηλης δρυος κορμους, tribus curribus vehendam molem. Cyclop. 382. Adjicit et hoc Euripides, in apparatu Cyclopis, quod simplex valde, moribusque conveniens. ibid. 385.

Επειτα φυλλων ελατινων χαμαιπετη
Εστησεν ευνην πλησιον πυρος φλογι.

Deinde ex foliis abiegnis humi stratum
Collocavit lectum juxta ignis flammam.

V. 52. — Και ταν. —] Legit Heinsius, κατταν, pro κατα ταν, veluti ποττο et similia: necnon in versiculo sequenti, ναι pro και. cap. xvii. Atque ita locum, qui plerosque torsit, et a Scholiastis parum capitur, explicare conatur. "Ignis mihi est perpetuus, quamvis certe sufficere mihi poterat ignis ille, quo a te, Galatea, cor meum comburitur: juro illud per unicum meum oculum, &c." Argutulus est iste profecto sensus, et minime probabilis. Interea possit hic alludere Cyclops, ad oculi sui combustionem, ab Ulysse faciendam: quam prædixerat ei Telephus; quamque memorat ipse, Idyll. VI. 22. Ut sensus sit. "A te, Galatea, pati possem illud quod mihi in fatis est; ut etiam mihi COMBURATUR OCULUS, quem tanti facio, imo animam etiam a te comburi paterer." A mentione ignis sui, videtur hanc transitionem facere.

V. 55. — Ποτι τιν.—] Aldus επι τιν. Cum Codd. Reliquæ probatæ ποτι.

V. 56. — Εφερον, &c.] Hinc illa Virgilii nata, Ecl. II. 45.

> Huc ades, O formose puer! Tibi lilia plenis
> Ecce ferunt Nymphæ calathis: tibi candida Nais
> Pallentes violas, et summa papavera carpens.

Elegantissime Vaticanus nonus.

> ——— πλαταγωνι' εχοισαν ερυθρα.

In illis quæ noster Siculus adjecit de Papaveribus, a Cyclope Galateæ missis, nescio quid inest αφελειας, et nativæ gratiæ. Papavera, *rubra crepitacula habentia.* Quo quidem pro epitheto, Virgilius tantummodo *summa* substituit.

V. 58. Citatur iste versiculus apud Athenæum. Cas. I. p. 5.

V. 59. Ὡς' ουκ', &c.] Sensus est, "Vellem afferre tibi lilia et papavera, simul, uno eodemque tempore: Hoc autem minus possum, quoniam illa in æstate, illa hyeme nascuntur et crescunt." In quibus mira est et jucunda simplicitas.

V. 60. — Ω κοριον νυν αυτοθι. —] Aldus agnoscit ω κορινα. Quod forte verius. Florentina, Calliergus, et Stephanus, ut nos; qui et αυτογα dant. Aldus, vero et Florentina, αυτοθι. Unde conjecisse videtur Reiskius νυν αυ ΠΟΤΙ. Non tamen ut illud ποτι cum νειν copuletur, sed cum μαθευμαι. Sc. "Præter illas, quas jamdum teneo artes, musicas et pastoritias, ADHUC illam ADDISCAM natandi." Nullam fistulam Cyclopi tribuit Homerus, Odyss. IX. Ubi vid. v. 315. Πολλη δε ροιζω, &c.

V. 61. Αικε τις, &c.] Sensus est, "Natare discam, siquis hospes huc forte adveniens, *me natare doceat.*" Illud subintelligere debes. Vitam solitariam degebat Cyclops, ideoque necessarius erat hospitis adventus, ut hoc addisceret. Vel forte, quod majorem crederet in advena scientiam ac peritiam, ad novam aliquam artem addiscendam. Porro non norant usum navium Cyclopes, ut cum aliis gentibus commercium agerent, ne ut proximam insulam adirent. Homerus, Odyss. IX. 125.

> Ου γαρ Κυκλωπεσσι νεες παρα μιλτοπαρηοι,
> Ουδ' ανδρες νηων ενι τεκτονες, &c. ———

> *Non enim Cyclopibus naves sunt pictæ,*
> *Neque viri navium fabri,* &c. ———

Quod mirum certe Græcis, qui, gens ut maritima, mare navibus ut plurimum frequentabant, et summa nota barbariei ac inscitiæ. Rerum videlicet omnium fertilissima Polyphemi regio, ita ut nec arari eam serive oportuerit, abunde victum sua sponte suppeditabat. Hinc otiosam penitus maximaque refertam copia, speluncas inter et pascua, vitam ducebant Cyclopes, gregibus curandis unice dediti. Hinc et apud veteres, ΚΥΚΛΩΠΕΙΟΣ

ΒΙΟΣ,

ΒΙΟΣ, pro vita nullius rei indiga. Vid. Strabon. L. XIII. pag. 592. Ed. Parif. Et L. XI. pag. 502. Cæterum Cyclopas, Læftrigonas, aliofque id genus hominum, plerumque confictos ab Homero fuiffe, facile inducor ut credam. Id, quod per fe fatis probabile, teftibus idoneis affirmatum dabo. Philoftratus, Heroic. pag. 668. A. Edit. Parif. "Κυκλωπων τε αυτῳ ΕΠΕΝΟΗΘΗ γενος, ȣδαμȣ της γης φυντες. Λαιςρυγονες τε ΑΝΤΕΤΥΠΩΘΗΣΑΝ, ȣς ȣδεις οιδεν όπȣ γενομενοι. *Cyclopum ab ipfo* [Homero] *excogitatum eft genus, cum nufquam terrarum fuerint*; *expreffique Læftrigones, quos nemo, ubi unquam fuerint, novit.*" Quin et Strabo, L. I. pag. 22. ed. ut fupr. "Εαν τις και τὴν ΔΙΑΣΚΕΥΗΝ ὡς ἱςορίαν δεχηται, εκεινȣ Ωκεανον, και Αδην, και Ηλιȣ βοας, και επι Θεαις ξενιαις, και Μεταμορφωσεις, και ΜΕΓΕΘΗ ΚΥΚΛΩΠΩΝ, και Λαιςρυγονων, και μορφην Σκυλλης, και διαςηματα, και αλλα πλειω τοιαυτα, ΤΕΡΑΤΟΓΡΑΦΟΥΝΤΟΣ ΦΑΝΕΡΩΣ. *Siquis commenta ejus* [Homeri] *pro hiftoria putet*; *Oceanum fcilicet*, *Haden*, *Solis boves*, *Dearum hofpitia*, *Formarum permutationes*, *vafta Cyclopum et Læftrigonum corpora*, *formam Scyllæ*, *fpatia navigationis*, *aliaque id genus multa*, *quæ Homerus perfpicue finxit*, *portentofa.*" Paulo tamen fuperius, fcite quidem notat Strabo, Homerum VERIS EVENTIS hafce FABULAS adjeciffe, defumptis tantum PRINCIPIIS fuæ poefeos ex hiftoria. Ibid. pag. 20. Profecto fpeciofa valde funt hæc miracula, fummi poetæ prorfus ingenio digna.

V. 62. —Ὠ κεν ιδω.—] Ita Aldus. Ὡς ειδω Calliergus, et margo Stephani, cum Vaticanis.

V. 65. Ποιμαινειν, &c.] Virgilius, Ecl. II. 28.

> O tantum libeat mecum tibi fordida rura,
> Atque humiles habitare cafus, et figere cervos,
> Hædorumque gregem viridi compellere hibifco.

V. 69. — Λεπτον εοντα.] Reiskius fcribendum conjecit λεπταλεοντα, *macrefcentem.* Elegantius quidem, dubito an verius.

V. 71. Σφυσδειν.—] Non fimpliciter *dolere*, ut Latinus interpres. Hefychius, ΣΦΥΖΕΙ. πηδα, φλεγμαινει, καιεται, &c.

Ibid. — Ανιαθη.—] Ita Heinfiana noftra. Reliquæ ανιαθη.

V. 72. Ω Κυκλωψ, &c.] Vid. Idyll. II. 19. Virgilius, Ecl. II. 69.

> Ah Corydon, Corydon! quæ te dementia cepit.

Quin et fequentia ibid. v. 71. tranftulit a noftro, v. feq. Virgilius.

> Quin tu aliquid faltem potius quorum indiget ufus
> Viminibus, mollique paras detexere junco?
> Invenies alium, fi te hic faftidit, Alexim.

V. 75. — Ταν παρεοισαν.—] Obvium eft fubintelligere *vaccam* vel *ovem.* Proverbium, quod hic in argumento paftorali fumma proprietate adhibetur; cujus et aperta eft fententia. Conferas epigramma Callimachi, XXXIII.

Ibid.

Ibid. — Τι τον φιλεοντα διωκεις.] Idyll. VI. 17.

Και φευγεις φιλεοντα, και ου φιλεοντα διωκεις.

Macedonius Consul, Anthol. VII. 65.

Και φευγεις φιλεοντα, και ου φιλεοντα διωκεις,
Οφρα παλιν κεινον και φιλεοντα φυγῃς.

Et fugis amantem, et non amantem persequeris,
Ut rursus illum et amantem fugias.

Flosculos Theocriti decerpere solenne epigrammatariis. De V. διωκειν, *sequi*, vide sis Car. Boyle, Phalarid. Epist. Vindic. pag. 64. edit. II. Ubi adhibendus Bion, Epitaph. Adonid. v. 52.

V. 78. Κιχλιζοντι. —] Κιχλισδοντι plurimi scripti Codices, ut tradit Cl. Dorvilius, Observat. Miscell. III. 373. Quod ipse possum testari de optimo Laurentii, aliisque. De vi et scriptione hujusce vocis vide Casaubonum, c. xiii. Necnon adi Suidam, in ipsa voce. Hesychium quoque, V. ΚΙΧΛΗΣΚΟΥΣΙ.

V. 79. — Εν τα γα. —] "Aliquis sum in SICILIA. Puellæ non me prorsus negligunt; sed multæ adsunt de nocte, cachinnantes, et mecum colludere cupientes, &c."

V. 80. — Εποιμανεν τον ερωτα.] Fortasse, "*Moderabatur* amorem suum:" metaphora sumpta a moderatione vel regimine gregis. Attamen in hoc supremo disticho videtur ad Niciam medicum reverti poeta, cui scilicet hoc inscribitur Idyllium. Quod si concesseris et velis, ΕΠΟΙΜΑΝΕΝ, cum Scholiaste melius expones, εθεραπευεν. Ita ut hæc sit, ad medicum illum omnino respectu habito, totius contextus tenor et sententia." Ita, cantando Polyphemus ille, O Nicia, MEDEBATUR amori suo: suavius autem sic agebat, ac si aurum dedisset ad MORBUM suum SANANDUM. Melius et felicius hæc illi MEDENDI ratio cessit, ac si vel alicui MEDICO pretium obtulisset, et aliquid sive εγχριστον, sive επιπαστον, adhibuisset."

IDYLLIUM XII.

FACILIUS cujus non ſit hoc Idyllium, quam cujus ſit, conjici poſſe exiſtimo. Character mollis, planus, ſuavis: ac vel propterea non pro Theocrito noſtro. Heinſ. LECT. Theocr. c. xviii.

V. 1. Ηλυθες, ω φιλε κουρε.—] Frequens ea vox eſt amoris poſt abſentiam diuturnam. Elegantiſſime Catullus, CARM. ix.

> Verrani, omnibus e meis amicis,
> Antiſtes mihi millibus trecentis;
> VENISTINE domum ad tuos Penates,
> Fratreſque uninames, tuamque matrem?
> VENISTI? O mihi nuncii beati!
> Viſam te incolumem, &c.

Quin et Virgilius, Æneid. VI. 687.

> VENISTI tandem, tuaque expectata parenti
> Vicit iter durum pietas? ——

Fortaſſe et hic nota interrogationis adhiberi poſſit. Ita tamen ut contextus hoc modo diſtinguatur.

> Veniſti, *O care puer, poſt tertiam jam noctem et auroram?*
> Veniſti. — *Qui, vero,* &c.

Quod et defendi poſſet e veteribus libris.

V. 2. — Οἱ δε ποθευντες εν ηματι γηρασκουσιν.] Elegantiſſime dictum. Virgilius, Ecl. VII. 43.

> Si mihi non hæc lux toto ſit longior anno.

Paulus etiam Silentiarius, Anthol. VII. 43.

> Ωμοσαν μιμναζειν σεο τηλοθεν, αργετι κουρη,
> Αχρι δυωδεκατης, ω ποποι, ηριπολης·
> Ουδ' ετλην ὁ ταλας. Το γαρ αυριον αμμι Φαανθη
> Τηλοτερον μηνης, ναι μα σε, δωδεκατης.

Juravi

Juravi manſurum me procul a te, candida puella,
Uſque ad decimam, O dii, Auroram:
Non potui miſer. Craſtinus enim dies mihi viſus
Longior menſibus, per te, duodecim.

Appoſite etiam, nec illepide, Dioſcorides, in epigrammate nunquam prius typis evulgato. Ex Anthol. MSS. C. Cephalæ, Lib. I. Carm. 158.

Τον καλον, ὡς ελαβες, κομισαις παλι, προς με θεωρον,
Ευφραγορην, ανεμων πρηϋτατε Ζεφυρε·
Εις ολιγον τεινας μηνων μετρον· ὡς και ὁ μικρος
Μυριετης κεκριται τῳ φιλεοντι πονος.

Formoſum, ſi habueris, rurſum refer ad me ubique ſpeculantem,
Euphragoran, ventorum mitiſſime Zephyre!
Breviorem efficiens menſium menſuram! —Ita enim parvus,
Aliter infiniti temporis, exiſtimabitur amanti labor.

Ubi ſiquid emendandum, vel melius explicandum, quod puto, videant illi quibus eſt otium, majorque peritia.

Ibid. —Ηματι.—] Αματι veteres. Videtur Heinſius omnes hujus Idyllii Doriſmos cum Ioniſmis mutaſſe; quia in argumento, dicitur hoc Idyllium Ionica dilecto conſcriptum eſſe. Quod momentum vereor ut ſatis grave ſit. Reiskius.

V. 4. — Σφετερης —] *Suo agno.* Contra Pindarus habet ἑων pro σφετερων. Pyth. IX. 182.

Και παλαιαν δοξαν ἙΩΝ
Προγονων. ———

Et antiquam gloriam veſtrorum
Majorum. ———

Niſi mavis ut ἑων vertatur *Suorum.* Sc. Herois Majorum.

V. 6. — Ελαφροτερη.—] Ita Codices. Editiones veteres ελαφροτερος. Sed vid. Idyll. XIII. 62. Ubi quidem ſexu fæmineo νεβρος uſurpatur.

V. 7. — Αοιδοτατη πετεηνων.] Callimachus, Del. 252.

Μουσαων ορνιθες αοιδοτατοι πετεηνων.

Qui Callimachi verſiculus conſtat, ut ex hoc, ita ex hemiſtichio, Idyll. VII. 47. Duæ forte partes adſcribebantur ut parallela, ac ita in textum veniebant. Ut putat Cl. Valckenarius, Phæniſſ. pag. 111. Quocum conſentit Cl. Erneſti in locum.

V. 8. — Σκιερην, &c. —] Ita debent iſta connecti, et intelligi. "Ego ad te, O puer, properabam, ſicut viator aliquis, ſole torrente, *properat* ad [ſub] umbroſam fagum."

V. 10.

V. 10. — Πνευστειαν επ' αμφοτεροισιν ερωτες.] Reiskius conjungit επι cum πνευστειαν, non, ut vulgo fit, cum αμφοτεροισι. Vid. Apollon. Rhod. III. 936.

V. 11. — Αοιδη.] Vetuſtiores αοιδα. Cum Codicibus. Ut in reliquis fere hujuſcemodi. Scholia, minus eleganter, αοιδαι. Poſteri, inquit, de nobis loquentur; ut de Patroclo et Achille, aliiſque, quorum celebres apud poetas amicitiæ. Memorantur Αχιλληιοι φιλοι, ut proverbiale quiddam, in Caſauboni fragmento Theocriti ΠΑΙΔΙΚΩΝ, v. 9. Narrat Athenæus, Æſchylum in Theatra induxiſſe amorem Achillis et Patrocli. "Διο και ΠΑΙΔΕΡΑΣΤΑΝ τινες καλουσι την τραγωδιαν." Deipnoſ. XIII. pag. 601. Vid. et pag. ſeq. Et Not. ad v. 16. Et Charitonis Aphrodiſiaca, Lib. I. 5. pag. 8. Et Anthol. III. xiii. 5.

Porro V. αοιδη hic loci vertas *hiſtoria decantata*, non minus quam Cantilena. Homerus, Odyſſ. XI. 367.

> Μυθον, Δ' ΩΣ Ο Τ' ΑΟΙΔΟΣ, ΕΠΙΣΤΑΜΕΝΩΣ κατελεξας
> Παντων Αργειων. ————
>
> *Hiſtoriam vero*, ut CANTOR, ex ordine *recenſuiſti*,
> *Omnium Græcorum.* ————

Ubi vides qua fide, quamque accurata ſerie, veteres cantores hiſtorias ſuas accinebant. Ut etiam pro hiſtoricis merito haberentur. Contraria huic, erat illa apud poſteros στυγερη αοιδη, Odyſſ. XXIV. 199.

V. 12. — Τωδε. —] Idem quod ὧδε, monente Reiskio, ſi circumflectatur. Sc. *Sic*, *ad hunc modum*, ſive, *hic loci*. Porro, Homerum, ut videtur, expreſſit. Odyſſ. IV. 26.

> Ξεινω δη τινε τωδε. ————

Male ergo Homeri margo adhibet τωγε.

V. 13. — Εισπνιλος. —] Vox vetus Laconica, ſc. Amator. Aldus et Calliergus ediderunt εισπνηλος. Eſt et ιαπνιλος in Codicibus meis. Callimachus in Fragmento Bentl. CLXIX. Ubi vide doctiſſimum Rhunkenium.

> Μεμβλετο δ' ΕΙΣΠΝΗΛΑΙΣ, όπποτε κουρος ιοι.
>
> *Obſervabant* AMATORES, *quando Puer iret.*

Sc. Acontius, puer venuſtiſſimus. Quem ad ſcholam itantem, ut mos erat, expectabant ejus amatores et ſuſpiciebant. Etymologicus Mag. in voce, Ὁ υπο του ερωτος ΕΙΣΠΝΕΟΜΕΝΟΣ. Sic Αἰτης, in verſiculo ſequenti, Theſſalice, eſt Amatus. Qua etiam in voce videatur idem grammaticus. Αἰτης, ut videtur, eſt pro αετης vel αειτης. Vid. Idyll. XXIII. 63. Refer et huc quæ tradidere Scholiaſtæ noſtri. Adhibeatur et argumentum Idyllii. Quod longe auctius legitur in Vaticano quinto, auctore Eratoſthene.

V. 14. Τον δ' έτερον παλιν, ὡς κεν ὁ Θεσσαλος ειποι, Αἰταν.] Ὡς eſt *ſimiliter*. Locum ſubdifficilem reddidit apertiorem Reiskius, tollendo commata poſt

παλιν,

παλιν, et ειποι. Sc. "Ut Amyclæus homo Amatorem ſuo more loquendi ΕΙΣΠΝΙΛΟΝ, ita rurſus Amatum appellat homo Theſſalus more ſuo loquendi ΑΙΤΑΝ."

V. 15. — Εφιλησαν ισῳ ζυγῳ. —] Metaphora ſumpta ab equis pariter in jugo currentibus. Eadem uſus eſt, ad imitationem fortaſſe poetæ noſtri. Julianus, Orat. VIII. pag. 244. Quod monuit Cl. Toupius, ad Suid. P. II. pag. 44. Poſſis etiam legere,

Αλληλυς εφιλησαν ΙΣΟΖΥΓΕΣ. ———

Vel ισοζυγοι. *Se invicem amabant* unanimes. Eodem ſenſu et metaphora. Vid. ad Idyll. XIII. 32. Amat ſaltem ita componi V. ζυγος. Ut πρωτοζυξ, Anth. I. 23. 7. Nonnus, ΕΤΕΡΟΖΥΓΙ παλμῳ. Dionyſ. XVIII. p. 503. v.14. edit. Hanov. Quod habet Phocylides, v.13. Recenti helleniſmo. Adhibebo locum; ubi, non humili quidem, quamvis nimia, penna, deſcribit Nonnus, monſtrum quoddam fæmineum, nomine Campe. Habebat illa, inter cætera, quinquaginta capita ferarum variarum, manuſque multiplices, quarum ungues ſimiles erat falcibus. Ita autem per aera volat.

Τοιη ποικιλιμορφος ἑλιξ κυφιζετο Καμπη,
Και χθονα δινευυσα, και αερα, και βαθυν αλμης·
Ιπτατο κυανεων πτερυγων ἙΤΕΡΟΖΥΓΙ παλμῳ,
Λαιλαπας αιθυσσυσα, και ὁπλιζυσα θυελλας,
Νυμφη Ταρταρεη, μελανοπτερος· εκ βλεφαρων δε
Τηλεπορυς σπινθηρας ανηρυγε φοιταλεη φλοξ.

Talis, variam formam habens, circumvolutim levabatur in aera Campe,
Et terram conturbans, et aerem, et profunditatem maris:
Volabat cærulearum alarum alterna vibratione,
Turbines concitans, et armans procellas,
Nympha Tartarea, pennis nigra; ex oculis vero
Procul jaculatas ſcintillas emittebat vaga flamma.

Hæc, Beli recenſens hiſtoriam, narrat Baccho apud Indos agenti Staphylus Aſſyriorum rex. Dein habes ὉΜΟΖΥΓΟΣ ενδοθι λοχμης. *In luco* conjugi. v. 33. Quod eſt ab ὁμοζυξ. Ut et ἑτεροζυγι ab ἑτεροζυξ. Ita et ισοζυξ. Habet et Nonnus διζυγα, L. XXIX. p. 752. v. 15. et p. 1010. v. 2. Necnon αζυγι, XXXV. 876. 13. &c. Vid. et pag. 950. 32. Et 952. 3. Omnes a ζυγος. Quin et συζυγι, XLI. 1070. 3. Alibique ſæpe. Vide et Anthol. IV. xxvii. 17. I. lvi. 12. IV. xii. 69. &c. Noſtrum quoque, Idyll. XXVII. 7.

V. 16. Χρυσειοι παλαι, &c. —] Legit Heinſius παλιν, c. xviii. Leporem, neſcio quem, ſubodoratus. Præfert eam lectionem Florentina. Eſt et in optimo Laurentii, Vaticaniſque. Sed nihil mutandum puto. Eadem ſententia apud Bionem occurrit. Idyll. IX. 1.

ολβιοι οι φιλεοντες, οκ αντιφιλησε φιληθεις.

Beati qui amant, quando æqualiter redamantur.

In voce παλαι, adludit poeta noster vetera illa et illustria amicitiæ mutuæ exempla, qualia nempe Bio subinde protulit. Vid. ad v. 11. Porro, παλαι ανδρες conjunguntur hic, sc. *Veteres Viri*. Ex idiomate Græco, quod miror Heinsium non vidisse. Vid. ad Epigr. XVI. 4. Pindarus, Isthm. II. 2.

Οι μεν ΠΑΛΑΙ, ω Θρασυβουλε,
ΦΩΤΕΣ. ——————

Scilicet οι παλαι φωτες. Quasi ΠΑΛΑΙΟΙ.

Prisci *quidem, O Thrasibule,*
Viri. ——————

Plura huc spectantia suppeditabit Lexicon Lucianeum C. C. Reitzii, pag. 331.

V. 20. Hic, et sequens versiculus, sunt oratio alicujus in orco dicentis, "Amor tuus nunc, &c."

V. 23. Εσσονθ' ως εθελοντι. —] Toletanus codex, non male, εασ'. Monente Schotto, Observat. II. 46. Vult Heinsius, c. xviii. non hic subintelligi, cum Latinis interpretibus, *Dispensatores*; sed, quod υπερτεροι ουρανιωνες reddantur, quasi, "Superiores Arbitri."

V. 24. Ψυδεα ρινος υπερθεν, &c.] Non dicam mendacium, ut mihi pustula succrescat in naso. Qualis occurrit, superstitio, Idyll. IX. 30. Miratur Heinsius, Casaubonum tam obstructi nasi fuisse, ut hic se tam manifeste circumduci pateretur, et a naso vellicari. At, quantum video, salvus est, vel certe salvus esse debuit, magno Casaubono nasus; qui omnia hic, more quidem suo, recte olfecisse videtur.

Ibid. — Αραιης. —] Legendum putat Heinsius αραιας, c. xviii. Scilicet, καταρατε. Quasi esset nasus execrationi, vel pœnæ, destinatus et obnoxius. Quod Heinsius, me teste, e crebris Codicibus accepisse poterat.

V. 25. — Δακης —] Forte Scholiastæ legerant δακνης. Ut in quibusdam Codicibus.

V. 26. — Απηνθον.] Ita Calliergi, cum Codicibus. Melius certe et verius Aldina, et Florentina, απηνθες. Unde margini suo Stephanus allevit. Ita sensus est, interprete Reiskio, "*Abis* a me cumulatus accessione amoris ejus, quo te prosequor."

V. 27. Νισαιοι, &c.] Locum valde sanum sollicitavit Heinsius, c. xviii. Necnon Palmerius, Exercit. pag. 804. Νισαιοι Μεγαρηες occurrit apud Apollonium Rhod. II. 749. Frequens est apud poetas Græcos hæc conjuncta reperire. Videatur Aristophan. Schol. Acharn. v. 774. Confer et Athenæum, XIV. p. 659.

V. 28. ————————— Περι αλλων

Ξεινων.

ξειναν.—] Habet interpres Aristophanis, ubi supr. περαλλα. Ut esset ἐξοχα αλλων. Quod in meis etiam Codicibus est. Idem, non ita probe, ξεινον. Eodem plane modo legitur in Toletano Codice, teste Schotto, Observat. II. 46. Vid. Hoelzlin. ad Apollon. Rhod. II. 217. Vaticanus unus et alter agnoscit ξεινον επιμησασθε. Probo περιαλλα ξεινων. Etsi V. περι vim eam habeat. Hesychius. ΠΕΡΙ. περισσον. Rescribi possit et οι περι, pro ὡς περι.

V. 29. — Διοκλεα φιλοπαιδα.] Diocles ille, ex Athenis ad Megaram fugiens, in prælio quodam, periclitantem clypeo protegebat amasium: unde salvus evasit puer, ipse vero interfectus est. Mortuum Megarenses sepeliebant, et inter heroas reponebant. Quin et, in ejus memoriam, festum, sive Ludos instituebant, DIOCLEIA dictos, quotannis primo vere celebrandos; in quibus formosi pueri certabant osculorum victoriam reportare. Certaminis hujus auctor fuisse memoratur Alcathus, Pelopis filius. Jurabant hunc Dioclem Megarenses, ut in Aristophane. Acharn. v. 774. Confer J. Meursii Græc. Feriat. L. II. pag. 96. Plura congessit Eratosthenes in Argumento hujus Idyllii manuscripto. Cave hic ne Dioclen illum, τον αριζαλον, accipias, cui coronam suam majorem dedicavit Meleager. Ut videre est in Carminib. 622. et 246. Anthologiæ minoris, sive Constantini Cephalæ. Debuerat hujus ludicri, inter puerilia Certamina, meminisse Carolus Paschalius, Coron. L. VI. cap. xxix.

V. 31. — Φιληματος ακρα φερεσθαι.] In hoc osculandi certamine, meliores partes obtinere contendunt. Sicut αριστα φερεσθαι, notante Heinsio, c. xviii. Hoc sensu, ακρος τοξοτης. Æschyl. Agamemn. v. 637. Heinsius tamen minus recte Latine convertisse videtur hunc versiculum, ad calcem editionis Commelinianæ, pag. 405.

Tum qui mollius os sperato admoverit ori.

Potius esset, saltem quod ad loci sensum attinet, *speranti*. Felix enim, v. 34. dicitur is fuisse, quicunque constitueretur arbiter inter pueros osculorum: et puerorum fuit, non arbitri, labra labris γλυκερωτερως imprimere.

V. 32. Ὁς δε κε προσμαξη γλυκερωτερα χειλεσι χειλη.] Quem versiculum manifesto respexit elegans in primis et festivus scriptor, Julianus, Misopog. Op. Paris. pag. 58. P. II. Ουκ' επιτρεπων καθαρα λειοις, και, δια τουτο, οιμαι, ΓΛΥΚΕΡΩΤΕΡΟΙΣ ΧΕΙΛΕΣΙ ΚΕΙΛΗ ΠΡΟΣΜΑΤΤΕΙΝ. *Non permittens pura puris, eoque suavioribus, ut opinor, labra labris adjungere.* Confer huc Bion. I. 44.

—— Και χειλεα χειλεσι μιξω.

Necnon M. Argentarium, Anth. Ceph. L. III. Erotic. Carm. 320.

Χειλεα

Χειλεα δη γλυκεροις χειλεσι συμπιεσας.

Labia dulcibus impreſſi labiis.

V. 35. — Επιϐωστρ.] In Stephani margine, επιϐωλα. Quod dant Codices. In quibus occurrit et επιϐωστρα.

V. 36. Λυδιη ισον, &c.] Hinc natum proverbium vetus, Λυδια ελεγξει το κιϐδηλον. *Lydius Lapis adulterinum arguet.* Mich. Apoſtol. Proverb. Cent. XII. 36. Ad quæ vide Petri Pantini Notas. pag. 325. Ed. Lugd. Bat.

V. 37. — Μη φαυλον. —] Eleganter reſcribendum monet, et ex ingenio ſuo, Reiskius, μη φαυλοι. Sc. αργυραμοιϐοι. " Argentarii non imperiti, non contemnendi, ſed artis ſuæ ſat ſcientes."

IDYLLIUM XIII.

ARGUMENTUM veteribus poetis usitatissimum fuisse constat, Hylæ pueri Rapinam. Ut et Argonautarum, cujus et pars est, ad vellus aureum reportandum, Navigatio. De eadem Hylæ Rapina, hodie legas Apollonii Rhodii, Argon. I. 1207. seq. Valerii Flacci, Argon. III. 545. seq. Propertii, El. Lib. I. 20. 15. seq.

V. 1. — Ὡς εδοκευμες.] Forte, levi quidem mutatione, legendum, οὐχι δοκωμες. "Non nobis solis natus est Cupido: *Ne ita in animum inducamus.*" Vel eadem est formula, quæ et, εμιν δοκει. Idyll. XI. 2. Ubi et eidem Niciæ scribit Theocritus.

V. 2. — Ὡι τινι τουτο θεων ποκα τεκνον εγεντο.] Nam pater Cupidinis incertus est, ut passim discimus.

V. 4. — Το δ' αυριον ουκ' εσορωμες.] "Miseri mortales futura non prospicimus aut cognoscimus." Argutiorem sensum frustra conatur Casaubonus excutere, c. xiv.

V. 7. — Ταν πλοκαμιδα φορευντος.] Intellige puerum pulchra cæsarie præditum; bene capillatum. Quod valde laudabant et mirabantur antiqui. Diversa tamen fuisse videntur, πλοκαμις et κομη. "ΚΟΜΑΣ τε ετρεφον, και ΠΛΟΚΑΜΙΔΑΣ εχειν ησκουν." *Alebat is* comam, *et ut in nodum capillus torqueretur, obnixe curavit.* Athen. VI. p. 259. Quod et attingit P. Voet. ad Callim. Hymn. Del. v. 76. Confer Apollon. II. 709. III. 47.

V. 8. — Πατηρ ὡς. —] Apposite Nonnus, Dionys. L. XXIX. p. 742. v. 11. De Baccho Hymenæum puerum amante.

Και οἱ αει παρεμιμνε, πατηρ ἁτε παιδα φυλασσων.

Et ipsi semper præsto manebat, pater tanquam filium custodiens.

Dein habemus hanc comparationem, p. 750. v. 14.

Ὡς δ' ὁτε τις σκιοεις τυπος ανερος απνοος ερπων,
Αγχιφανης, αχαρακτος, ὁμοδρομος ανδρος ὁδιτου,
Και οἱ αει σπευδοντι συνεσπεται· ἱσταμενου δη
Ἱσταται, εζομενου δε παρεζεται, εν δε τραπεζη

Mm Μιμηλαις

Μιμηλαις παλαμῃσι συνεμπορος ειλαπιναζει,
Ὡς ὁγε κȣρος εμιμνε συνοδρομος οινοπι Βακχῳ.

Ut vero quædam umbratilis figura viri exanimis repens,
Prope apparens, non certis notis signata, comes cum viro incedit,
Et ipsum semper festinantem comitatur; eo stante vero
Stat, et sedente sedet: in mensa autem
Imitantibus manibus socius epulatur:
Sic illi Puer manebat comes vinicolori Baccho.

Profecto, hoc tantum infelix mihi fuisse videtur Nonnus, quod in seculo illo declamatorio natus esset et institutus, meliori certe dignus, poeta Agathia paulo antiquior. Docturum se multas artes Hyacinthum puerum promittit Apollo, secum si una esset, et amorem mutuum redderet. Philostrat. Jun. Icon. pag. 859. edit. Paris. Ad partes et hic vocandus est Orpheus, Lapid. pag. 218. v. 95. edit. Essenb. De Menalippo.

Αιζηȣ ποθεων, δȣρικλυτȣ, ευπλοκαμοιο. ——
Τȣνεκα και μετα θηρας αλλωμενος, ȣκετι νοσφι
Εθελεν Ευφορβοιο φερειν Ικεταονος υιος.
Αλλ' αιει λασιοισιν εν ουρεσιν, αντιθεοιο
Καγχαλοων κȣροιο, μετ' ιχνια συνγε κυνεσσιν
Εσπετο συν θ' εταροις, εθελευ τε μιν οιος επεσθαι.

Puerum amans, hastæ peritum, bene comatum. ——
Quamobrem etiam cum in venatum exsiliret, nunquam sine
Euphorbo cupivit exire Icetaonis filius.
Sed semper asperis in montibus, divino
Oblectans se puero, ferarum vestigia cum canibus
Et sociis sequebatur, gestiitque illum solus sequi.

V. 10. Χωρις δ' ȣδεποκ', &c.—] De hoc honestiori puerorum amore, qui mos apud Græcos veteres, hominum sapientissimorum usu comprobatus, auctoritate legum munitus, et amicitiæ nomine potius agnoscendus, ut plurimum dominabatur, consule Cl. Potteri Archæol. Græc. Vol. II. Lib. IV. cap. ix. pag. 242. Præcipue vero, reverendi admodum Præsulis, et eruditionis eximiæ viri, G. Warburtoni, DISSERTATIONEM de Episodia Virgiliana Nisi et Euryali. Sane, in œconomia publica, rebus cum bello tum pace gestis, scriptis, artificiis, consuetudinibus, vitaque communi Græcorum, tantopere pollebat hic Amor, ut ipsorum historiæ magnam partem confecerit. Qui tamen vereor, ut nonnunquam, sub specioso prætextu, modum turpiter excesserit, et in nefanda flagitia deflexerit.

V. 11. — Ες Διος. —] Supple δωμα, vel aliquod simile, cum Palmerio, Exercitat. pag. 804. "Hercules nunquam discedebat ab Hylæ latere; neque meridie, neque *sole in meridiem progrediente.*" Vult Heinsius, Εκ

Διος,

Διος, c. xix. Quaſi intelligeretur, dies poſt meridiem declinans. Atqui repugnat ηως. Vide Stanl. Æſchyl. Perſ. v. 386.

V. 12. — Ορταλιχοι.] Strattis, apud Athenæum, recenſet hanc vocem inter Thebanas. Ubi dicitur dictionum Thebanos innovatores fuiſſe. Athen. XIV. p. 621.

V. 13. — Πετευρω.] Corruptam credit hanc vocem Dorvilius; ſuadetque, ut in Codicibus, reponendum πτ' ευρω. Ad Charit. Aphrod. pag. 669. Cujus lectionis vim non clare perſpicio. Eam quidem invenio in uno Benedictinorum. Sed omnes Laurentiani πετευρω. Ut mihi videtur, magna pars ſimplicitatis, nec minus venuſtatis, hujus loci conſtat in ſenſu lectionis hodie receptæ. Veſperis initium deſcribitur: "ubi gallinarum pulli reſpiciunt ad nidos; matre, motis alis, illos ad quietem monente, ſedemque ſibi capeſſente, in VETERI et CONSUETA TRABE." Quid proprie ſignificet αιθαλοεντι, non male tradit et exponit Scholiaſtes.

V. 15. — Αυτω ευ ἑλκων. —] Ita Aldus. Melius fortaſſe, ſi ſtet ἑλκων, ſine ι ſubſcripto, Calliergus et Farrea. Quod habet interpres Græcus pro αυτοθι. "In illa ætate." Sed Αυτȣ δ' ευ ἑλκων potius eſt hic, "Et ut Puer trahens, *contrahens*, EX HERCULE *bonos mores*, *diſciplinam*, &c. Autumat Andreas, Schottus, legi in Codice vetuſto Toletano, ſuperius citato, εξελκων. Obſervat. II. 49. Quæ ſcriptura non omnino nihili facienda eſt. Qualiter et conjecerat Henricus Stephanus. Nec male quidem Heinſius, c. xix. excogitavit, Αυτω δ' ευ ἩΚΩΝ. Propius tamen literularum tractibus, e quibus conſtat V. ἑλκων, accedemus, ſi reponamus Αυτω δ' ευ ΕΙΚΩΝ, ſenſu perquam manifeſto.

V. 16. — Ὅκα τυ. —] Bene hoc mutari poſſe credit in ὁκοταν, Heinſius, ut Doricum magis, c. xix. Ipſe ita refingo verſiculum e Vaticanis.

Αλλ' ὁτε ΤΟ χρυσειον επλει μετα κωας Ιασων.

V. 18. — Ὧν οφελος τι. —] Eadem phraſi utitur Xenophon, Hellen. L. V. 3. §. 6. Et Ibid. VI. 2. §. 12. Confer Kuſterum ad Ariſtophan. Eccleſ. v. 53. Frequens eſt ȣδεν οφελος.

V. 21. — Ευεδραν επ' Αργω.] Notanda lectio Codicis Vaticani ſexti.

—— ΕΥΑΝΔΡΟΝ επ' Αργω.

V. 24. Αιετος ὡς μεγα λαιτμα. —] Reſcribit Reiskius μεγαλαιχμος, Sc. Aquila *magnis unguibus prædita*. Sed idem occurrit apud Apollonium, poetæ noſtri ſtudioſum et æqualem. IV. 1694. Necnon 980.

Πειρον ἁλος ΜΕΓΑ ΛΑΙΤΜΑ. ——

Ibid. — Αφ' ȣ τοδε. —] "Quo ex facto." Subaudi γεγονοτος, vel συμβαντος. Τοτε, *tunc* temporis, cum iſta gererentur, vel evenirent, quæ hoc carmine enarrantur. REISKIUS.

Idem fere viderat Caſaubonus, c. xiv.

Ibid.

Ibid. —Χοιραδες εϛαν.] Clare hoc illuſtratur ab Apollonio Rhodio et Pindaro. Exquire locos, qui mihi nunc exciderunt. Vid. et Apollodor. Biblioth. I. ix. §. 22. ſeq.

V. 25.—Αντελλοντι Πελειαδες.—] Vide Spanhemium ad Callimach. Hymn. in Jov. v. 89. Doctiſſime etiam plures locos congeſſit Wolfius de fabula et nomine Pleiadum, ad Poetr. Gr. pag. 28. Quod nobis hic ſufficiat indicaſſe. Confer et Athen. IX. 394. Vide et Adrian. Turneb. xix. 29.

Ibid. ———————— Εσχατιαι δε
Αρνα νεον βοσκοισιν. —] Ita Homerus, Odyſſ. XIV. 103.

Ενθα δε τ' αιπολια πλατε' αιγων ενδεκα παντα
ΕΣΧΑΤΙΗι βοσκοντ'. ——

Illuc autem ſtabula lata caprarum undecim omnia
In Extremitate agri *paſcuntur*.

Conferas Idyll. XXV. 31. Sepoſitum quoddam rus, aptum juvenculis agnis ſaginandis ac etiam ſpatiandis, videtur hic intelligi. Vereor ut hanc vocem contra doctorum virorum ſententias expoſuerim. Vide enim ſis Caſaubonum, c. xiv. Qui ſcilicet Homeri locum citatum debuerat adhibuiſſe. Vide et T. Hemſt. ad Lucian. Wetſt. I. pag. 143. Et Erneſti ad Callim. Del. 139. Habitabat ſubulcus Homericus Αγρυ επ' εσχατιην. Odyſſ. XXIV. 149. Confer et L. XVIII. 357. Addam hoc Euripidis, Cyclop. v. 27. Quod huc unice ſpectat.

———————— Κλιτυων εν εσχατιος
Νεμυσι μηλα νεα. ————

———————— *In clivorum extremis*
Paſcunt agnos juvenes. ————

V. 27.— Αωτος —'Ηρωων. —] Ita Pindarus, de hac ipſa expeditione. Pyth. IV. 335.

Ες δε Ιωλκον επει
Κατεβα ΝΑΥΤΩΝ ΑΩΤΟΣ.

In Iolcum vero poſtea
Deſcendit nautarum flos.

Vide Callimach. Hymn. in Apollin. v. 112. Et ibidem commentatores, imprimis Cl. Erneſti et Spanhemium, qui locum Pindari prædictum prætereunt. Ut et Olymp. II. 14. Vide et Idyll. II. 2. Et Conrad. Ritterhuſium ad Oppianum, Cyneget. IV. 153. Porro hujus metaphoræ exempla ſequentia, adde iis quæ protulimus ad VII. 44. Viz. Æſchyl. Perſ. 58. 252. 928. &c. Poſidippus, de puella formoſiſſima, Anth. VII. 22. Lepore quidem ſingulari, et plane Theocriteo.

Εκ τεμχος αχρι ποδων ἱερον ΘΑΛΟΣ. ——

E capillis ad pedes ſacrum germen. ——

Euripid. Med. v. 1099. γλυκερον βλαστημα. Sc. *Liberi.* Hom. Il. XXII. 86. φιλον θαλος. Anth. V. 1. 27.

—————— χαιης

Τρωϊαδος ΒΛΑΣΤΗΜΑ σακεσπαλον. ——

—————— *Terræ*

Troicæ germen *haſtiferum.* ——

Anth. Ceph. 609. Sepulchral. Dioſcoridis in Sapphonem.

Η Κινυρεω νεον ΕΡΝΟΣ. ——

Cinyræ novum ramulum. ——

Plura habet Pindarus Nem. I. 2. Κλειναν Συρακοσσαν ΘΑΛΟΣ. Nem. II. 13. Olymp. VI. 180. VIII. 99. Accedat adhuc Anth. III. xxiii. 5.

Ευθαλεων Χαριτων ΑΝΘΟΣ Αναστασια.

Bene florentium Charitum flos *Anaſtaſia.*

Meleager, Anth. Ceph. L. III. Erotic. Carm. 343.

Ευδεις Ζηνοφιλα, τρυφερον ΘΑΛΟΣ. ——

Dormis, Zenophila, tenerum germen. ——

Orph. Argon. 213. Coluth. 128. 145. &c.

V. 30. — Κιανων.] Ciani incolebant Chium, hodie Pruſam, a Pruſio rege Athenienſium. Ut teſtantur Scholiaſtæ noſtri. Sed ille rex erat Βιθυνων non Αθηνων. Vide ſis enim Holſten. in Stephan. p. 263.

V. 31. — Ευρυνοντι. —] Stephanus, contra Codices quidem, ſcribendum mavult, ευθυνοντι, c. xix. Quod eodem redit. In fine verſiculi dant αροτρα Florentina, et Stephani margo.

V. 32. — Κατα ζυγα δαιτα πενοντο.] Parum convenit, nec doctis viris hoc placet, ut *prope tranſtra,* cænam inſtruerent. Ego audacter corrigo,

—— ΚΑΤΑΖΥΓΑ δαιτα πενοντο.

"SOCIAM cænam." Quod illuſtratur in proximo verſiculo.

—— Πολλοι δε ΜΙΑΝ στορεσαντο χαμευναν.

Neſcio an ea vox occurrat. Sed hujuſmodi Compoſiti crebra exempla reperiri, patet ex Not. ad Idyll. XII. 15. Vid. et ad Idyll. XXVII. 6. Sic uxor apud Æſchylum, λειπεται μονοζυξ. Perſ. v. 139. Confer et Coeph. v. 597. Et Apollon. I. 1184. Porro δαιτα πενεσθαι, eſt apud Odyſſ. XIV. 251. Callimach. Cer. 76.

V. 33. — Χαμευναν. —] Humilem lectum intellige, ſuper terram ſtratum. Vid. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Del. v. 286. Ad hunc verſiculum repone Δειελινοι. E Codicibus pluribus et bene probatis.

V. 34. Λειμων γαρ σφιν εκειτο, μεγα στιβαδεσσιν ονειαρ.] Εκειτο, "jacebat, in planitiem ſe extendebat." Vid. Orph. Argon. v. 400. Et Στιβαδας εξ υλης. Athen. IV. 138. Optime editiones antiquæ legunt μεγας, ut conjungatur cum λειμων. Idem voluere Græci interpretes. Ita igitur diſtinguas. Hodiernam loci ſententiam, male pungendo et legendo, primus invexit Stephanus. Apollonius, I. 1182.

> ——— Τοι δε λεχαιην
> Φυλλαδα λειμωνων φερον ασπετον αμησαντες
> Στορνυσθαι, &c.

> ——— *Alii ad lectos*
> *Herbam pratorum ferebant magna copia demetentes*
> *Ut ſternerent*, &c.

Schol. ΛΕΧΑΙΗΝ φυλλαδα. την προς λεχη και ΣΤΙΒΑΔΑΣ επιτηδειαν, &c.

V. 35. Ενθεν βουτομον οξυ, βαθυν δ' εταμοντο κυπειρον.] Ita Scholiaſtæ ſcribunt hunc verſum.

> Ενθα βουτομον οξυ, βαθυ δε ταμον κυπειρον.

Quartus codex Mediceus habet ενθα δε βουτομον. Veriſimillime quidem. Editiones vetuſtæ dant βαθυν δ' ελαμον. Quas ſequitur Stephanus, niſi quod τ' dederit pro δ'. Porro numerat Homerus Κυπειρον inter fluviatiles, ſive paluſtres, plantas. Iliad. XXI. 351. Quod, ut inquit ibi Didymus, nonnulli vocant Κυβριον. Confer Idyll. I. 106. V. 45. Vid. et ad v. 40. inf.

V. 36. Κωχεθ' Ὑλας, &c.] Fingit Apollonius, I. 1668. Herculem remigando graves ictus opera vehementi ducentem, forte remum ſibi diffregiſſe; mox, apud littus ſociis occupatis, in ſylvam vicinam abiiſſe, quo novum ſibi remum compararet; atque ita, eo abſente, hæc interea Hylæ puero accidiſſe. Vid. ad v. 53. Apud Valerium Flaccum, vividi ſane et fæcundi ingenii poetam, Juno cervum ſuſcitat Hylæ, dum ſaltus una cum Hercule otioſe peragraret. Prædam ille, ut par erat, inſequitur, Hercule relicto; tandemque defeſſus ad fontem, qui forſan obvius erat, accumbit. Ibi puerum Nymphæ rapiunt, ejus eximia pulchritudine captæ.

Ibid.] In Apoſtolii Parœmiis, Adagione, ΖΗΤΕΙΣ ΤΟΝ ΟΥ ΠΑΡΟΝΤΑ, aliter paulo legitur verſus ille, qui nunc ita apud Theocritum ſcribitur:

> Κωχεθ' Ὑλας ο ξανθος υδωρ επιδορπιον οισων.

Nimirum:

> Κωχεθ' Ὑλας, ο ξανθος ὙΛΑΣ, επιδορπιον οισων.

Ubi ΕΠΙΔΟΡΠΙΟΝ dicitur, ut ſæpe, ψυχρον. Apollonius qui locum mutuatus eſt, δωρικωτερον dixit ποτιδορπιον. [L. I. 1209.] Quod aliquis arbitrari poſſet

poſſet apud poetam tum temporis ita ſcriptum fuiſſe. Nonnus tamen, in Hylæ hiſtoria, επιδορπιον retinuit; qui, non minus quam Apollonius, poetæ noſtri verſus in animo habuit.

——Ὅπως ΕΠΙΔΟΡΠΙΟΝ ειη
Αυτος εω βασιληι φερων γλυκερωτερον υδωρ.

Heinſ. Lect. Theocr. c. xix.

Male Morellus, in ſua editione, επι δορπιον. Adhibeo epigramma nondum editum Stratonis, Anth. MSS. Ceph. L. I. Carm. 238.

Νυκτερινην επικωμος εων ΜΕΤΑΔΟΡΠΙΟΝ ὡρην,
Αρνα λυκος θυρετροις ευρον εφεστωτα
Υιον Αριστοδοκου του γειτονος, &c. ——

Comeſſans hora nocturna poſtcænia,
Agnum lupus inveni januis adſtantem
Filium Ariſtodoci vicini, &c. ——

Homerus, Odyſſ. IX. 233.

——Φερε δ' οβριμον αχθος
Ὑλης αζαλεης, ἱνα οἱ ΠΟΤΙΔΟΡΠΙΟΝ ειη.

——*Ferebat ingens pondus*
Ligni aridi, ut illi ad-cænam *eſſet.*

V. 38.] Adhibetur iſte verſiculus a Scholiaſte Apollonii Rhod. I. 1289.

V. 39. —Αγχος.—] Scholia male dant εγχος. Quod et agnoſcunt Codices.

V. 40.—Περι δη θρια.—] Frigide Scholiaſtes, Το της συκης φυλλον. Quocum facit Heſychius. Lege ΘΡΥΑ, a θρυον, *ulva*, planta paluſtris, et huic loco unice conveniens. Quod facile colligere eſt ex Homero, Iliad. XXI. 351.

Καιετο δη λωτος, τ' ηδε ΘΡΥΟΝ, ηδε κυπειρον,
Τα περι καλα ρεεθρα αλις ποταμοιο πεφυκει.

Urebatur, et lotus, et ulva, *et cyperus,*
Qualia circa amœna fluenta fluvii abunde nata erant.

Ubi Didymus, ειδος ποας, ὁ λεγομενος Θρυσις. Eſt θρυα in Veteri Benedictino. Scio illud θρια, in textu, de foliis vel plantis in genere, uſurpari: ſed malo particularem plantam, eamque in locis aquaticis creſcentem. Vaticanus quartus affert δρια. Anne *virgulta*, vel ſimile? Notandum eſt interea, θρια pro *papaveribus* inſuper uſurpari. Ut apud Athenæum, XV. 684. In verſiculis nempe Nicandri. Et hic eo ſenſu ſumi debere, forte credas ex loco Propertii, I. xx. 38. Qui ſcilicet hunc ipſum fontem ita deſcribit.

Et circum riguo ſurgebant lilia prato,
Lilia PURPUREIS miſta PAPAVERIBUS.

Forte

Forte durius eſſet hic reponere κρινα pro θρια. Ut nimirum Propertii *lilia* Theocritus expreſſiſſe videretur.

Ibid. Ημενω εν χωρω.—] Ita Calliergus et Stephanus. Intelligit Heinſius, ubi ſupr. LOCUM *ſedentem*, ſc. ACCLIVEM. Eſt quidem χορτω in Aldina, Florentina, meiſque Codicibus. Quin et Ημενην εν χορτω, in Vaticano tertio. Intelligatur locus *ſecretus*. Habet Euripides, Συγχορτα πεδια. *Vicini Campi*. Androm. v. 17. Ubi vide ſcholia. Eodem ſenſu occurrit Συγχορτοι τ' Ομολας εναυλοι. *Vicinæ et Homoles ſpeluncæ*. Herc. Fur. v. 371. Sic et Æſchylus, Χθονα συγχορτον Συρια. Suppl. v. 6. Notante tamen Cl. Reiskio ad hunc verſum, permutantur inter ſe συγχορτος et συγχωρος, apud Orphei Argon. v. 191. Sic χορτος et χωρος. Cæterum hic lege χωρω. Contrarium eſt enim illi Homeri, Περισκεπτῳ ενι χωρω. *In loco conſpicuo*. Odyſſ. L. XIV. 6. Eſt ex eadem formula, Χωρω εν οιοπολω. *In loco deſerto*. Iliad. XIII. 473. Ολιγω ενι χωρω. *Exiguo in loco*. Iliad. XII. 423. Necnon, Χωρω ενι προαλει. *In loco declivi*. Iliad. XXI. 262. Ubi Didymus, κατωφερει. Quod convenit unice Theocrito. Denique noſtrum confer, ſc. Χωρω ενι ϛεινω, Idyll. XXII. 94. Quin et Homeri, Κωρον αν υληενθ'. *Per locum ſylvoſum*. Iliad. X. 362. Apollonii, Ποιηεντ' ανα χωρον. *In locum herboſum*. III. 115. Eundem, Χωρω εν ηγαθεω. *In loco ſacro*. Ibid. 980.

V. 42. — Ειλιτενης αγρωϛις.] Veteris Botanices ſtudioſi conſulant Etymologicum Magnum, p. 299. Ubi locus iſte citatur. Conferant et Homerum, Odyſſ. L. VI. 90.

V. 45. — Εαρ θ' ορoωσα Νυχεια.] Quod et noſtri idiomatis eſt, ſaltem poetici. *She looked the Spring*. Meleager in epigrammate a nobis edito, ſupr. ad Idyll. VIII. 41.

> Ην δ' ιλαρον ΒΛΕΨΗΙΣ, ηδυ τεθηλεν ΕΑΡ.
>
> *Si lætus* ASPEXERIS, *ſuave effloruit* VER.

Jam vero choreas hoc tempore duxiſſe Nymphas, auctor eſt et Apollonius, I. 1223.

V. 46. Ητοι ο κουρος επειχε ποτω πολυχανδεα χρωσσον.] Reſcribit ροω vir elegans, J. Pierſonus, ubi ſupr. pag. 48. Sed forte tantumdem eſt. Habet et Æſchylus, ποτω, pro *flumine*, vel *aqua fluviali*. Perſ. 487.

> Σπερχειος αρδει πεδιον ευμενει ΠΟΤΩι.

Veteres hic dant editiones ποτω, ſine ι ſubſcripto. Stephanus noſtram primus intulit. Quæ forſan faciliorem conſtructionem facit. Κρωσσος eſt, opinor, urceus in quo mel ſervabant. Philippus, Anth. I. xxxiii. 23.

> Μηνισας ο πρεσβυς ες υδατα ΚΡΩΣΣΟΝ εβαψεν.
>
> *Iratus ſenex in aquam* urceum [melle plenum] *immerſit*.

Sed habemus apud Moſchum κρωσσον, pro *urna ſepulchrali*. Idyll. IV. 34. Apud Euripidem Κρωσσους υδρηλους, quos afferunt Græci ad antrum Polyphemi. Cyclop. v. 89.

V. 47.

V. 47. — Εν χερι πασαι εφυσαν.] Hæc ab Homero vult expressa Arnaldus, Iliad. VI. 253. Gr. Lect. Hag. Com. 1730. pag. 48. Limatior erit versiculus, et sensus luculentior, mecum legendo,

——— Ται δ' εν χερι ΠΑΙΔΟΣ εφυσαν.

V. 48. —Αμφεκαλυψεν.] Reperisse se testatur in Codice Toletano Schottus, αμφεδονησεν. Quæ quidem an glossa fuerit, an lectio, bene consentit huic loco. Vaticani dant εφοβησεν. Vid. L. III. Anth. Ceph. Carm. 317. v. 3. Apollonius, I. 1232.

—— Της δη φρενας ΕΠΤΟΙΗΣΕΝ
Κυπρις, &c.

—— *Nymphæ mentem* perculsit
Amor, &c.

V. 50. — Πυρρος. —] Dat Stephanus in margine πυρσος. Quod legitur in Vaticanis. Perelegans hæc et luculenta valde comparatio est.

Ibid. Αθροος. —] Quod vertit *repentinus*, J. Hoelzlinus, ad Apollon. Rhod. I. 428.

Ητοι ὁ μεν ροπαλῳ μεσσον καρη αμφι μετωπα
Πληξεν, ὁ δ' ΑΘΡΟΟΣ αυθι πεσων ενερεισατο γαιη.

Et hic quidem medium clava caput in frontis confinio
Percussit, ut cunctim *delapsus ibidem terræ affligeretur.*

Vel *repentinus*, ut in notis inquit. Forte tamen, *mutus*, *nullo amplius edito sono*, ut Hesychius. αφωνος, αψοφος. Qui tamen affert alteram interpretionem. ΑΘΡΟΩΣ. αφνιδιως, ταχεως. Vide sis Cl. Abresch. ad Hesych. Misc. Obs. Vol. V. Tom. I. pag. 85. Vellem tamen ut hic intelligatur eodem sensu, quo subinde modo, v. sc. proximo. Veruntamen legitur apud utrumque locum αθροως, in quibusdam Vaticanorum. Ita quoque Benedictini. Ubi glossa, ut videtur. ΕΞΑΙΦΝΗΣ επι ποντον. Vid. ad Idyll. XV. 72. XXV. 252.

V. 51. — Ες ποντον. —] Non male Benedictini εν ποντῳ. Nec pauci Vaticani. In fine versiculi dat, e Florentina, Stephani margo, ἑταιροις. Quæ constat in Toletano.

V. 52. Κουφοτερ', ω παιδες, ποιειθ' ὁπλα. —] "Breviora, *contractiora*, pueri, facite vela." In scholio, rescribo ευτρεπη pro ευπρεπη. Ad finem versus, minus eleganter et vere, Calliergus habet πυδαριχος. Nostra est Aldina, et antiquior. Confer Orphei Argon. v. 1151. Accedat et Æschylus, Pers. v. 379.

—— Πας θ' ὉΠΛΩΝ επιστατης.

Ubi male Latinus interpres. Sensu et maxime generali sumitur V. ὁπλα. Ut apud Latinos, *Arma*. Iliad. XVIII. 411. Ubi Vulcanus deponit omnia instrumenta fabrilia, Sc. ὉΠΛΑ τε παντα.

V. 53. — Σφετεροις περι γουνασι. —] Sc. *ſuis*. Uſus ἑος, pro σφετερος etiam, frequens erat hac ætate. Quod alias adnotavi. Vid. Rhunken. Epiſt. Crit. II. pag. 42. Porro ab una tandem Nympha, nomine Ephydatia, raptum fuiſſe Hylam, fabulatur Apollonius, I. 1236.

——— Αυτικα δ' ἡγε
Λαιον μεν καθυπερθεν επ' αυχενος ανθετο πηχυν,
Κυσσαι επιθυουσα τερεν στομα· δεξιτερη δε
Αγκων' εσπασε χειρι, μεση δ' ενικαββαλε δινη.

——— *Statim autem Illa*
Lævum brachium ſuppoſuit collo pueri,
Properans exoſculari ejus tenerum os; dextra autem
Manu ejus cubitum attraxit, et in medium verticem demerſit.

Ita quoque rem narrat Flaccus, III. 561.

Illa avidas injecta manus, heu ſera cientem
Auxilia, et magni referentem nomen amici,
Detrahit. ———

Petronius etiam. "Hylam NYMPHA prædata, imperaſſet amori ſuo, ſi venturum ad interdictum Herculem crediſſet." Satyric. pag. 313. edit. Varior. Orpheus, vel Cleon vel Onomacritus, Nymphas plures intelligit, v. 641. Confer Euſtath. ad Dionyſ. v. 805.

V. 54. — Παρεψυχοντ'. —] Recte, ut in Benedictinis, et Mediceo, notat. 37. Intellige etiam, *Refrigerabant*. Non autem quo ſenſu volunt Interpretes. ΠΑΡΕΨΥΧΟΝΤΟ, ὡς επι των ΠΗΓΩΝ. Quamvis et hoc defendi poſſet, ex Hoelzlino interpretante Apollonium, III. 1101. Μειλιχιοισι ΚΑΤΑΨΥΧΩΝ οαροισι. *Amatoria eam allocutiuncula*, CEU AQUULA, ASPERSIT. Quin et ex Plauto, Bacchid. Act. II. Sc. iii. 13. Ciſtell. II. iii. 37. Amphitr. V. i. 6. Ubi ASPERGERE AQUA, eſt *conſolari*. Sed qua metaphora, pulcherrima quidem, V. ΑΝΑΨΥΞΙΣ adhibetur, apud D. Luc. Act. Apoſt. III. 19. Alibique in Sacris paginis. Aliter hæc viderunt, Erneſti ad Callim. Cer. v. 46. Pierſonus, Veriſim. pag. 132.

V. 55. — Ταρασσομενος περι παιδι.] Adducit hunc verſum Interpres Ariſtophanis, ad Ran. v. 246. Præclara apoſtrophe, ſive ſubita converſio narrationis, ad novum rerum pulcherrimumque ſitum. Novus ordo rerum graviorque ſuccedit, et ad παθηματα tranſit e veſtigio poeta. "Nymphæ puerum blanda oratione ſolabantur et mulcebant: — Hercules autem, perturbatus animo propter amiſſum puerum, &c." Egregie quidem Valerius Flaccus Herculis vehementem et repentinam perturbationem depingit: qui, veſperi reverſus, Hylan ad ſociorum menſas, in littore conſtructas, non deprehendit. Argon. III. 570.

Sed

Sed neque apud ſocios, ſtructaſque in littore menſas,
Unanimem videt æger Hylam; nec longius acrem
Intendens aciem. Varios hinc excitat æſtus
Nube mali percuſſus amor: quibus hæſerit oris,
Quis tales impune moras, caſuſne deuſne,
Attulerit: denſam interea deſcendere noctem
Cum majore metu: Tum vero et pallor, et amens
Cum piceo ſudore rigor. ——

Nihil hic, niſi dictionem Virgilianam, caſtam, teretem, ſimplicem, pro turgidula illa, et duriuſcula, deſidero. Conferatur et Hercules Apollonii Rhodii: quem credibile eſt omnes intendiſſe nervos, ut in ſimili materia poetam coævum ſuperaret. I. 1261. Nuntiat Herculi Polyphemus Hylæ pueri fatum.

—— Τῳ δ' αἰοντι κατα κροταφων αλις ἱδρως
Κηκιεν, εν δε κελαινον ὑπο σπλαγχνοις ζεεν αἱμα.
Χωομενος δ' ελατην χαμαδις βαλεν· ες δε κελευθον
Την θεεν, ᾗ ποδες αυτον ὑπεκφερον ἀισσοντα.

—— *Illi audienti a temporibus copia ſudoris*
Depluebat, aterque ſub viſceribus ſanguis inferveſcebat.
Iracundus abietem humi dejecit, eumque curſum
Tenuit, quo pedes raptabant ruentem.

Ac deinceps, v. 1270.

—— Ὁτε μεν θοα γουνατ' επαλλεν
Συνεχεως, ότε δ' αὐτε μεταλληγων καματοιο,
Τηλε διαπρυσιον μεγαλη βοαασκεν αὐτη.

—— *Modo genibus vehementer contremebat*
Jugiter, interdum contra quieſcebat laſſus curſu,
Et valido late clamore inſonabat.

Pulchrum profecto illud Herculis, a manu abietem abjicientis. At fortaſſis, ad ſummum, ſimpliciora Theocriti et luculentiora fatebere, minuſque frequentata circumſtantiis et elaborata.

V. 56. — Μαιωτισι. —] Sc. Scythico more. Mæotis enim lacus apud Scythiam. Tradunt Scholiaſtæ noſtri, Herculem uſum fuiſſe jaculis Scythicis, edoctus a Teutaro, Scytha. Unde lucem accipit illud Lycophronis, Caſſandr. 56.

Τοις ΤΕΥΤΑΡΕΙΟΣ βουκολου πτερωμασι.

Teutari *bubulci telis.*

Teutarus autem Scytha, bubulcus erat Amphitryonis, ut docet ibidem Iſ.

ſſ. Tzetes, ad v. 49. Alii etiam perhibentur Herculis præceptores hac in arte. Apud Noſtrum Eurytus, Idyll. XXIV. 105. Porro primas ferebant in arte ſagittandi Scythæ. Vide Luciani Toxar. II. Wetſt. pag. 515. §. 8.

Ibid. — Ευκαμπεα τοξα.] Quidni legatur τοξον? Ita Val. Flaccus, III. 591.

V. 59. — Αραια δ' ικετο φωνα.] "Exilis vox tanquam *e longinquo* profecta." Confer hic ſcholia noſtra cum Tryphiodoro, v. 462. Et Nonno, L. XII. v. 18. pag. 334. Ideo Hylan procul abeſſe credebat Hercules, etſi prope eſſet. Hinc de novo creſcit rabies, et ad quærendum puerum graſſatur incitatius. Confer Apollon. I. 1240. Propert. I. xx. 48.

V. 61. Ὡς, &c.] Hoc imitatur Apollonius, I. 1243. 1261. Valer. Flaccus, III. 581. Veruntamen Theocritus hic Homerum reſpexit, etſi circumſtantias immutaverit. Iliad. XVIII. 318. Ubi furit Achilles, amiſſo Patroclo,

——— Ὡσπερ λις ηϋγενειος,
Ὡι ρα θ' υπο σκυμνȣς, &c. &c.

Cui quidem Homeri Comparationi, confer Lucretii perſimilem ſuaviſſimamque. Lib. II. 355. Præterea non temere dictum hic, "*Ter* inclamavit." Vide enim ſis Didym. ad Odyſſ. IX. 65. Ubi ſocios amiſſos *ter* invocat Ulyſſes. Αρχαιον εθος, των επι ξενης απολλυμενων τας ψυχας ανακαλειν ΤΡΙΤΟΝ τȣς περιλειφθεντας επ' αν επιωσιν οικαδε, &c. Quæ totidem verbis habet Euſtathius. Hinc certe Theocritus intelligendus. Confer Lamp. Alardi Comm. ad Val. Flacc. III. 596.

V. 62. — Φθεγξαμενας τις εν. —] Bene comma ponit Reiskius ante τις.

V. 64. — Εν ατριπτοισιν ακανθαις.] Valckenarius reſcribendum conjicit, ατριτοισι κιανοις. Epiſt. ut ſupr. pag. 37. Quorſum vero novæ lectioni ſtudeamus? Præſertim, cum quæ ſtat hodie, pulcherrimam ſollicitudinis et ſolitudinis exhibeat imaginem, ſc. Herculis, inter avia dumeta puerum perveſtigantis inani deſiderio: qualis et illa Virgilii, Æn. IX. 392.

——— Veſtigia retro
Obſervata legit, dumiſque ſilentibus errat.

Alii conjecerant, ατριπτοισιν αταρποις. Habetur Τρηχεια αταρπος, Odyſſ. XIV. 1. Παιπαλοεσσα αταρπος, Iliad. XVII. 743. Σκολιη αταρπος, Orph. Argon. 642. Atqui morbus ſit, aut nulla medicina. Illud ΑΤΡΙΠΤΟΣ, eſt proprie *non pede tritus.* Rhianus in epigrammate nunquam edito, Anthol. MSS. C. Cephalæ, Lib. I. Carm. 112. Cujus en primum diſtichum.

Η ρα νυ σοι, Κλεονικε, δι' ΑΤΡΙΠΤΟΙΟ κιοντι
Στεινȣς, ηντησανθ' αἱ λιπαραι Χαριτες.

Tibi, O Cleonice, per SOLITARIAM *eunti*
Viam anguſtam, occurrebant venuſtæ Charites.

Scribitur

Scribitur tamen ad marginem, in Codice Bernardino ſcilicet, ΑΤΡΑΠΙΤΟΙΟ. Quæ proba eſt et bona lectio. "Deprehendebant Charites puerum formoſum in via quadam IRREMEABILI, unde non poterat ab illis elabi ac effugere." Dydimus ad Homer. Odyſſ. XIII. 195. ΑΤΡΑΠΙΤΟΙ. Ἁι μη εχυσαι εκτροπην οδυ. Quod ad ατριπλος attinet, idem habet Homerus ατριπλυς χειρας. Sc. operi non aſſuefactas manus, et, ut ipſe adjicit, ἀπαλους. Ibid. XXI. 151. Senſu aliquantulum diverſo: qui tamen alterum poſſit illuſtrare.

V. 65. — Πολυν δ' επελαμβανε χωρον.] De ſedente, ideoque locum occupatum tenente, recte vocem επιλαμβανειν uſurpari, non item de ambulante, Reiskius affirmat. "Niſi propria illa Græcitas ævo Theocriteo fuit; quod ævum MULTA SIBI PROPRIA habuit." Bene quidem vir omnigeni Græciſmi peritiſſimus. Atqui figurate vox illa uſurpatur: in qua ſpatium terræ notatur, et velocitas euntis. Ita vertitur ab interprete Latino, nec male, *corripiebat*. Eſt, quaſi diceret poeta, "gradiendo *comprehendebat* omnem regionem." Qualis metaphora mire convenit Herculis irrequieto furori. Jam vero quod editio Calliergi præſtiterit hic ελαμβανον, id vitio præli videtur obtigiſſe. Apud Apollonium Rhodium, minatur Hercules ſe Myſorum agros illico vaſtaturum, niſi Hylam inventum reddiderint incolæ, vel vivum vel mortuum. Quo ut periculo ſe liberarent, tradunt Herculi, quaſi obſidum loco, pueros optimates ex omni populo ſelectos: jurantque, ſe operam indefeſſam Hylæ perveſtigando navaturos. I. 1350. Confer quæ ad v. ult. inferius adnotavi.

V. 66. Σχετλιοι οι, &c.] Miram vim præ ſe ferunt αποστροφαι illæ, ſubitæ, interciſæ, plenæque affectus. Quarum in poſtrema, breviter illud et luculenter enuntiatur, Amori nobiliſſima cœpta, quæque conſilia meditamur et molimur egregia, poſthaberi protinus, et locum facillime cedere.

> —— Τα δ' Ιασονος υστερα παντ' ης.
> —— *Res vero Jaſonis omnes poſteriores erant!*

Appoſite Virgilius, Æneid. IV. 86.

> Non cœptæ aſſurgunt turres; non arma juventus
> Exercet, portuſve aut propugnacula bello
> Tuta parat. Pendent opera interrupta, minæque
> Murorum ingentes, æquataque machina cœlo!

V. 68. Ναυς μὲν ἐν αρμεν' εχοισα μεταρσια των παρεοντων·
Ἱστια δ' ηϊθεοι μεσονυκτιον εξεκαθαιρον.] Locus, ſiquis alius, vitioſus; cui, nec a Codicibus, nec a libris impreſſis, aliqua medela ſperanda eſt. Nec exſtant ullæ, quibus inniteremur, eruditorum virorum conjecturæ. Calliergus habet μενεν: quaſi ita vir, meliora ſciens, lacunam latentem obliteraverit. Hunc ſequitur Stephanus. Aldina μεν αρμὲν agnoſcit: quod plane nihili eſt. Jam vero finis verſiculi manifeſto laborat, in illis των παρεοντων. In tanta inopia atque obſcuritate, ita totum contextum, quaſi fortuna

tuna duce, refingo; novisque lectionibus et interpunctionibus, saltem verosimilibus, instauro.

> Ναυς ΕΜΕΝ' αρμεν' εχοισα μεταρσια· ΤΑι ΠΑΡΕΟΝΤΕΣ
> Ἱστια δ' ηϊθεοι μεσονυκτιον εξεκαθαιρον.

Hoc sensu. "Hercules aberat Hylam quærens. Navis interea stabat aptas habens antennas: juvenes vero qui ADERANT, qui non, qualis Hercules ille ΛΙΠΟΝΑΥΤΗΣ, NAVIM DESERUERANT, vela purgabant, &c." Vel lege Ταδε παροντες. Porro ad V. αρμεν' confer Idyll. XXII. 13. et Apollon. IV. 237. 889.

Refert Apollonius, Argonautas noctu imprudentes abiisse; reversuros etiam, postquam mane intellexerint Herculem relictum. I. 1283. 1297. Vid. ad v. 37. infr. Luculente, sed et turgidiuscule, Val. Flaccus, III. 601.

> Illum omnes lacrimis, mæstisque reposcere votis;
> Incertique metu, nunc longas littore voces
> Spargere, nunc feris ostendere noctibus ignes.
> Ipse, vel excelsi cum densa silentia montis,
> Strata vel oblatis ductor videt æquora ventis,
> Stat lacrimans, magnoque viri cunctatur amore. —
> Illum inter proceres, mœstæque silentia mensæ,
> Quærit inops; quondam ingenti comprensa trahentem
> Vina manu, et duræ referentem facta novercæ.

Mox, cum jam certa navigandi, invitis etiam, sententia stetit, v. 719.

> Hic vero ingenti repetuntur pectora luctu,
> Ut socii sedere locis, nullæque leonis
> Exuviæ; tantique vacant vestigia transtri.

Ipse autem Hercules, IV. 56.

> Nec minus et socios cernit procul æquore ferri
> Alcides, tacitumque pudet potuisse relinqui.

V. 69. Ἱστια. —] Reponit Reiskius ικρια, *transtra:* quæ purgabant usque ad mediam noctem. Quomodo enim purgabantur ἱστια, sive *vela?*

V. 71. — Χαλεπος. —] Aldina et Florentina χαλεπα. Cum Codicibus, ubi glossa χαλεπως. Sed vera est lectio χαλεπος, ut in Calliergo. Sic noster alibi. Idyll. III. 15.

> Νυν εγνων τον ερωτα, ΒΑΡΥΣ ΘΕΟΣ. ———

V. 72. — Ὑλας μακαρων αριθμειται.] Ita Græcos loqui notavit Heinsius, c. xix. sicut Horatius, L. III. Od. 13. v. 13. *Fies fontium.*

> Fies nobilium tu quoque FONTIUM.

Commode posset et huc adduci Virgilius, Æneid. VII. 211.

> ——— Regia cœli
> Accipit, et NUMERO divorum altaribus addit.

V. 73.

V. 73.—Λιπόναυτην.] Erat λειπονάυτιον vox e foro. Accuſabant eum λειπναυτιϐ qui navem relinquebat, ſicuti λειποταξιϐ, qui exercitum. Heinſ. Lect. Theocr. c. xix.

Vide doctiſſimum T. Hemſterhuſium ad Luciani Contempl. I. Wetſt. pag. 487. §. 1. Necnon Luciani Catapl. ib. pag. 623. §. 3. Confer et Accuſ. B. II. pag. 808. §. 13. Unde confirmabitur Heinſius. Confer tamen Apollon. II. 768. et I. 1283. Scholia inedita, ΛΙΠΟΝΑΥΤΑΝ. καθάπερ λιποτάκτην.

Rationem reddit Ariſtoteles cur Argonautas deſeruerit, vel ab iis deſertus fuerit, Hercules; cui, ni fallor, omnes Argonautici ſcriptores aperte contradicunt; vel de qua ſaltem ſilent. Ipſum noluiſſe ſcilicet Argo navim cum aliis agere, ὡς ΥΠΕΡΒΑΛΛΟΝΤΑ ΠΟΛΥ των πλωτήρων. *Ut longo intervallo cæteros nautas ſuperantem.* De Repub. L. III. c. xiii. Tom. II. pag. 354. E. Pariſ. Edit.

V. 74. — Ηρωσε. —] Heſychius, ΗΡΩΗΣΟΥΣΙ. μεθυσουσι. Corrigit μεθησουσι, quæ poteſtas eſt hoc in loco vocabuli ΗΡΩΕΙΝ, Arnaldus, Gr. Lect. ut ſupr. L. I. c. x. pag. 66. Vide ſis, apud eundem Heſychium, ΕΡΩΑΖΕΙ. ΕΡΩΗΣΑΙ, &c.

V. ult. Πεζος. —] Scholiaſtes, et Medicei duo, dant πεζα. Ut, monente Reiskio, ſubaudiatur ὁδῷ. Vaticani πεζᾶ et πεσδᾶ. Cum Mediceo notat. 37. Conferas Apollodorum, Biblioth. L. I. c. vii. §. 19. De iis quæ Herculi poſthac acciderunt. Necnon Apollonium Rhod. IV. 1436. Apud quem, ſpectra quædam narrant Argonautis, inter maxima pericula per Africæ ſolitudines Argo navim jam tandem convectare coactis, adveniſſe, heſterno die, ignotum quendam virum, immani mole, torvis oculis, leonis pelle amictum, clava ingenti oleagina, arcuque cum ſagittis armatum; ſiti inſuper ardentem, fontemque inter arida deſerta avide circumſpicientem. Amiſſum jamdiu ſocium præter ſpem recognoſcunt Argonautæ, ſed fruſtra per vaſtam et incultam regionem perſequuntur errabundum, confuſis ejus nocturnis procellis in arena veſtigiis. Jam vero Myſorum littoribus hiſce diutius Herculem hæſiſſe, poſt Hylam amiſſum, refert idem Apollonius, I. 1349. Quod ſupra vidimus. Dein ad Euryſthei laborem perficiendum abiiſſe, v. 1437. Quin et Valerius Flaccus, III. 733.

> Amphitryoniades, nec quæ nova luſtra requirat,
> Nec quo tentet iter, comitis nec fata peremti
> Quæ referat, videt, aut ſocios qua mente reviſat:
> Urit amor, ſoliſque negat decedere ſilvis.

Et Lib. IV. 5.

> Hæret inops, ſoliſque furit Tyrinthius oris.

Poſtea vero ad Trojam iter flexiſſe, v. 58. Confer Orphei Argon. 655. Cæterum hic diverſa plane, et pro ſuo quiſque ingenio, ut in re fabuloſa, confinxiſſe videntur auctores.

IDYLLIUM XIV.

NIHIL in hoc Idyllio paſtorale, ne veſtigium quidem vitæ ruſticæ, reperies. Omnia Comœdiæ feſtivitatem referunt et leporem. Nec nomina, nec res, nec ſermo, quid præ ſe ferunt bucolicum. Bene itaque Palmerius, Exercitat. pag. 805. "Totum ex vita civili et communi deſumptum eſt hoc drama. Æſchines et Thyonichus, nomina civilia, nihil paſtorale redolent: ut nec nomina comeſſatorum, Theſſalus, Apis, Cleonicus; quorum unus dicitur agitator equorum, alter miles."

V. 1. — Τοι αυτῳ.] Reponit Reiskius, quod defendi poſſet e Codicibus, τυ αυτον. Conſtructione hoc poſtulante: "Volo et ego σε αυτον χαιρειν." Poſſe quoque legi, monet vir egregius, Αλλα ταυτα Αισχινα, ſcil. Βουλομαι, *evenire*, &c. Dant Aldus et Calliergus Αισχινῃ, et Codices αυτα pro αυτῳ. Unde ea ſuſpicio confirmatur. Stephanus habet Αισχινα. Conſulatur Liber Gallicus Henrici Stephani, rarus ille quidem, cui Tit. *De la Conformite du Lang. Fr. avec le Grecque.* pag. 121. Ubi multi alii, præter hunc, Theocriti loci, quod ſemel monuiſſe ſatis habui, præſertim quod ad familiaria colloquia ſpectat, illuſtrantur.

V. 3. — Ταυτ' αρα λεπτος.] Scil. ει. "Propterea etiam ſine dubio mater es." Ταυτα, pro ΔΙΑ ταυτα, recurrit, Idyll. XV. 8. REISKIUS.

V. 4. — Αρ' αυαλεοι. —] Male ſolus editorum, cum multis Vaticanis, et Benedictinis, Calliergus αν. Qui bene tamen dat αυαλεοι. Vitioſe cæteræ αυχαλεοι. Ex iis autem, quæ vides, ſubmonet Reiskius confici poſſe αναυχαλεοι. Capillus *nitore carens.* Vult Caſaubonus, c. xv. αυαλεους κικιννος eſſe, *oleo et unguento non delibutos*; et opponi τοις λιπαροις. Vide ſis Dorvilium ad Chariton. p. 290. Ipſe quidem repono et lego αυςαλεοι, cum ex vitioſo illo αυχαλεοι, tum magis inductus ex hoc carmine Juliani Ægyptii, eleganti illo quidem, in Imaginem Philoctetis, omnino dolore confecti. Anthol. IV. viii. 28.

Αγελα μεν κομοωσαν εχει τριχα· δευρ', ιδε κορσης
Χαιτην τρηχαλεοις χρωμασιν ΑΥΣΤΑΛΕΗΝ.

Immaniter quidem comantem habet capillum: age huc, vide verticis
Comam horridis coloribus ſquallidam.

Vel

Vel, aridam. Ubi omnia unice conveniunt hujusce loci genio; et hanc lectionem porro confirmant. Hoc epigramma docti viri, ad Hesychium, debuerant adhibuisse. V. ΑΥΣΤΑΛΕΟΣ. Necnon Apollon. III. 830. IV. 1338. I. 1175. II. 200. Deinceps et adhibeant, hic moneo. Cæterum referendus huc Alciphron, qui Theocritum certo certius illustrat. Epist. L. I. 36. pag. 161. Bergler. Και ΑΥΧΜΗΡΑΝ μεν εχω ταν κεφαλην, μηδε ιδουσαν τον χρονον τουτον μυρον. *Et* sordidum *habeo caput, quod toto hoc tempore non novit unguentum.* Vid. ad Idyll. XXV. 225.

V. 5. Πυθαγορισαις.] Ita Commeliniana ex Stephano. Veteres melius Πυθαγοριστας, e bonis libris manu exaratis. Defricatur hic ea philosophorum familia, propter insignem severitatem. Sed vide sis Not. ad Idyll. IV. 22.

V. 6. Ωχρος, κ' ανυποδατος. —] Vide Spanhem. ad Callimach. Hymn. Cer. v. 125. Ita quoque Socratici deridentur apud Aristoph. Nub. 103.

Τους ΩΧΡΙΟΥΝΤΑΣ, τους ΑΝΥΠΟΔΗΤΟΥΣ, λεγεις;

Pallidos *illos, et* discalceatos, *dicis?*

Vid. et ibid. 362. Eadem vena, festivissimus Lucillius, Anthol. II. lii. 1.

Ειναι μεν Κυνικον σε, Μενεστρατε, ΚΑΙΝΥΠΟΔΗΤΟΝ,
Και ριγουν, ουδεις αντιλεγει καθολου.

Esse te Cynicum, Menestrate, discalceatum,
Et rigidum, nemo contradicit omnino.

Lepidissime autem dicitur ab Ammiano philosophus quidam, ουτος ο ριγομαχας. *Ipso cum* rigore *contendens.* Ibid. 3. Excitandus et hic, et prorsus in lucem proferendus, Alciphronis locus, epistolarum scriptoris inprimis elegantis et venusti. Ηκουσα ένος των εν τη Ποικιλη διατριβοντων ΑΝΥΠΟΔΗΤΩΝ, και ΕΝΕΡΟΧΡΩΤΟΣ, στιχιδιον αποφθεγγομενου την απονοιαν των πλεοντων επιστιφοντος. *Audivi quendam ex his qui in Pœcile ambulant,* discalceatis, *et* lurido calore præditum, *qui carmen recitabat, quo navigantium desperatio decantabatur.* pag. 360. Aur. Allobr. 1606. fol. Vid. et Lib. III. xiv. lv. Bergler. Similiter Cynicam gentem deridet Lucianus. Τι ποτε, ω ουτος, πωγωνα μεν εχεις και κομην, χιτωνα δε ουκ' εχεις, και γυμνοδερμη, και ΑΝΥΠΟΔΗΤΕΙΣ, &c. *Heus tu, qui tandem barbam alis et conam, tunicam vero non habes, et nuda cute incedis, et* sine soleis, &c. Cynic. et Lycin. Tom. III. Wetst. pag. 539. §. 1. Vid. sis et ibid. pag. 548. §. 17. Miram hic de Platone narrant historiam magistri Græci. Forte Plato quondam Siciliam venit, ut ipse testatur, Epist. viii. pag. 327. Sed aliquis alius philosophus æque intelligi possit.

V. 7. Ηρατο μαν και τηνος, εμοι δοκει, οπτω αλευρω.] "Tu macer es, horridus, et squallidus, amore mulieris: Et ille quoque Pythagorista, qui Athenis in Siciliam venerat, ossa erat ac pellis, propter amorem, non mulieris

 quidem,

quidem, ſed *panis.*" Feſtivum hoc et ſalſum. Qualis eſt indoles hujuſce carminis.

V. 8. Παισδεις ω χαθ' εχων. —] Allata eſt mihi lectio a docto viro, ſpecioſa ſatis, ἑκων pro εχων. Sed vox illa εχων frequentiſſime abundat, plerumque cum verbis *jocandi*, &c. Quod bene probat Vigerius, de Idiot. pag. 205. Confer Reitzium ad Lucian. Icar. II. Wetſt. pag. 780. §. 24.

V. — Θριξ ανα μεσσον.] Idem plane eſt quod apud nos obtinet idioma, *Only a hair's breadth between.*

V. 10.—Ασυχος, οξυς.] Offenderat, in ſcripto quodam Codice, Caſaubonus, ασυχα οξυς. c. xv. Quod et agnoſcit, et explicat qualitercunque, noſter Scholiaſtes. Exinde lectionem, quam veram fore crepat, εξοχα οξυς, *valde aſper*, Heinſius effecit, c. xx. Et ipſe reperi in Codice optimo Laurentiano, unoque Benedictino, aliiſque. Nihil tamen hic muto. Forte eſt quotidianæ formulæ; omnia enim hic familiaria ſunt et comica: et in hac oppoſitione tota conſtat facetia, quam ſuſtulit Caſaubonus. Similiter Martialis, L. XII. 47.

Difficilis, facilis, jucundus, acerbus, es idem.

V. 11. Πανθ' εθελων κατα καιρον.—] "Aut facilis aut acerbus es: prout res eveniunt." Angl. *Juſt as it happens.* In fine verſiculi legerem, ειπεν pro ειπειν. *Subaudito* χρη. Pauxillum variant in hac vocula veteres libri. Poſſit et bene ſtare lectio recepta, quæ Stephani eſt.

V. 12. Ωργειος, &c.] Nihil hoc Æſchinis ſermone conditius, et Attico ſale ſapidius, apud ullos antiquorum Comicorum leges.

V. 13. — Ὁ. —] Deeſt Aldinæ. Excidiſſe videtur inter operas.

Ibid. — Κλεονικος. —] Eundem putat eſſe Cleonicum Reiskius, quem pueri cujuſdam Euxithei amore contabeſcentem, ſuaviter et eleganter deplorat Callimachus, Epig. XXXII. Deflet et Cleonicum quendam Theocritus noſter in epigrammate, de quo nos agemus in ſuo loco. Nomen occurrit in epigrammate Rhiani ανεκδοτω, cujus partem protulimus ad Idyll. XIII. 64.

V. 14. Εν χωρω παρ εμιν. —] Vult Heinſius, c. xx. εν χορτω. "Sc. in ea ædium parte qua prandebant veteres: Vel, in gramine ut paſtores ſolent." Certe, quod ad poſtremum attinet, fallitur vir doctus: nulla enim hic res eſt cum paſtoribus. Vide Not. ad Idyll. XIII. 40. Intellige, "In rure, in meo rure, in meo fundo, in villa." Adprime facit huc Xenophon, ſcriptorum ſuaviſſimus et elegantiſſimus. OEconomic. Cap. v. §. 9. Χειμασαι δε πυρι αφθονω, και θερμοις λυτροις, πυ πολυ πλειων ευμαρεια, η εν ΧΩΡΩι τω; Πυ δη ηδιον θερισαι υδασι τε, και πνευμασι, και σκιαις, η κατ' ΑΓΡΟΝ; *Ubinam facilius, copioſo igne, calidiſque lavacris, per hiemem uti licet, quam* RURI? *Ubi quis aquarum, auræ umbrarumque cauſa, jucundius traducere poſſit æſtatem, quam* AGRIS? Iterumque etiam, Ibid. §. 4. Και γαρ εν τω ΧΩΡΩι, και εν τω αςει. *Etenim ſemper in* RURE *et* URBE. Gloſſa, in ſexto Vaticano,

cano, ad poetam noſtrum, peſſime dat: ΧΩΡΩι. ηγεν εις τον οικον μυ. *In meis ædibus.* Videas Erneſti ad Callimach. Hymn. in Cerer. v. 30. Conferas et Palmerium, Exercitat. pag. 805.

V. 16. Ευωδη, τεττρων ετεων, χεδον ὡς απο λανω.] "Vinum, licet annorum quatuor, tamen odoriferum, prope ſicut a prælo." Vide Scholia. Archeſtratus apud Athenæum, I. pag. 29.

> Τον δ' απο Φοινικης ἱερας τον ΒΥΒΛΙΝΟΝ αινω.
>
> *Laudo* Vinum Byblinum *quod ſacra Phœnice fert.*

Plura de eodem vino vide ſis apud eundem Athen. I. pag. 30, 31. Euripid. Ion. v. 1195. Heſiod. Op. D. v. 589. Ibique Clericum. Ex quibus ombus videtur apud antiquos magno habitum pretio.

V. 17. Βολβος τις κοχλιας.—] Miror equidem tam multos apud me Codices illud τις agnoſcere. Quod putabam fuiſſe Calliergi, metrum ſublevare fruſtra cupientis. Bulbus et cochlea in deliciis erant, plurimumque conferebant ad excitandam Venerem. Vide ſis Athen. VIII. 365. II. 63. ſeq. Petronium Arb. p. 470. edit. Varior. Conferatur et huc carmen Valentis epigrammatiſtæ, [f. Luciani,] de philoſopho quodam; qui ad cænam invitatus, magnam ſapientiam credebat a lupinis et raphanis abſtinere, deinde vero non bulbo pepercit. Anthol. II. lii. 11.

> Ευτε τ' εν οφθαλμοισιν ιδεν χιονωδεα ΒΟΛΒΟΝ
> Στρυφνην, ϗ πινυτην ηδη εκλεψε νοον·
> Ηιτησεν παρα προσδοκιαν, και ετρωγεν αληθως,
> Κυδεν εφη ΒΟΛΒΟΝ την αρετην αδικειν.

Ubi vides illud ΕΝ ΟΦΘΑΛΜΟΙΣΙΝ ιδεν. Quod non eſt recentioris Helleniſmi, ſed veteris et ſingularis elegantiæ: habetque in ſe ſalſum quiddam facetumque, quod noſtrum guſtum fugit hodie. Noſter Idyll. IV. 7.

> Και ποκα τηνος ελαιον ΕΝ ΟΦΘΑΛΜΟΙΣΙΝ ΟΠΩΠΕΙ;

Ubi vide quæ notavimus; et illa ex his, vel hæc ex illis forſitan illuſtraveris. Conferaſque Alciphron. Epiſt. I. 36. pag. 161. Bergl. Non tamen hanc formulam dimittere poſſum, priuſquam nonnullos aſcribam Homeri locos, licet haud omnino pares, qui forſitan ad probanda ſuperiora, Theocritumque illuſtrandum, non minimi erunt momenti. Odyſſ. IV. 47. Sermo fit de Telemacho et Minerva, palatium Menelai ingredientibus, ejuſque ſplendorem luſtrantibus.

> Αυταρ επει ταρπησαν ὉΡΩΜΕΝΟΙ ΟΦΘΑΛΜΟΙΣΙ.
>
> *Cæterum poſtquam ſaturati ſunt* videndo oculis.

Alter eſt, ubi Helenes affertur Nepenthe, Odyſſ. IV. 225. Quæ omnes abſtergebat lacrymas. Nemo enim fleret, ea ſemel pota,

Ουδ'

Ουδ' ει οἱ προπάροιθεν αδελφεον, η φιλον υἱον,
Χαλκῳ δηϊοων, ὁ δ' ΟΦΘΑΛΜΟΙΣΙ ὉΡΩΙΤΟ.

Neque si ei coram fratrem, aut carum filium
Ferro trucidarent, ipse vero oculis videret.

Quinimo, quinquagies apud Homerum habemus hanc formulam, sc. οφθαλμοισιν ιδειν. Ubi nonnunquam redundat οφθαλμοισι: nonnunquam consulto adhibetur, ad rem fortius exprimendam. Quod soli vident eruditi Græcis. Habet et Hesiodus Deor. Gen. v. 451. Adhibeatur Dydimus ad Odyss. V. 389. EN οφθαλμοις και ΦΑΝΕΡΩΣ ἑωρα την ἑαυτου απωλειαν. Confer Apollon. Rhod. I. 814. Credo equidem illud EN, sicubi accedat, secum ferre quiddam significantius. Ut Odyss. VIII. 459.

Θαυμαζεν δ' Οδυσηα EN οφθαλμοισιν ὁρωσα.

Ita et L. XIV. 343. Conferatur Apostolus elegantissimus, Epist. ad Galat. III. 1. Ὁις ΚΑΤ' ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ Ιησους Χριστος προεγραφη, εν ὑμιν εσταυρωμενος.

In fine versus, Aldina dedit ὁ ποτος. Elegantius reliquæ ης, cum Benedictinis utrisque.

V. 18. Ηδη δε προιοντος.—] Progrediente vel tempore, vel convivio. Vel, ut inquit Lucianus, προχωρουντος του ποτου. Dial. Meretr. pag. 991. C. edit. Bourdelot. Προϊοντος χρονου, est apud Parthenium, Erotic. cap. xxvi. *Progressu temporis.*

Ibid. — Εδοξ' επιχεισθαι ακρατον
Ὡτινος ηθελ' ἑκαστος.—] An Vinum, quo quisque præcipue delectaretur? Hoc sensu. "Progrediente convivio, jam tandem ad eas usque delicias perventum est, ut quisque vini genus id, quod vellet maxime, pro suo libitu deligeret: modo significaret, quo maxime genere caperetur." Vel forte referas ὡτινος ad ἑταιρας. Cujus quidem amicæ nomen, ut et hodie fieri solet, palam diserteque fuit enuntiandum. Vid. Not. ad Idyll. II. 151. Scholiastes legit επιχεισθ'. Casaubonus, c. xv. majus aliquid hic vult. "Quos cyathos alicujus gratia educebant, de ejus nomine eos appellabant; puta, Glycerii vel Laidis. Ideo ait ὡτινος, i. e. cujus esset id poculum quod postularetur." Non possum quin hic in apricum proferam festivissimum epigramma Posidippi, quo mire illustratur mos iste bibendi apud antiquos: quod primus edidit ex Anthologia Cephalea clarissimus Reiskius, harum literarum præsidium. COMMENT. ad Antholog. Reisk. pag. 246.

Ναννους και Λυδης επιχει δυο, και φερ', ἑκαστου,
Μιμνερμου, και του σωφρονος Αντιμαχου.
Συγκερασον τον πεμπτον εμοι, τον δ' ἑκτον ἑκαστου,
Ἡλιοδωρ', ειπας ὁστις ερων ετυχεν.

Ἑβδομον

Ἑβδομον Ἡσιοδȣ, τον δ' ογδοον ειπον Ὁμηρȣ.
Τον δ' ενατον Μουσων, Μνημοσυνης δεκατον.
Μεςον ὑπερ χειλȣς πιομαι, Κυπρι. Ταλλα δ' ερωτες
Νηφοντ' οινωθεντ' ȣχι λιην αχαριν.

"*Infunde, Heliodore, duo vini pocula, nomine Nannonis unum, Lydæ alterum, tum feorfim cujufque fingula, Mimnermi, inquam, et verecundi Antimachi. Inde meo, quinto loco; fextum, cujufque qui te unquam amarit nomen edens, infunde. Ad feptimum poculum Hefiodum, ad octavum, Homerum nomina. Nonum fit Mufarum, Decimum Memoriæ. Plenum ad fummam oram poculum hauriam, O Venus. Amores quoque non valde inimici funt interdum potanti; reliqua fobrio.*" Lyda fcilicet amafia fuit Antimachi, ut Nanno Mimnermi. Qualis qualis fenfus extricatur e poftremis.

V. 21. — Τιν' εχεν με δοκεις νουν;] Probe Vaticani,

— Τιν' εχεν Μ' ΕΔΟΚΕΙΣ νουν.

V. 22. Ου φθεγξη; [illegible]] Ne Stephani, aliorumque, prolixas et fpinofas ratiocinationes adhibeam, fententiam contextus breviter aperiam. "Me præfente, tacebat Cynifca. — Tunc aliquis e convivis, ita jocofius affatur Cynifcam; Non loqueris? Num, ut dixit philofophus, aut parœmiaftes, λυκον vidifti?" Ponatur comma poft τις, juxta Calliergum. Lepos omnis eft in ambiguitate vocis λυκον. Quem deperibat enim Cynifca, nomen erat adolefcenti LYCUS: et qui repente a *lupo* confpecti erant, obmutefcere putabantur. Hinc proverbium manavit, illis dictum, qui nihil inter colloquendum quod reponerent haberent, et ex improvifo conticefcerent. Ita Benedictini Codices.

Ου φθεγξη; λυκον ειδες; — επαιξε τις ὡς σοφος ειπεν.

Duo Laurentiani non ponunt interrogationem poft ειδες.

V. 23. Κηφθα· ευμαρεως κεν απ' αυτας και λυχνον ἁψαις.] Senfus eft, "Ex hoc tam faceto fcommate, Cynifca adeo ERUBESCEBAT, adeo pudore fubito fuffufus erat et EFFERVESCEBAT illi vultus, ut ex eo lucernam facile accendere poffes." Non hic excitabo variantes lectiones veterum librorum, qui fumum pro luce dabunt. Stephanus, ut hodie legitur, locum conftituiffe vifus eft.

V. 27. — Ἡσυχα ȣτως.] Heinfius fcribit et interpungit, c. XX.

——————— Ἡσυχα· αυτως·

Argutius et audacius profecto, quam rectius aut facilius. Satis belle, qualis extat hodie, procedit oratio. Nifi quod habeant Codices.

——————— Ποχ' ἀσυχον ȣτως.

V. 28. — Ματαν εις ανδρα γενειων.] "Fruftra barbam, virilitatis indicium, nutriens; cui non profuit effe viro." Rem enim cum alio habuit uxor.

 Vel

Vel fortaſſe, "Fruſtra, ad uxoris amorem conciliandum, alui barbam." Quod ſpecioſum putabatur. Vid. Idyll. X. 40.

V. 30. Κὠ Λαρισαιος τον εμον Λυκον αδεν απ' αρχης, Θεσσαλικον τι μελισμα, κακαι φρενες.—] Pro μελισμα ſcribit Heinſius σοφισμα, c. xx. Et profecto notum eſt Θετταλον σοφισμα apud Athenæum, pro Θεσσαλος σοφιστης. Qua de formula plurima congeſſit Caſaubonus ad Athen. L. I. c. ix. Animadv. pag. 30. Ita et poſſit eſſe μελισμα pro μελικτης. Ut ſit κακαι φρενες, initium cantilenæ. Ego tamen malo, Τον εμον Λυκον, fuiſſe initium cantilenæ, ad irritandum ſcilicet Æſchinem: in qua nempe, ſæpius formula illa, κακαι φρενες, repetebatur. Interea moneo, Θεσσαλον σοφισμα veterem fuiſſe adagionem, ſc. *Theſſalicum commentum*, ut apud Heſychium et parœmiographos.

Reiskius vult hic μελισμα accipi pro *ingenio*, quod ſolebat apud Theſſalos eſſe *doloſum*; et interpretationis loco adjici, κακαι φρενες, *mala mens, maligna.*

V. 32. —Περι.—] Mediceus tertius et quartus dant παρα. Benedictini etiam; nec nulli Vaticani. Extat ejuſmodi ſuaviſſima comparatio apud Apollonium Rhodium, I. 269. Licet illa ad παθος, hæc noſtra ad contemptum adhibeatur, et riſum.

V. 33. — Επιθυμησασα.] Stephanus in margine dat επιθυμηνασα. Quam vocem memini me legiſſe apud Heſiodum. Scut. Hercul. v. 262.

V. 35. — Ανειρυσασα δε πεπλως.] Hanc lectionem agnoſcit Calliergus, et deinceps Stephanus. Necnon Codex Toletanus, teſte Schotto, Obſervat. II. 49. Aliter paulo, forte rectius, Aldus, e quibuſdam Codicibus, ſpeciatim C. Ottoboni, ανειρυσα δ' αυ τως πεπλως, "Revelli etiam veſtes de corpore." Peplum, ſubnotante Reiskio, vel pallium, alicui matronæ eripere aut revellere, ita ut vultus ejus nudaretur, haud erat minoris ignominiæ, quam ei colaphum impingere.

V. 36. — Απωχετο.—] Reſcribendum mavult Reiskius in Animadverſionibus ſuis, αποιχεο, in imperativo. Ut ſcilicet eſſet oratio Æſchinis ad mæcham ſuam, *Foras te celeriter ejice.* Vel poſſe ſcribi monet απωκε τυ, *Amove* te *foras*. Ut ſit verbum ΑΠΩΚΕΙΝ, veluti διωκειν. Sed eum poſtea repoſuiſſe reperio, verius quidem longe, απωθε τυ θασσον.

V. 38. — Τηνω. —] Alius ſcilicet amatoris in gratiam. Frequenter hoc ſenſu dativus adhibetur. P. Silentiarius, Anthol. VII. 37. Feſtiviſſime quidem.

> Ειπε ΤΙΝΙ πλεξεις επι βοστρυχον, η ΤΙΝΙ χειρας
> Φαιδρυνεις, ονυχων αμφιτεμων ακιδα;
>
> *Dic*, cui *pectis adhuc crinem, aut* cui *manus*
> *Expurgas, unguium circumcidens extremitates?*

Horatius, I. 5. 4. Elegantia notiſſima.

> Cui flavam religas comam?

Ibid

Ibid. — Μαλα ῥεοντι.] Intelligit Reiskius *valde*, ABUNDE, PRÆCIPUE; non *poma*. Prima ſyllaba ſæpe corripitur, ſæpe et producitur. Et ita ſcribas e Codicibus. Poſſit et, leviuſculæ correctione, reſcribi καλα. Forſan elegantius. Aliquis Vaticanorum affert μᾶλα ερωτες. An ερωτος? *Poma Amoris*. Quaſi, *Illi tuæ* pro deliciis *ſunt lacrymæ*.

V. 39.] Poſt hunc videtur intercidiſſe verſiculus. Subaudi, cum Reiſkio, προσενεγκασα, vel quid ſimile. Margo Stephani dat ὑπορροφιοισι. Quod eſt Vaticanorum.

V. 40. — Αγειρειν.] Codex Toletanus habet αγειρειν. Schotti Obſervat. II. 49.

V. 42. — Δι' αμφιθυρου και δικλιδος. —] Interpretationem V. δικλιδος, quam profert in medium Reiskius, haud prorſus intelligo. Age vero, veteres e veteribus invicem, ſi fieri poſſit, explicemus. Elegans inprimis et cultus epigrammatiſta, Meleager, Anthol. III. xii. 5.

> Ηδη γαρ εσπερίοι, νυμφης επι ΔΙΚΛΙΣΙΝ, ηχευν
> Αυλοι, και ΘΑΛΑΜΩΝ επληταγευντο ΘΥΡΑΙ.

> *Jam enim veſpertinæ, ſponſæ* in valvis biforibus, *reſonabant*
> *Tibiæ, et* thalami *fremebant* januæ.

Ubi, quod vides, lege εσπεριοι. In carmine Pauli Silentiarii Fores externas ſignificare videtur. Anthol. VII. 44. Sic et in Aſclepiadis, Ibid. 116. Ubi amator ſuſpendit, παρα δικλισι, corollas. Apud Homerum quoque memorantur,

> ——— Σανιδες, πυκινως αραρυιαι,
> ΔΙΚΛΙΔΕΣ. ———

Thalami ſcilicet Ulyſſis abſentis. L. Odyſſ. II. 345. Vid. et L. XVII. 268. Et Iliad. XII. 455. Et Apollon. III. 236. IV. 26. I. 787.

V. 43. — Εβα και ταυρος αν υλαν.] Nonnulli Codices, et ſcholia, dant κεν. Unde conjecit Reiskius εβα κα. Hoc eſt πη. "Evanuit neſcio qui, aut quo, taurus in ſylvam." Videtur adhiberi conſuetum proverbium de fugitivo aliquo. "Abiit, evaſit, uxor mea, plane ut dicitur in proverbio: Nec adhuc reverſa eſt, &c." Niſi forte malis, per taurum in ſylvam abeuntem, aliquid hic implicari de Lyco rem habente cum Cyniſca. Vide Conrad. Ritterſhuſ. ad Oppian. Cyneget. II. 73. Porro quod attinet ad V. αινος, in initio verſiculi. Scaliger inquit Latinorum *næniam* eſſe ex Gr. Αινος. Quod partim ſuadet affinitas literarum. Hinc ſignificare, omne *Vulgatum dictum*. Ad Catullum. Carm. 67. AD JANUAM. v. 12. Quod huic loco plurimum convenit.

V. 45. — Ἑνδεκατος. —] Subintelligas ἡλιος. Vel ſi cum Calliergo legeris ενδεκατα, quod eſt Codicum, ſubaudiri monet Reiskius ἡμερα. Deinceps μανας vult idem, in accuſativo.

V. 46. — Επ' αλλαλων. —] Perelegans elleipſis. Sed vid. ad v. 46.

V. 48.

V. 46. — Ουδὲ Θρακιστὶ κεκαρμαι.] De adverbiis, quemadmodum Θρακιστὶ formatis, adeas Spanhemium ad Callimach. Hymn. in Dian. v. 65. Omiſſio tonſuræ ſignum erat luctus. Thracica tonſura leviſſima fuit. Vid. Hadriani Junii De COMA Comment. Cap. VI. In Gruter. Lamp. Art. Reiskius ita verſiculum refingit, quem non immerito ſuſpectum habet.

Εξ ὡ, ῾ΥΠ ΑΛΓΑΩΝ, ουδὲ Θρακιστὶ κεκαρμαι.

Sc. "Ex quo, *præ animi cruciatu*, ne Thracice quidem tonſus ſum." Hæreo equidem in voce αλγαων, ex αλγη: quamquam, ut inquit vir eruditus, Heſychius habeat, ΑΛΓΑΣ. αλγηδονας. Ut hodie legitur, aliquid conſtructioni deeſt, quod poſt illud, ſc. επ' αλληλων, ſequi debuit. Si priorem partem verſus, ex hodierna lectione, ſtare permittas, ita poſteriorem corrigo.

—— Κ' ΟΥ ΔΗ Θρακιστὶ κεκαρμαι.

Noſtri Codices habent ουδ' ει. Tradit Andreas Schottus, in Toletano Codice legi κεχαρμαι. Obſervat. II. 49. Quæ quidem lectio eſt omnium mipreſſorum librorum; excepto illo Francofurti edito, A. 1558. per Brubachium; quem ſolum, quod teſtatur ipſe, Schottus uſurpabat. Ibi nimirum, vitio præli manifeſto, κεκραμε legitur. Sed corruptiſſime Codices.

V. 47. ῾Α δὲ, &c.] Omnia hic ſana videntur, et eleganti ſcriptore digna. Quare Cl. Reiskii conjecturas ingenioſas quidem, ſed minime neceſſarias, haud apponam. Hac una duntaxat excepta.

ΤΑι δὲ ΛΥΚΟΣ νυν παντα. ——

Sc. "*Illi* vero *Lycus* eſt omnia in omnibus." Conf. Horr. Obſ. ad Herodot. c. vi. pag. 43. Vide et ad Idyll. XV. 148. Non incommode profecto fit ea perſonarum mutatio. Cui lectioni Florentina etiam facit. Sc. Οιδὲ Λυκος νυν παντα. Quod certe ex parte vitioſum eſt.

V. 48. — Ουτ' αριθμητοι, &c.] Paſſim decantata fuit calamitas Megarenſium: adeo ut in proverbium fere abierit. Unice tamen huc referendus eſt Callimachus. Epigr. XXVI.

—— Της δὲ ταλαινης
Νυμφης, ὡς Μεγαρεων, ου λογος, ουτ' ΑΡΙΘΜΟΣ.

—— *Miſeræ*
Puellæ, ceu Megarenſium, nec ratio nec numerus.

V. 50. Κή μεν αποστερξαιμι. —] Μιν, pro μεν, i. e. Cyniſcam, vult Heinſius, c. xx. Aldus habet αποστερξαι με. i. e. "Si modo animo meo odium ſui injiceret." Ita Epig. IV. 14. illud αποστεργειν uſurpatur.

Ευχε' ΑΠΟΣΤΕΡΞΑΙ τους Δαφνιδος με ποθους.

Sc. "Votum facito ut *deſiderium* Daphnidis ex *animo meo prorſus deleat*, ita ut ejus *oblíviſcar penitus*."

V. 51.] Verſum hunc ſic refinxit Reiskius.

Νυν δὲ ΠΟΘΩι μυς, φαντι, Θυωνιχε, ΓΕΥΕΤΟ πισσας.

Sc. "Jam vero deſiderio teneor [Cyniſcæ.] Mus, aiunt, Thyoniche, picem aliquando guſtabat." Mus, picem deguſtans, eam nec bene retinere, nec remittere poteſt. Nonnulli quidem Codices ποθεν exhibent.

V. 53. — Επιχαλκου.—] Nomen viri proprium vult Stephanus. Mavult Reiskius adjectivum nomen eſſe, ſc. "Æris dives." Mediceus quartus exhibet επιχαλκα. Vaticani mei επιχαλκω.

V. 56. — Ὁμαλος δὲ τις ὁ ϛρατιωτης.] Pro ὁ Reiskius eleganter relegit ὡς. "Pro milite, ſic ſatis commodus, quatenus miles quis eſt, &c."

V. 59.] Ex hoc, uſque ad v. 60. incluſive, valde diſcrepant libri veteres in partibus interlocutorum diſtribuendis. Quæ res plerumque videtur hodie commodius et verius adminiſtrari in vulgatis. Niſi forte quod Calliergus haud omnino male tribuerit totum verſum 59. Thyonicho; et Stephanus verſum totum 60. Æſchini. Qui et ver. 61. reddit Thyonicho. Sed vide Not. ſeq.

V. 60.] In quo verſu, ſuſpicor vera verba excidiſſe; eorumque loco finem ſuperioris verſus perperam eſſe iteratum. Quid autem exciderit, difficile dictu. — Stobæus, qui pag. 46. locum hunc recitat, ſic habet.

Τα δ' αλλα δ' ανηρ τις ελευθερω οἱος αριϛος.

Siquod veri veſtigium ineſt vulgatæ, forte dedit poeta verſum 60. ex perſona Thyonichi,

——— Ελευθερος ὡς τις ΑΡΙΣΤΑ.

Sc. "Liberalis ut qui MAXIME." H. e. "Inprimis, in paucis liberalis, ſiquis alius, vel unus omnium maxime." REISKIUS.

Nihil hic ego a poſteriore parte verſiculi, de quo agimus, excidiſſe puto. Sic corrigo, interpungo, et connecto locum. Nec minuatur aut mutetur V. αριϛος.

——— Αι. Ελευθερος, Ὡς ΤΙΣ ΑΡΙΣΤΟΣ;

Ταλλα δ' ανηρ ποιος τις; Θ. Ελευθερος, ὩΣ ΤΙΣ ΑΡΙΣΤΟΣ.

Viz. "*Æſ.* Anne liberalis inter maximos eſt? Inter eos qui maxime pollent liberalitate? Angl." *Is he as generous as the* BEST *of 'em?* — "Quoad cætera *etiam* qualis eſt?" Reſpondet Thyonichus, quaſi verba Æſchinis ex ore ejus arripiens, eique ſubinde retorquens, "Etiam liberalis inter maximos eſt; inter eos qui maxime pollent liberalitate. Quod ad cætera vero attinet, quorum a me rationem quæris, eſt Æquus, Muſarum Studioſus, &c." Vel ita interpungas, et interlocutores mutes.

——— Ελευθερος; Θ. ὩΣ τις ΑΡΙΣΤΟΣ.

Hoc modo. "Anne liberalis? *Thy.* Ut qui maxime ita eſt. *Æſ.* Quoad cætera qualis? *Thy.* *Non modo* liberalis eſt, ſed *inſuper* Æquus, &c.

V. 63. Πολλοις πολλα διδυς· αιτευμενος, ουκ' απανευων.] Ita poſſit et iſte diſtingui verſiculus.

Πολλοις πολλα διδȣς αιτιζομενος· ȣκ' απανευων.

Multis multa largiens rogatus, non abnuens.

V. 64. Ὁια χρη βασιλη' αιτειν, &c.] Non male legitur apud Stobæum, ubi ſupr.

Οἱον χρη βασιλεα· αιτειν.——

Ubi coaleſcit εα in unam longam ſyllabam, ut fieri dudum vidimus. Quod rectum fore Codices indicant.

V. 66. Λωπον ακρον περονασθαι, επ' αμφοτερων δε βεβακως.] Eodem redeunt, et æque valent, hoc in loco, vetuſtorum librorum leves et minutæ variationes. Nonnulli Codices επ' αμφοτεροις.

V. 68. Ἁ ταχος.—] Ita Calliergus et Stephanus, cum Benedictinis. Aldus habet ὡ ταχος. In quo, cum Reiskio, latere puto ὡς ταχος. Itaque, inquit, ſubaudi σον εϛιν. Nam perinde dicunt ὡς ταχος, quam ὡς ταχους. Id eſt, ὡς σαυτον εχεις εν εργω ταχȣς. Tertius Vaticanus ἡ.

Ibid. —Απο κροταφων, &c.] Senſus videtur eſſe, "Senium cum ſemel incipit, magis magiſque indies obrepit. Primum cani ſumus comas et tempora; deinde cito canities ea ſerpit in genas et barbam." Videtur, cum Euſtathio, ſcholiaſtes ἑρποι legiſſe. Quæ comparet in Codicibus, et vetus eſt lectio.

Ibid. — Επισχερω.—] De vi hujus vocabuli diſputat Arnaldus Gr. LECT. II. 2. p.147. Reddit et hic Arnaldus *ſenſim*, non *ex ordine*. Doctiſſime quidem. Sed debuerat hoc ex Homero, inter alia adhibuiſſe. Iliad. XXIII. 125. De arboribus in Patrocli funera cæſis.

Καδδ' αρ επ' ακτης βαλλον ΕΠΙΣΧΕΡΩ.——

Et in littus dejecerunt ex ordine.——

Ad quem locum facit Didymus cum lexicographis. Quin et Apollonium Rhod. III. 1260. De nautis ad remos ordine ſedentibus.

—— Κληϊσιν ΕΠΙΣΧΕΡΩ ιδρυνθεντες.

——*In ſedilibus collocati* ordine.

Vid. et IV. 452. I. 528. Homerus etiam, paulo aliter, Iliad. XI. 667.

Αυτοι τε κτεινομεθ' ΕΠΙΣΧΕΡΩ;——

Ipſique interficiamur continenter?——

Vel forte *ſenſim*, ſenſu Arnaldi. *And that we ſhall be all killed by* DEGREES. Habent hic Codices quidam επισχερα.

V. 70. —Γονυ χλωρον.] Horatius, Epod. xiii. 4.

Dumque virent genua.

Hæc ſententia frequens eſt locus apud poetas. Conſulatur Suidas V. ΣΤΕΡΡΟΝ ΑΝΤΙΚΝΗΜΙΟΝ. Et Cl. Valckenarius, Epiſt. ut ſupr. pag. 24.

IDYLLIUM XV.

EST hoc Idyllium mihi quidem, pro ſenſu meo, ita ſuave et feſtivum, ut in Theocriteis pauca videantur eſſe cum eo ad ſuavitatem et feſtivitatem comparanda. Lectorem poeta manu quaſi præſentem in rem ducit; et digito, quæ geruntur, ſingula quæque demonſtrat: et garrulitatem, levitatem, ineptias, ſuperbiam, malignitatem, importunitatem, muliercularum, vivis coloribus depingit. REISKIUS.

Non eſt dubium, quin Sophron, in ΓΥΝΑΙΚΕΙΟΙΣ, Mimum aliquem fecerit, quo lepide, et quaſi digito ſublato, muliebrem αδολεσχιαν, et linguæ intemperantiam, perſecutus ſit: quam hoc Idyllio noſter poeta ſit exprimere conatus. In quo multa ſibi permittit, quæ quia e trivio ſunt maximam venuſtatem habent. Quandoquidem in ejuſmodi ſæpe ne a ſolœciſmis temperarit Sophron, ut ex veterum judiciis ſcimus. Omnia enim facillime excuſantur, et placent, δια το ακακον της γυναικειας ερμηνειας, quam ex illo expreſſit noſter poeta. Heinſ. LECT. Theocr. c. xxi.

De Sophrone, quoque ſtudio, fabulas ejus et legerit et expreſſerit Theocritus, jam antea ſatis dictum. Vide Bentl. Diſſ. Phal. XIV. p. 441.

V. 1. &c.] Ita commode refingi poſſint in hoc, et ſequenti verſiculo, notæ interlocutionis.

> ΓΟΡ. Ενδοι Πραξινοα; ΠΡ. Γοργω φιλα, &c.
> ΓΟΡ. Θαυμ' ὁτι και νυν ηνθον. ΠΡ. Ὁρη, &c.

Dein deleri poſſint, in tertio verſu, notæ interlocutionis: ita ut integer ſit Praxinoes ſermo. Hæc ſecum lector expendat. Et Vid. Not. ad v. 3. infr.

V. 1. Ενδοι.—] Hoc loco, proculdubio, *Intus.* Vult tamen Reiskius, in poſteriore illo loco accipi, pro *intro veni.* Vid. v. 77. infr. Et Spanhem. ad Hymn. Cer. v. 77. Et Homer. Iliad. XI. 770. Ita Lucianus, Ενδον ἑτερος. *Intus* [eſt] *alius.* Dial. Meretr. Wetſt. III. p. 310. Dial. XII.

Ibid.—Ὡς χρονῳ.—] Subaudias παρεἶ. "Ut ſero *ades!*" Sc. poſt abſentiam diuturnam.

V. 2.

V. 2. — Ὀρη διφρον, Ευνοα, αυ]ῃ,
Εμβαλε δη ποτικρανον. ——] Satis quidem comiter: ut hodie folemus intrantes excipere. Ita Venus apud Apollonium Rhodium, fupervenientibus Junone et Minerva. L. III. 49.

—— Εισω τε σφ' εκαλ{, ϗ απο θρονȣ ωρτο,
Εισε τ' ενι ΚΑΙΣΜΟΙΣΙ. ————

—— *Intro vocavit, et e folio furrexit,*
Et invitavit in fellas. ————

Quod omnium, credo, fuit ætatum, populorum, locorum. Confer Callimachum, Hymn. Dian. 168, 169. Quin et huc adhibeatur Homerus, Odyff. XX. 150.

—— Εν δε θρονοισ' ευποιητοισιν ταπη]ας
Βαλλετε πορφυρεας. ————

—— *In fedibus benefactis tapetas*
Jacite purpureas. ————

Rurfum, XXI. 176.

Παρ' δε τιθ{ διφρον τε μεγαν, και κωας επ' αυτȣ.
Appone autem fedile magnum, et pelles in illo.

Confer et huc, ibid. X. 233. Et Coluthum, Rapt. Hel. v. 253.

—— Ες μυχον ηγαγεν αυλης,
Και μιν ΕΦΕΔΡΗΣΣΕΙΝ νεοπηγεος ὑψοθεν ἑδρης
Αργυρεης επε]ελλε. ————

—— *In conclave duxit,*
Et fedi argenteæ recens adpofitæ
Infidere *juffit.* ————

Vide et eundem ad v. 68. V. εφεδρησοντα. Confer Lucian. Conviv. III. Wetft. pag. 426. §. 13.

V. 3. — Εχ{ καλλιςα. —] Nonnulli tribuenda volunt hæc verba, non Eunoæ, fed Gorgoni, quæ fuam vifebat amicam Praxinoam. Sc. "Bene eft: fatis commode fedeo."

V. 4. Ω τας αδεμα]ȣ ψυχας. —] Dicaculæ mulierculæ nullibi feftivior extat oratio. "E quantis turbis et terroribus falva evafi! O animam meam fortem et imperterritam!" Angl. *What a* BOLD *Heart have I!* Omnes libri legunt αδεματȣ, vel αδειματω, quod idem eft. Affert tamen, in re nonnihil incerta, lucem certiffimam, legendo ΑΔΕΜΑΤΩ, Codex unus Benedictinus; ne plures oftendam: unde facile inducor ut credam, noftram effe veram lectionem; eamque, quam attuli, effe mentem poetæ. Δειμα, vel Δεμα, *metus* eft, unde δειματοεις, *timidus*; et deinde Δειμα]ος, vel

Δεματος,

Δεματος, efficitur. Hinc et fit ΑΔΕΜΑΤΟΣ. Hesychius habet et ΑΔΕΙΜΟΝ. αφοϐον. Eam lectionem, sc. αδεματυ, ni porrexerant opportune Codices, eruissem sensum hujus loci e scholiis manuscriptis, quæ nunc primum publici juris facio. Ni vera vox excidit, ibi scriptum est αδαμαντυ, quod debuit fuisse αδαματυ, ut videtur pro αδαμαστου, metri gratia: nam lectio illa, quæcunque fuerit, explicatur επιπονυ, sc. *indomitæ*. Sensu quidem non malo, sed minus facili. Non dissimulo Codices, speciatim Laurentianum optimum, habere αδαματυ. Repperisse se testatur Stephanus, in veteri quodam Codice, monstrosam lectionem αδαμαντυ, quam ne margini quidem suo dignatus est ascribere. Idem reponi posse credidit aptissime αλεματυ: quam pro sua etiam conjectura venditat Jos. Scaliger, EMENDAT. ut supr. pag. 227. Ut nempe pœnitentis esset, et se stultitiæ damnantis, oratio. Quæ certe non convenit menti Gorgonis, et huic loco, sententia. Interpretes Latini, qui vertunt, "O animam *incorpoream*," videntur auctorem habuisse grammaticum sublestæ fidei, Gregorium nempe; cujus circumfertur de dialecto Dorica fasciculus: ubi scribitur, "Dores ΑΔΕΜΑΤΟΝ ψυχην vocare την νεκραν, ηγουν ΕΞΩ ΣΩΜΑΤΟΣ." Edit. 1766. pag. 169. Eboanus Hessus, in metrica sua versione, aliquid hic de *populo* intellexit: quasi vocabulum, de quo tam multis agimus, a δημος deduceret. Quæ quidem omnium ineptissima est et interpretatio et conjectura. Monstrosa illa Stephani lectio constat in Vaticanis. Quorum nullus huic loco succurrit.

Ibid. — Ὑμμιν, &c.] "Vix evasi *ad vos* salva, urgente turba tam conferta."

V. 6. — χλαμυδηφοροι ανδρες.] Intelligere videtur Scholiastes *milites*. Vid. Lucian. Dial. Meretr. Wetst. III. pag. 280. Sed χλαμυς, interdum, simpliciter significat *tunicam*; uti in hoc inedito epigrammate Meleagri. MSS. Anth C. Ceph. Lib. I. Carm. 82.

> Ει ΧΛΑΜΥΔ' ειχεν Ερως, μητε πτερα, μηδ' επι νωτων
> Τοξα τε, και φαρετρην, αλλ' εφορει ΠΕΤΑΣΟΝ,
> Ναι τον αϐρον εφηϐον επομνυμαι, Αντιοχος μεν
> Ην αρ Ερως, ὁδ' Ερως τυμπαλιν Αντιοχος.

Sc. "Si tantum *tunicatus* esset [nudus sc.] Amor, neque pharetram, neque alas gestaret, sed galerum, prout vulgo fit, haberet; sane vel Antiochus, puer formosus, esset Amor, vel, contra, Amor Antiochus." Strictius tamen, in hoc carmine, significatur, *vestis puerilis*. Puerorum etiam *Petasus*. Jul. Pollux, X. 164. "Το δε των εφηϐων φορημα ΠΕΤΑΣΟΣ και ΧΛΑΜΥΣ. *Epheborum gestamen Petasus et Chlamys*." Vid. Gr. Interp. Maccab. II. iv. 12. V. Πετασον. Apud Sapphonem venit AMOR purpurea *chlamyde* indutus: Fragm. LXVIII. Conjunguntur *Petasus* et *Chlamys* apud Plaut. Pseud. IV. vii. Lamb. ed. 837.

> Etiam *opust Chlamyde* et machera et *petaso*.

Necnon Curc. V. ii. Vide plura apud Hesychium Cl. Alberti, V. χλαμυς, et Κανδυς. Et Dorvil. ad Chariton. pag. 384. Addam denique, jurisconsultos numerasse Chlamyda inter vestimenta puerilia. Ulpian. in L. *vestis.* Adhibebo et hic, partim ut legatur emendatius, epigramma Meleagri, nondum typis mandatum. MSS. Anthol. Ceph. L. I. Carm. 116.

> Ἡδυ τι μοι δια νυκτος ενυπνιον, αβρα γελωντα
> Οκτωκαιδεκετους παιδος ετ' εν Χλαμυσι,
> Ἡγαγ' Ερως, ὑπο χλαιναν, &c. ——

Corrupta hæc et parum sana. Lego,

> Οκτωκαιδεκετη παιδα ΜΕΤΑ ΧΛΑΜΥΔΙ.

Vel forte, δ' ετ' εν χλαμυδι. *Puer adhuc existens, qui nondum* CHLAMYDA *deposuerat. Sc. Insigne pueri.* Elegantius forte corrigas, quod tamen minus erit ad rem propositam.

> Οκτωκαιδεκετη παιδα ΜΕΤ' ΑΓΚΑΛΙΣΙ.

"Cupido adduxit *inter ulnas.*" Adjice et epigramma Anthol. Ceph. allatum a Bernardo ad Thom. Magistr. I. pag. 61. V. Αναπτω. Vide et Philostrat. Heroic. pag. 645. B. Par. Ed. De Chlamyde Thessalica. Necnon Apollon. Tyan. IV. 5. pag. 171. A. Eundem etiam, de ephebis Atheniensibus, Chlamydas albas in concionibus indutis. Vit. Sophist. II. pag. 549. C. Vid. et Anthol. III. xxxii. 10.

V. 7. — Εμ'. —] Scaliger mavult μευ. EMENDAT. pag. 227. In scholiis datur, nec omnino male, μοι.

V. 8. — Παραρος. —] Multum salis in hoc vocabulo fuisse credibile est, quod nobis hodie prorsus periit. Anglice dixisset eadem, *My husband, a strange unaccountable Man!* Plura apud Stephanum vide sis. Necnon, monente Reiskio, Eustathium ad Iliad. VII. p. 672. 60. Et p. 1319. Ante ταυθ' subaudi δια.

Ibid. — Επ' εσχατα γης. —] Vid. Not. ad Idyll. XIII. 21. Et Casaubon. LECT. Theocr. c. xiv. Angl. The UTTERMOST *parts of the Earth.* Obtinet in pluribus linguis idioma. "Bonus meus maritus abiit, nescio quo, in *extrema* terrarum orbis; ibique antrum aliquod, non domum, occupavit, &c." Ita festive nostra de loco urbis obscuro.

V. 10. — Ποτ' εριν. —] Rescribit Reiskius ποτ' εραν. *Ad Terram,* i. e. "Peri, morere, O Pestis mea." Conjectura durior et audacior.

Ibid. — Εμειο.] Florentina ὁμοιος. Ut in Vaticanis, et uno Benedictino. Melius F. Ursinus ὁμοιον, ut tradit Annotator ille Vimariensis, [*f.* Ger. Falkenburgius] apud Animadversiones Reiskii frequentius adductus.

V. 11. — Τοιαυτα Διωνα.] Florentina legit Δινωνα τοιαυτα. Nomen viri videtur hic requiri; atque ita proba esse possit ea lectio, quæ Stephano placuit, et est Codicum quorundam. Nisi velis, ut, ω Διωνα, fuerit blandula aliqua familiarisque compellatio mulierculæ. In popularibus facetiis, in quoti-

quotidianis formulis, hoc eſt omne carmen. Porro ſi malis viri nomen, nempe mariti Praxinoes, nomen Dion apud Græcos eſt notiſſimum. Eboanus Heſſus peſſime putabat hic invocari Venerem. Qualis obteſtatio parum genio loquentis et contextui reſponderet.

V. 12. Τω μικκω παρεοντος.—] Vid. Spanhem ad Callimach. Hymn. in Cerer. v. 111. Ubi pluribus diſſerit de V. μικκος.

V. 13. Απφυς.—] Ita αππα, *pater*, apud Callimach. Hymn. in Dian. v. 5. Ubi conſule commentatores. Putat Reiskius ab Hebraico vel Chaldaico ABBA ductum. Alexandrinos nempe ab inquilinis ſuis Judæis adſciviſſe, et cum Græcis communicaſſe. Sed hæc non ſunt hujus loci. At nec potui conjecturam tam probabilem ſilentio prorſus præterire.

V. 14.—Ναι ταν ποτνιαν.—] *Per Proſerpinam.* Bene, inquit Græcus interpres, per hanc jurant mulieres noſtræ Syracuſanæ. Sicilia enim Proſerpinæ a Jove dono data perhibetur. Jurare tamen per Proſerpinam et Cererem, Mulieribus proprium fuit. Id quod egregie probatur e Phrynico, Eclog. pag. 82. Edit. Pauv. ΝΗ ΤΩ ΘΕΩ. ὁρκος γυναικος, ου μην ανηρ τουτ' ομειται, ει μη γυναικιζοιτο. PER DEAS. *Cererem et Proſerpinam, jusjurandum muliebre: vir tamen non ita jurabit, niſi mulieres imitari velit.* Ita ſcilicet Alcmena apud Moſchum, Megar. Idyll. IV 75.

Ιςω γαρ Κουρη τε, και ευεανος Δημητηρ.

Nam ſciat Proſerpina, et pulchre velata Ceres.

Sic et mulier apud Lucianum, mirabunda atque expectabunda. Dial. Meretr. III. Wetſt. pag. 314. Dial. XII. Τι ερεις, ω Δαματερ; Αγωνιω γαρ. *Quid dices, O ſancta Ceres! Vehementer enim laboro.* Sed confer Ariſtoph. Eccleſ. 658. Nub. 121.

V. 16.] Inter hunc et ſequentem verſiculum videtur alius intercidiſſe; quod cum ſenſus ipſe monſtret, tum lectio Aldinæ, in ver. 17. ſc. κἠνθε. Legitur, apud ver. 16. in Calliergo λεγωμες, quod ob ſententiam bene, ob quantitatem male convenit, iſti ſaltem verſiculi parti. Ita contextui laboranti ſubvenit Reiskius.

Απφυς μεν τηνος (πρωαν θην παντα λεγωμες)
Νιτρον εδα και φυκος απο σκανας αγορασδων,
Κἠνθε φερων ἁλας, &c.

"Exibat ad fucum et nitrum emendum e taberna; ſed, qua eſt ſtultitia, homo tametſi tredecim ulnarum, quem, ut plenæ hominem ætatis, oportebat tamen ſanæ mentis compotem eſſe, rediit ſalem afferens, loco rerum, quibus ad hujus diei pompam tantopere egebam: Nitri ſcilicet ad veſtes mundandas, et Fuci ad faciem illinendam." Hæc interea vis eſt parentheſeos illius, ex mente Reiskii. "Agedum, priuſquam domo egrediamur, omnia dicamus inter nos, omnes privatas ſollicitudines et domeſticas inter nos communicemus." Quæ durior, ut verum fatear, ſententia videtur;

videtur; nec ipſa cum reliquis bene cohæret parentheſis. Vide igitur annon etiamnum corrigi poſſit iſte locus, et in melius reſtitui. Iſtud λεγομες, quod hic quidem hodie ſcribitur, Doricum eſt pro λεγομεν. Hoc præmitto, ut facilior conjectura mea videatur. Ita igitur reficio locum valde turbatum et corruptum.

> Απφυς μεν τηνος πρωαν, ΠΡΙΝ παντα ΛΕΓΟΙΜΑΝ,
> Νιτρον, &c.

A λεγομαι, verbum medium. Ita ut hic eſſet ſenſus. "Maritus ille meus nuper, PRIUSQUAM ei ego omnia accurate DICERE poſſem, et exponere, quæ apud tabernam deberet emere, venit ſalem afferens, &c." Sic, ut vulgo, leges ηνθε. Subtimide equidem et dubitanter hanc conjecturam in medium profero; eo proſpiciens, ut aliquid exinde melius ac verius ab aliis elici poſſit et effingi. Quod Toupii deſiderat acumen. Per ἁλα hic intelligas non *Salem* ſolummodo, ſed rem quamcunque viliorem. Denique ſi velis ut ſtet vulgata lectio, ita poſſis accipere, viz.

> Απφυς μεν τηνος πρωαν (λεγομες πρωαν θην
> Παντα) νιτρον, &c.

"Pater quidem ille NUPER (nam NUPERA nunc dicimus, aut dicamus, omnia; *Vel*, quæ dicimus ea ſint omnia quæ NUPER acciderunt,) Nitrum et, &c." ΠΡΩΑΝ παντα, *Omnia nupera*. Adjective uſurpantur adverbia temporis. Eſt percontatorum garrulorum, præſertim mulierum, diſquirere et afferre recentes et nuperrimos, quales quales ſunt, eventus. Sed ita V. εϛα, vel quid ſimile, deficit.

V. 18. Κωμος ταυτα γ' εχει, φθορος αργυρεω.—] "Similiter ſe habet, idem agit, et meus maritus." Vir pravus pecuniæ diſpenſator, dicitur, pernicies argenti. Damnant et derident fatuæ illæ mulierculæ maritos ſuos, curam rei familiaris, ut par eſt, habentes; eamque in rebus neceſſariis emendis erogantes pecuniam, quam conſumptam mallent in ornatu muliebri, ad hoc feſtum comparando. Hæc eſt hujus dialogiſmi facetia. De V. φθορος, videatur Spanhemius, ad Callimach. Hymn. in Apolin. v. 113.

V. 19. Επταδραχμως κυναδας, &c.] Vide contemptum mulieris ob feſtum jam propinquum ſuperbientis; et maritum ſuum, hominem frugalem et providum, parvi ducentis. Emerat ille, bonus paterfamilias, quinque pellas ovinas, in lanificium. Eas Gorgo procacula lanæ tam rigidæ et curtæ dicit fuiſſe, ut pro pellibus et pilis caninis haberi poſſint. Legit Aldina ʽΕπταδραχμως. Calliergus ζδραχμως, abbreviationis gratia. Qui et idem dat compendium in verſu ſequenti, ε πoκως: ubi plenis literis habet Aldina πεντε πoκως. Notanda hæc eſt veterum nonnullorum typographorum ratio, in libris Græcis cudendis. Stephanus male edidit ἑπτα δραχμων, quæ a Commelinia arrepta lectio, deinceps propagata tranſiit ad poſteros. Vide ſis, incomparabili judicio et eruditione refertiſſimam, Bentleii Diſſertationem,

nem, de Phalar. Epiſt. pag. 443. Et Cl. Weſſelingium ad Herodot. Lib. VI. pag. 480.

Ibid.—Γραιαν αποτιλματα πηρων.] Scaliger hic legit πυῤῥων. "Vulpinas pelles." Emendat. pag. 227. Habet quidem Calliergus, et ſolus, πυρων. Certe *pera* non eſt intelligenda cum interprete Latino. Vult Reiskius, ΠΗΡΩΝ eſſe a πηρος, ρα, ρον, *mutilus*, *mancus*, *cæcus*, &c. "Vellera detracta e vetulis ovibus, *mutilis*, &c.". Illud ſi durius videatur, ita mecum locum reſtitue et emenda.

—— Κυναδας, γραιαν αποτιλματα, ΠΗΡΟΣ,
Πεντε ποκως ελαβ' εχθες. ——

"Emit heri quinque vellera, quaſi canina, vetulis ovibus revulſa, Maritus meus, CÆCUS ille homuncio." Ingenioſa tamen eſt Reiskii conjectura. Legit alter Benedictinus.

—— Κυναδας γραιας αποτιλματα πηρας.

Vid. Bentl. ubi ſupr. ſc. p. 443.

V. 20. —῞Απαν ῥυπος. —] Eadem ratione, Το ΠΑΝ λιθος. Idyll. III. 18. Ariſtophanes, ἁπαν κακον. Acharn. 909. Formula apud Græcos non infrequenti. Vid. Not. ad v. 148. inf. Lucianus habet το Σκυθικον ῾ΑΠΑΝ, pro "*Scythico* Exercitu." Toxar. II. Wetſt. pag. 559. §. 54. Veruntamen Alciphron peculiarem et idiomaticum uſum V. ἁπας ita clare illuſtrat. Epiſt. L. I. 37. Αλλα ῾ΑΠΑΣ επι την ακαθαρτον Θετταλιν νενευκε. *Sed totum ad impuriſſimam Thettalen ſe inclinavit.* Referendus et huc Homerus, Odyſſ. XIX. 475.

—— Πριν ΠΑΝΤΑ αναχθ' εμον αμφαφαασθαι.

—— *Priuſquam* totum *regem meum contrectarim.*

Euſtathium legiſſe monet Stephanus ῥυπον. Ut κελευθος fieri κελευθον, &c. Vide Phrynici Ecl. p. 59. ed. Pauv.

Ibid. — Ελαβ'. —] Idem quod ηγορασε, monente Scholiaſte. Qui loca citans ex memoria, ut fit, hunc verſiculum mendoſe tradidit.

V. 21. — Τ' αμπεχονον, και τον περονατριδα λαζευ.] Fuit apud veteres fœminis veſtis quædam interior, quæ fibulis adſtringebatur ad pectus. Illi ſuperinduebatur το αμπεχονον, i. e. peplus aut peplum. Caſaub. LECT. Theocr. c. xvi.

De peplis nonnulla Spanhemius ad Callimach. Hymn. in Pallad. v. 70. Porro, ut harum mulierculárum delicias amplius indicem, ſumptuoſa et elegantiora fere, indumenta FIBULATA fuere, nec, niſi feſtis diebus, indui ſolita. Infra Praxinoa, v. 33. "Valde te ſinuoſa veſtis illa *fibulata*, εμπερονημα, decet." Inferius etiam Gorgo veſtes quaſdam tenues et venuſtas, θεων ΠΕΡΟΝΑΜΑΤΑ, vocat. v. 79. Hinc lepidiſſimus Antipater, de muliere quadam frugi et domiſeda. Anthol. III. xii. 52.

Ουδὲ μοι ΑΜΠΕΧΟΝΑΙ ΠΕΡΟΝΗΤΙΔΕΣ, ἢ βαθυπεπλος
Ευμαρης, ἢ λιποων ευαδε κεκρυφαλος.

Non mihi fibulati amictus, *nec laxa palla*
Facilis, non reticulum placuit nitidum.

Porro mentio fit, in habitu Dianæ, Fibulæ aureæ et Pepli purpurei. Anthol. IV. xii. 111. Apud Odyſſeam, XVIII. 292. donatur Antinoo peplum,

——Εν δ' αρ εσαν περοναι δυοκαιδεκα πασαι
Χρυσειαι, κληισιν ευγναμπτοις αραρυιαι.

——*Intus erant fibulæ duodecim omnes*
Aureæ, juncturis bene flexibilibus congruentes.

Sic et Ulyſſes habebat veſtem purpuream ſubtiliſſimam, pulcherrimo artificio elaboratam, cui fibula erat aurea. Odyſſ. XIX. 226. Sic et Venus pulcherrimam chlamydem fibulis aureis adnectit. Iliad. XIV. 180. Vid. Lucian. Contempl. IV. Wetſt. pag. 509. §. 14. Sic et Medea exit ornatiſſima peplo fibulato. Apollon. III. 832. Confer et Apollon. I. 722. Denique Hom. Iliad. XII. 133.

V. 22. Βαμες τῳ βασιληος ες αφνειω.—] Exinde, in Aldina, lacuna fit uſque ad χρημα, ver. ſeq. Quæ ſuppletur, ut hodie vulgo legitur, in reliquis omnibus editionibus. Exeunt mulierculæ hæ noſtræ ad ſpectaculum pompæ, qua Adonis, ſumptus faciente Arſinoe Ptolomæi Philadelphi conjuge, magnifice efferebatur. Apud aulam vero Ptolomæi fiebat hoc ſpectaculum.

V. 23. Θασομεναι.—] Male veteres θασομεναι. Recte quidem, et Dorice, Stephanus, cum bonis Codicibus, θασευμεναι, viz. pro communi θεασομεναι. Quod tamen, ut verum fatear, in Codicibus bonis haud minus agnoſcitur.

V. 24. Εν ολβιῳ ολβια παντα.—] Tribui poſſint et hæc Gorgoni; ita ut ſermonem ſuum, cum verſu ſequenti, Praxinoe inchoet. Quod fit in Aldina. Nonnullæ hic ολβιω ut genitivum, nonnullæ ut dativum, adhibent. Intellige opulentam *Domum.* Mavult Reiskius, ut Græcum magis, genitive, εν ολβιω ανδρος, ſc. domo. Fit elleipſis notante Stephano, ut cum dicitur εν διδασκαλȣ, vel εις διδασκαλȣ. ολβιω, genitive, eſt Calliergi. Inquit hic Praxinoe, "Apud opulentos opulenta ſunt omnia." Cui quidam ſententiæ videtur, ex loquacitate ſua, aliud quiddam ſubjeciſſe, quod nunc deficit. Aliter, non cohæret, qui ſubinde ſequitur, verſiculus. Unus interea deeſſe poſſit. Ne hilum proficit magiſter Græcus, ſaltem ad ſermonem connectendum, ſubintelligendo διηγησαιο. Nihil hic, nec in ſequendis quidem, vidit Andreas Schottus. Vide notam ſequentem.

V. 25.

V. 25.] Senſui forte ſuccurras, ſi velis ut hic incipiat Gorgo loqui. Ita, quantum video, ſequens verſiculus melius cum hoc connectetur; qui viciſſim certe non poteſt connecti cum præcedente. "Tu *narra* ILLI qui non vidit, &c. Sed non eſt nunc tempus *narrandi.* NOBIS potius eundum eſt ad ſpectaculum. Otioſi, nullo non tempore, poſſunt delectari longis ſermonibus. Non eſt hoc otii noſtri." Male hic interlocutorum vices Aldina turbavit. Aliquid forſan enarrare prolixius inceperat Praxinoe, quod nunc excidit. Eam in medio ſermone ita intercipit Gorgo.

V. 26. Ἑρπειν. —] Inquit Caſaubonus apud Athenæum, ἑρπειν apud antiquiſſimos Græcos ſcriptores *ire* ſignificare. Quæ ſignificatio vocis hujus remanſit apud Dores, ut Theocritum, qui ita ſemper accipit. L. I. Cap. xxii. Animadv. pag. 64. Paſſim apud noſtrum occurrunt exempla. Vid. ad Idyll. VII. 1. Confer huc elegantiſſimum Jo. Auguſt. Erneſti, ad Callimach. Lav. Pallad. v. 3. Jam vero, quoniam commode ſe obtulit occaſio, et de cognato agitur vocabulo, velim ſubjicias hæc exempla illis quæ paulo ſuperius attuli, ad Idyll. XI. 22. de ſignificatione idiomatica V. ΦΟΙΤΑΙΝ. Lucianus, de puero mane ſcholam eunte. Amor. Wetſt. Tom. II. pag. 447. §. 44. Καν εις Μȣσικȣ δεοι ΦΟΙΤΑΙΝ, ευμελης λυρα. *Et ſi ad Muſicam* eundum *ſit*, [*comitatur illum*] *canora lyra.* Æſchines, Orat. in Timarch. pag. 172. A. edit. Wolf. Baſil. 1572. Και τȣς νεανισκους, τους ΕΙΣΦΟΙΤΟΥΝΤΑΣ, ὁτινας δει ειναι, &c. *Adoleſcentulos etiam ea loca* [*Sc.* Scholas] frequentantes, *quales eſſe oporteat*, &c. Idem etiam ſubinde. B. Περι της ΣΥΜΦΟΙΤΗΣΕΩΣ των παιδων, και των χορων των εγκυλιων. *Denique de* CONDISCIPULATU, &c. Ubi male Latinus interpres H. Wolfius. *De puerorum* CONGRESSIBUS. Quod tamen recte accepiſſe videtur S. Petitus, Comm. in Leg. Attic. Lib. III. Tit. vii. pag. 296. Ita Cyrill. Philoxen. Gloſſar. ΣΥΜΦΟΙΤΗΣΙΣ. *condiſcipulatus.* Apud Labb. pag. 177. edit. Par. 1679. Quo ſenſu habet Phavorinus ΣΥΜΦΟΙΤΗΤΗΣ, &c. Quin et Heſychius, ΦΟΙΤΗΤΗΣ. μαθητης. Porro Chariton, Aphrodiſ. Lib. IV. iii. pag. 67. Εγω δε ευτελης μεν, ΣΥΜΦΟΙΤΗΤΗΣ δε εκεινȣ, και φιλος. Ubi Reiskius interpres. *Ego vero plebeius quidem, illius tamen* ſodalis *et amicus.* Rite vero reddas, *vetus* CONDISCIPULUS. Minus hæc hactenus animadverſa fuerunt et intellecta. Quæ partim forte vidit Heinſius ad Idyll. II. 89. Sed nimia ſubtilitate bonum commentum ſæpe perdit, et rationes ipſe ſuas evertit.

Τηνει γαρ ΦΟΙΤΕΙ, τηνει γαρ ὁι ἁδυ καθησθαι.

Heinſius, "Ὁι καθημενοι, ſunt qui ſpectant et luctantes vident." Sed ut mihi videtur, illud ΚΑΘΗΣΘΑΙ redundat, et eſt quaſi repetitio, quod ſolent poetæ, prioris clauſulæ. Ut ſit ſenſus. "*Illud gymnaſium* frequentat, *ibi quidem verſatur*, SEDET, *ut* DISCIPULUS." Quomodo ſcilicet Æſchines, ubi ſupr. pag. 176. B. De Timarcho ephebo medicinæ artem diſcente. Επειδη απηλλαγη εκ παιδων, ΕΚΑΘΗΤΟ εν Πειραιει επι του Ευθυδικȣ· προφασει μεν της τεχνης ΜΑΘΗΤΗΣ. *Pueritiam egreſſus*, ſedit *in Pireæo apud*

Euthy-

Euthydici medici, quasi DISCIPULUS *artem eam disceret.* Sed hæc obiter. Quæ quidem, veluti par est, eruditorum judicio facile permitto: vel novis rationibus illustranda, vel ex parte corrigenda, vel forsan omnino delenda.

V. 27. &c.] Imperat hera ancillæ, ut festinet aquam manibus lavandis afferre. Ευνοα, αιρε το ναμα. ——*Pete, arcesse aquam.* Καὶ ες μεσον αινυε. *Et in medium affer.* Subito consilium mutat, et ῥιπτε, ait, *abjice*, ait, *omitte.* Θες παλιν. —— *Depone rursus aquam.* Urget enim alia res interveniens, majoris illa momenti: *Prius curre ad Feles sopiendas: Redde illis culcitam mollem.* Meminisse conveniat quanti feles ab Ægyptiis factæ sint. REISKIUS.

Commoda sane expositio loci, siquis alius, festivi et faceti; nec hactenus, pro singulari suo lepore, satis perspecti. Jam vero ita ista etiam de Felibus interpretere. "Hui! ut Feles illæ, molles et delicatæ, amant lectulum! Apage! Ocyus eas fuga! &c. Spectabat mulier, in cubiculo, feles otiose cubantes in lectulo, et forsitan ejus ad vestes, lectulo superimpositas. Quod certe ferre nequit. Insternebant cubilia vestibus. Ita enim ancillæ Telemachi torum apparant. Odyss. IV. 299.

——— Στορεσαι δ' εφυπερθε ταπητας,
Χλαινας τ' ενθεμεναι ουλας καθυπερθεν εσασθαι.

——— *Sternereque super tapetas,*
Chlænasque imponere villosas ad supra cooperiendum.

Sed vid. ad v. 27, 28. 30. infr. Ita et in Iliadis, XXIV. 645. Et Iliad. XI. 657. Hinc illustrandus Casaubonus ad Petronium, pag. 54. edit. Varior. Porro apud Apollonium Rhodium, ubi nuptiæ fiebant inter Medeam et Jasona, insternebatur cubili geniali vellus aureum, IV. 1142. Confer et Catullum, Epith. Thet. Pel. v. 163.

Purpureave tuum CONSTERNENS VESTE cubile.

Necnon Juvenal. Sat. VI. 6.

Ibid. — Αινοθρυπτε.] Hanc si lectionem mavis, erit vox Praxinoes, ex levitate sua et superbia, comptricem corripientis, ob inscitiam et rusticitatem.

V. 28. — Αἱ γαλεαι μαλακως χρηζοντι καθευδειν.] Hic si proverbium accipias, sensus erit. "Belle et dextre fac officiuum tuum, Eunoa: Poscunt elegantes ut omnia fiant eleganter. Non secus ac felis, molle et delicatulum animal, vult molliter cubare." Hoc quidem valde conveniret indoli ac genio loquentis. Igitur, inquit subinde Praxinoe, Κινευ δη, "Move te ocyus; et ad officium tuum scite et expedite faciendum protinus accingere." Jam vero si probes interpretationem Reiskii de felibus, illud Κινευ δη, posset esse Praxinoes ancillam monentis, ut feles ad alium locum magis commodum

commodum transferret, ubi mollius cubarent. Sed malo ut ſit, *Move te.* Vid. Busbequii Epiſt. III. 3. De felibus apud Turcas multi habitis.

V. 30. —Α δ' ὡς ναμα.—] "*Ecce, quam inſcienter, quam ruſtice, Hæc aquam fert.*" Dicit hæc Praxinoe, mirabunda et ſtomachabunda, ad ſemet aut ad Gorgonem. —— "*At præbe tamen nihilominus aquam et infunde, quamvis illepide et illiberaliter. O te importunam, quæ ſatis non putas, niſi totum aquiminal infuderis!* Territa his minis ancilla ceſſabat aquam infundere." *Quid ceſſas? Cur non infundis? Infunde, improba, quid veſtem mihi commadefacis?*" Locum hunc, in paucis lepidum et ſalſum, diſtinxi convenienter; ex quo, non parum perſpicuitatis ad eum accedet.

> Ἁ δ' ὡς ναμα φερεί! δος ὁμως· μη πυλυ, απληστε.
> Εγχει υδωρ. δυστανε, τι μευ το χιτωνιον αρδεις; REISKIUS.

Vide doctiſſ. Gisbertum Koen, ad Gregor. Cor. p. 149. §. CXXXV. Vult ille ναμα eſſe *ſtamen.* Ut ſit ſenſus verſic. 28. "*Stamen* e medio tolle; ne feles *lanæ molli* incubent." Cæterum referendus huc Lucianus, Dial. Meretric. Wetſt. III. Dial. 6. pag. 295. Mater filiæ. Νυν δ' απιθι ΛΟΥΣΟΜΕΝΗ, ει αφικοιτο και τημερον το μειρακιον ὁ Ευκριτος, ὑπεσχνειτο γαρ. *Nunc vero* lotum *abi, ſi forte hodie quoque venerit adoleſcentulus Eucritus: certe promiſit.* In primis curabant, inter cæterum corporis cultum, fœminæ Græcæ, ſiquando vel exirent, vel amatorem expectabant, ut BENE LOTÆ eſſent. Aliter ſibi parum concinnæ videbantur et comptæ.

V. 31. — Χιτωνιον αρδεις.] Habet etiam Praxinoe noſtra αμπεχονον. ſupr. v. 21. Quæ veſtes inter ſe diſtinguuntur apud Athenæum. XIII. 589. Αναμπεχονος γαρ, και μονοχιτων ην. Loquitur de Meliſſa Epidauri Proclis filia. Cæterum videant rei veſtiariæ Græcanicæ periti. Qui et adeant, moneo, Alciphronem, Epiſt. III. lviii. pag. 417. edit. Bergler. Confer et elegantiſſimum Berglerum, ad Epiſt. I. 31. pag. 130. De Phryne χιτωνισκον dilaceratura, papillaſque ſuas palam prolatura, quo judicum flecteret animos.

V. 32. Παυσαι, &c.] "Deſine jam: En, lota nunc ſum, ut diis viſum eſt, ſic ſatis: Non ut vellem equidem; ſed quantum licuit per ancillæ imperitiam, &c." Exquiſitiſſima quidem pictura mulierculæ, vix ſe continentis ab propinquum jam ſpectaculum, ubi ſpectare poſſit et ſpectari; ideoque de cultu et ornatu corporis, plus ſolito, ſollicitæ: dein delicias novas affectantis, novoque faſtu laſcivientis; ancillam ſuam ſine ratione culpantis, omnia leviter, inconſtanter, arroganter, feſtinanter, agentis. Nec cedunt illa quæ ſtatim ſequuntur; ubi mulieres inter ſe ſermonem valde ſerio conferunt, de pretio veſtis fibulatæ. Obſervandum interea ſubit, has nugas eſſe et fuiſſe omnium temporum et locorum; quin et hanc imaginem fœminæ Syracuſanæ, cultu corporis plus ſatis occupatæ, annis fere bis mille abhinc factam, eandem eſſe ipſam, quam ad hodiernum uſque diem toties cernimus in comœdiis noſtris.

Ibid. —῾Οκοια θεοις εδοκῃ.—] Potuit ſcripſiſſe, ut vult Heinſius, c. xxi. δεδοκῃ. Eſt enim δεδοκω præſens Doricum, ut δεδυκω. Vid. ad Idyll. I. 16.

V. 33. ῾Α κλαξ.—] Dorice, pro κλαϊς. Videbis hic ſcholia. Quin et Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Cerer. v. 45.

V. 34. —Το καταπλυχες εμπεροναμα.] Deeſt illud το Aldinæ. De hac ſpecie veſtis agit erudite Reiskius in locum. Vide ſcholia. Et Not. ad v. 21. ſupr.

V. 35. —Ποσσω χατεβα τοι απ᾽ ἱςω;] Caſaubonus, c. xvi. vult hic, "Quantum impendiſti, priuſquam hanc veſtem detexueris?" Malo equidem, "Quanti conſtitit hæc veſtis tibi, jam recens a jugo, recens texta?" Literali ſenſu, "Quo pretio DESCENDIT hæc veſtis a jugo?" Videatur Henr. Stephanus *De la Conformitè*, &c. ut ſupr. pag. 118. Edit. 1569.

V. 36. Μη μνασῃς Γοργοι· πλεον αργυριω καθαρω μναν.] Ita Reiskius interpungit.

Μη μνασῃς, Γοργοι, πλεον· αργυριω, &c.

"Noli ea de re pluribus loqui, Gorgo. Impendi minam, &c." Subintellige εθηκα ante μναν. Καθαρον αργυριον eſt quod dicimus, *Pecunia numerata*. Scilicet ubi pretium ſolvitur in nummis ipſis, ſive Argento. Vel potius aliqua feſtivitas hic implicetur, "Se dediſſe minas duas, aut plus, BONI argenti." Quemadmodum vulgo dicitur apud noſtrates, *Many a* good *pound*. *A* GOLDEN *guinea*. Et ſimilia. Dat Aldus, vitioſe certe, καθαραν. Apud omnes extat μναν. Niſi quod Editio Wintertoni attulerit μνας, e Stephani margine, qui petiit a textu ſcholii vel e Codicibus. Apparet tamen, Scaligerum, ex editione neſcio qua, forte e ſcholio, legiſſe illud μνας. EMENDAT. pag. 227. Qui tamen recte reponit μναν. Monet etiam Dorvilius, meliorum Codicum μναν eſſe lectionem. Animadv. Charit. Aphrod. pag. 144. Qui porro monet ibidem, ſcriptores ſolere voci ταλαντον, adjungere ΑΡΓΥΡΙΟΥ: quin et apud Theophraſtum occurrere ΜΝΑΝ ΑΡΓΥΡΙΟΥ. Unde nova lux affertur huic loco. Vide ſis et eundem, Miſcell. Obſervat. III. 373. Vide quoque Bentl. Diſſ. de Phalarid. Epiſt. pag. 442. Qui vult μνᾶν eſſe Genitivum Doricum pro μνῶν. Hac nempe conſtructione. Πλεον η δυο μναν αργυριω καθαρω. *Conſtitit mihi libris plus ſex, bonis illis quidem*. Habet Codex alter Benedictinus, καθαρᾶ μνᾶν.

V. 37. —Προτεθηκα.] Felici conjectura repoſuit Valckenarius, ποτεθηκα. Epiſt. ut ſupr. pag. 37.

V. 38. —Ναι καλον ειπας.—] Vaticanus quartus, Τετο καλ᾽ ειπας. Valckenarius, ubi ſupra, legit εμπας. Sc. "Imo vero; eſt *prorſus* elegans." Vel uſitatiori vocis ſignificatione, "tamen, nihilominus." Sed nihil muto. Sententia hæc eſt, ut mihi quidem videtur: Inquit Gorgo, "Poſt tot ergo curas in hac veſte paranda inſumptas, voti tui compos es: ceſſit hæc res ex ſententia tua." Reſpondet Praxinoe, "Verum dicis; veſtis eſt, plane

plane qualem vellem." Neſcio an non hoc ſimplicius et elegantius. Forte tamen dialogiſmo vis et lepos accedat, ſi nota interrogationis Gorgonis ſermo diſtinguatur. " Anne eſt ut voluiſti ?" Quod in reſponſo ſuo facile concedit Praxinoe. Vitioſe hic legit Florentina, *τουτο καλον*, pro *ναι*.

V. 39. — *Και την θολιαν.* —] " Affer et umbrellam." Quali etiamnum utuntur Orientales, et viri et fœminæ, foras euntes. Qua de re vide Pauli M. Paciaudi doctiſſimum longe Commentarium, de UMBELLÆ GESTATIONE. Rom. 1752. Utebantur etiam veteres Græci, et nationes iis adhærentes, vexillo ſive vanno, e panno lineo forte confecto, ad calorem mitigandum, flabriſque vultum refrigerandum. Hoc colligeres, ſi vulgata defuiſſent argumenta, ex epigrammate Stratonis, quod, ineditum hactenus, nunc primum typis vulgabo. Antholog. MSS. C. Cephalæ. Lib. I. Carm. 166.

Καυμα μ' εχει μεγα δη τι. Συ δε, ω παι, παυεο λεπτον
Περι δινευων εγγυς εμειο ΛΙΝΟΝ.
Αλλοτε πυρ εμον ενδον εχω, κυαθοισιν αναφθεν,
Και περι ση ριπη μαλλον εγειρομενον.

Æſtus quidem me magnus habet. Tu vero, O puer, ceſſa pauliſper
Per aerem agitare prope me lineum VANNUM.
Alias quidem ignem intus habeo, cyathis accenſum ;
Magis autem propter tuam vanni jactationem excitatum.

Quod et attigit idem Paciaudus, ubi ſupr. pag. 43. ſeq. Confer Ariſtophan. Acharn. v. 888. Alibique.

V. 40. — *Ουκ αξω, τυ τεκνον· μορμω, δακνει ιππος.*] Terriculamenta hic innuuntur, quibus parvulos pueros, foras cum matribus egredi cupientes, domi continebant. Appoſite Lucianus, Philopſ. III. Wetſt. pag. 31. §. 2. *Τερασια μυθιδια, παιδων ψυχας κηλειν δυναμενα, ετι την* ΜΟΡΜΩ, *και την Λαμιαν δεδιοτων.* *Portentoſæ fabellæ, puerulorum mentes mulcere aptæ, qui Larvam Lamiamque metuunt.* Inquit Anna Fabri ad Callimachum, *Μορμω* vocem fuiſſe qua comprimi ſolebat a matribus liberorum vagitus. Ad Hymn. in Dian. v. 67. Sed longe plenius et melius exſequitur hanc vocem Spanhemius, ad eundem locum. Vide et Caſaub. ad Strabonem, pag. 14. ad Pag. xix. Par. edit. Intellige ſpectrum aliquod monſtroſum : unde larvarum quoddam genus, juxta ſcholia noſtra, dicebant *μορμολυκεια*. Vid. Lucian. Zeux. I. Wetſt. pag. 849. §. 12. III. Philopſ. 51. §. 23. II. Tox. 533. §. 24. II. Phal. pr. 198. §. 8. Hinc et *μορμολυττομαι*, *terrefacio.* Confer huc Heſychium Albertianum. Novum hic ſenſum, neſcio quem, importune affert Heinſius. c. xxi. Ejuſdem generis eſt alterum illud, *Δακνει ιππος.* Niſi velis ut hoc cum *Μορμω* conjungatur. Quod feciſſe videntur Scholiaſtæ. Sed fruſtra laboramus in hiſce Græcarum nutricularum formulis, et proverbiolis, ad liquidum perducendis. Afferam

tantum

tantum insignem locum Orphei, de Lapid. pag. 203. v. 34. edit. Essenb. Loquitur poeta de Galactite.

> *Αμφι δ' αρ αυχενι παιδος αερταζουσα τιθηνη*
> *Λααν, ερητυσει κακομητιος οσσε Μεγαιρης.*
>
> *Et si nutrix collo pueri appendat*
> *Lapidem, arcebit a conspectu pueri dolosam Megaram.*

V. 41. — Καλον δ' ου δη τυ γενεσθαι.] Hanc sententiam sicco pede prætereunt omnes interpretes poetæ nostri. Hoc vult mater, puerulum alloquens, "Non oportet te, parvule fili, claudum vel mutilum membra fieri: quod certe tibi, tam tenero et imbecillo, eventurum est, ex ingenti hominum turba, si nos comiteris ad spectaculum." Vide v. 55. inf. Lepidissima est hæc mulieris importunæ dicacitas, et ad ipsam naturam verissime conformata.

V. 42 — Φρυγια. —] Nutricem pueri sui alloquitur Praxinoe, Phrygiam nomine.

V. 44. Ω θεοι, οσσος, &c.] Animadverte delicias mulieris nostræ; quæ cum tanto ardore flagraverit hanc pompam spectandi, tandem simulat se sibi metuere, ne prematur ab ingenti hominum turba, quæ nunc undiquaque instat; quamque vocat Το κακον. *Rem Malam!* Angl. *What a horrid croud is here!* Jam vero ita, vel præ gaudio, vel præ visendi studio, distrahitur illi animus, ut nescit quid prius efferat et eloquatur. Loquacior tamen subito fit quam antea; crebrasque, admirans omnia, sibique parum temperans, sententias, nec secum cohærentes, identidem præcipitat.

In medias hic res, ad ipsum spectaculum, transit poeta: paulo, ut videtur, abruptius. Quid vero si genus aliquod INTERLUDII esset hoc carmen, et in Scenis revera repræsentaretur? Tunc facilis erit et planus iste transitus. Hoc si verum est, quod credo equidem, ita scenam dramatisque personas hoc in loco constituo. Mandat ancillæ suæ Praxinoe, ut canem intro vocet, et claudat ostium vestibuli, viz. v. 43.

> Ταν κυν' εσω καλεσαν, ταν αυλειαν επικλαξον.

Hoc cum versiculo, volo ut EXEANT Mulieres; necnon ut cum eodem quasi desinat *Actus*, vel saltem ut *Scena* claudatur. Dein nova fit *Scena*, turbæ scilicet ante aulam regis, ipsiusque deinde spectaculi; et rursum INTRANT Mulieres. Incipit Praxinoe cum hoc versiculo, viz. 44.

> Ω θεοι οσσος οχλος· πως και ποκα τουτο περασαι, &c.

"Dii boni! Quanta turba! Quomodo et quando hoc Malum sospes evadere potero!"

V. 46. — Τοι ω, &c.] Laudat Praxinoe Ptolomæum, quod prædonibus liberaverit Ægyptum, qui vias reddiderant latrociniis infestas. Vide ad v. 48. 50.

V. 48.

V. 48. — Παρερπων Αιγυπτιςι.] Fraudibus et latrociniis inſignis erat Ægyptus. Ita M. Tullius in Orat. pro Rabirio Poſthumo. c. xii. "Illinc [apud Alexandriam] omnes præſtigiæ; illinc, inquam, omnes fallaciæ, &c." Cui confer Senec. Epiſt. li. ſub fin. Hinc chorus apud Ariſtophan. Nub. v. 1128.

——— Ὡς' ισως βυλησεται
Καν εν Αιγυπτῳ τυχειν ων μαλλον, η κριναι κακως.

——— *Ut forſitan malit*
Eſſe in Ægypto potius, quam judicaſſe perperam.

Sc. *Apud homines malos.* Ubi Scholiaſtes, inter alia huc ſpectantia. Ελεγετο γαρ ΛΗΣΤΕΥΕΣΘΑΙ ἡ Αιγυπτος. —— Και ΑΙΓΥΠΤΙΑΖΕΙΝ, το ὙΠΟΥΛΑ πρατειν. Egregie tamen V. ΠΑΡΕΡΠΩΝ illuſtratur ab Achille Tatio, ubi loquitur de Nili paludibus et inſulis, denſa papyri umbra obſitis. Ὑποτρεχοντες ουν εκει και ΒΟΥΛΕΥΟΝΤΑΙ, και ΛΟΧΩΣΙ, και ΛΑΝΘΑΝΟΥΣΙ, και τειχεσι ταις παπυροις χρωμενοι. *Eo ſe recipientes paſtores, et* conſilia ineunt, *et* inſidias ſtruunt, *et* latent, *papyris murorum uſum præbentibus.* Amor. Clitoph. Leucipp. L. IV. p. 249. Edit. Salmaſ. 1640. Quin et plura de horum latronum inſidiis ſubinde legere poſſis. Qui tamen, poſtquam conſueta ſua fraude uſi erant, rem virtute ſe egiſſe arbitrabantur. Ανδρεια νομιζοντες κεκρατηκεναι, ουκ ἈΠΑΤΗΣ ΚΛΟΠΗι. *Virtute non* FRAUDE *victoriam ſe adeptos eſſe arbitrantes.* Ibid. pag. 257.

V. 50. — Κακα παιγνια, παντες ερειοι.] Intellige, cum Reiskio, *mali ſcurræ.* Vox παιγνιον, inquit ille, pro homine nauci, ſcurra, impoſtore, uſurpabatur. Caſaubonus, c. xvi. vult αρειοι, pro ερειοι. Sc. *Omnes armis ſuccincti et militares.* "Indicat, inquit ille, Ptolomæum graſſatoribus liberaſſe vias intra et extra Ægyptum. Apud Idyllium XVII. 98. δηιους vocat, quos hic ΑΡΕΙΟΥΣ: quia, more hoſtium, infeſta armis reddebant itinera. Eos ſuſtulit. "Non, mala quidem conjectura. Sed ea vox non ſatis eſt ex indole contextus. Receptam lectionem, quæ eſt in libris omnibus, obnixe tuetur Reiskius, et interpretatur *ſervorum*, vel potius *artificum*, genus infimum. Vult Valckenarius ελειοι. Epiſt. ut ſupr. pag. 38. Ut nempe ſignificarentur, *Degentes in paludoſis Ægypti locis.* Idem jungit ὁμαλοι κακα παιγνια. Longe aberrat a via Scaliger, qui reponit ερεμβοι. Emendat. ut ſupr. 227. Ut mihi videtur, oratio eſt contemptus; in qua verba tantum opprobrioſa adhibentur. Nebulones, et homunciones projectiſſimos, intelligit, et deſignare vult, Praxinoe. Itaque, ſi poſt tantos viros periculum facere liceat, ad ſententiam totius contextus accommodate, nec magno molimine, corrigendum ſtatuo:

——— Παντες ΑΡΑΙΟΙ.

Sc. *Exſecrati, Devoti, Deteſtabiles.* Heſychius, ΑΡΑΙΟΝ. καταρατον. ΑΡΑΙΑΣ. βλαβερας.

V. 53. Ορθος ανεςα ὁ πυῤῥος.—] Prætereunt, in hac pompa, aliqui ex equitatu regio. Infit Praxinoe, "Vir bone, ne mihi inequites. En, rufus ille equus confiftit erectus in pedibus pofterioribus. Vide modo, quam ferox et intractabilis eft! ——Eunoa, jam dico, nonne aufugies, et locum cedes? Protinus ille equitem fuum profternet, &c. Conjungit Reiskius, in textu, κυνοθαρσης cum Ευνοα. Sc. "O Eunoa, quæ caninæ es temeritatis mulier, &c." Ego malo veterem diftinctionem.

V. 55.—Ενδον.] Legi poffit ενδοι, ut in v. I. fupr. et v. 77. inf.

V. 57. Τοι δ' εϐαν εις χωραν.—] "Turmæ illæ equeftres, conturbatæ modo ob equum intractabilem, jam redierunt in *ordinem.*" Ea vis eft vocis χώραν.

V. 59.—Σπευδωμες. Ὁσος οχλος αμμιν επιῤῥεῖ.] Hæc eft vetus et vera lectio, ut in Codicibus, Aldoque et Calliergo. Vid. et Schol. Idyll. I. 42. Hodiernam Stephanus excitabat e Florentina. Notandum eft tamen, dare ὁσσος, pro ὁσος, Venetam, 1539. Quod habetur tamen in Vaticanis.

V. 60. Εξ αυλας ω ματερ; Γρ. Εγων, ω τεκνα.—] Hic INTRAT, et illis ACCEDIT, alia dramatis hujufce perfona. Calliergus omittit ω ante τεκνα.

V. 62. Καλλιςα.—] Eft dualis, ut recte monet Reiskius. Utrafque mulieres alloquitur anus. Eadem EXIT cum verficulo 62. inf.

V. 64.—Και ὡς Ζεὺς ηγαγεθ' Ἡρην.] Longas hic et admirandas afferunt hiftorias Scholiaftæ, quæ nihil faciunt ad rem. Nihil hic etiam vidit Canterus, Nov. Lect. II. 12. Nec Cafaubonus, c. XVI. Attigit et infelicius hunc locum vir doctus, apud Athenæum. Senfus, ut mihi videtur, in proclivi eft. "Omnia norunt mulieres; etiam illud, certe notiffimum, *Junonem nuptam fuiffe Jovi.* Deridet Gorgo anum illam, proverbiis veriffimis et effatis utentem; quam falfe ideo vocat *oracula mera vaticinantem.*

V. 65.—Περι τας θυρας.—] Intellige portas palatii regii, quas mox ingrediuntur mulieres.

V. 67.—Ευτυχιδος.—] Non male conjecit Scholiaftes, Eutychida Gorgus ancillam fuiffe.

V. 68. Πασαι αμ' εισευθωμες απεξ.—] Vide Lamb. Bos. Animadv. p. 59. Et ad Idyll. XXIV. 54.

V. 72. Ουκ', &c.—] Alia hic etiam fupervenit perfona dramatis.

Idid.—Φυλαξομαι—αθροος οχλος.] Aldina fola dat Φυλαξευμαι—οχλος ἄθροος. Ut in Mediceo notat. 37. Quod verum putat Reiskius. Nam οχλος, inquit, jam aliquoties hoc Idyllio, prima correpta, ufurpavit: et αθροος pro difyllabo bene poteft ufurpari, aut in αθρους contrahi. Notandum et in Vaticanis haberi οχλος αθροως. Quorum in quibufdam, αθρως. Sed ibi fæpe fcribitur ω pro ο ο. Quod non nihili faciendum. Vid. ad Idyll. XIII. 50. Confer et Pierfonum ad Mœrid. Attic. in V. pag. 19.

V. 73.—Ωςε ὑες.—] Aldina dedit ὥςε ρυες. Quod videtur profluxiffe a Florentina, edente ὥσπερ ὑες, partim juxta Vaticanos, et Mediceum notat.

tat. 37. Habet Lucianus, Συναναφυρονῖαι ὩΣΠΕΡ ὙΕΣ. Sc. "*Conspurcant* ut sues." Gymn. Wetst. II. pag. 883. §. 1.

V. 74. Εις ὡρας.—] "In annum." Sic vulgo solemus bene precari in diem et annum. Contra imprecandi formula erat, μη ὡρας ικοιτο, vel εις ὡρας. Casaubon. LECT. Theocr. c. xvi.

Vide Casaubonum ad Athenæum, Lib. II. c. xiv. Animad. pag. 111.

V. 75. Αμμε περιστελλων.—] Notanda vis hujus vocis. Euripides, Med. v. 1043.

Και καῖθανυσαν χερσιν ευ ΠΕΡΙΣΤΕΛΕΙΝ.

Et mortuam manibus rite componere.

Alibique sæpe. Confer Idyll. XVII. 97. Hinc explicandus Divus Lucas, Act. Apost. V. 6. Ὁι νεωῖεροι ΣΥΝΕΣΤΕΙΛΑΝ αυτον. *Juvenes* COMPOSUERUNT *eum ad sepeliendum.* Quæ vis est interdum V. στελλειν in Compositis.

Ibid.—Ανδρος.] Vult Reiskius εργον subaudiri.

V. 76. Θλιβεται.—] Reponit Casaubonus, ex Eustathio, vocem Æolicam, φλιβεται. c. xvi. Quæ vox proba est, et constat in Vaticanis.

V. 77.—Αποκλαξας.] Vid. Not. ad Idyll. XVIII. 5. Sensus loci est, *All safe!* ut inquit ille, qui sponsam thalamo, nocte nuptiarum, includit.

V. 78.—Τα Ποικιλα.—] "*Embroidered* Work." Vid. Anth. Ceph. L. III. Carm. 361. Ita apud Odyss. L. XV. 107. Helene vestem e plurimis seligit.

Ὁς καλλιστος εην ΠΟΙΚΙΛΜΑΣΙΝ.——

Ut et Iliad. VI. 294. Quinimo Lucianus ad rem quam proxime, Ποικιλα ενδυς. Ubi male interpres, *Varia veste ornatus.* Timon. I. Wetst. pag. 141. §. 27. Ποικιλα αμπεχομενη. *Picta veste induta.* Merced. Cond. I. pag. 703. §. 42. Hinc explicandus Æschylus, Agamemn. v. 932, 933. seq. Ubi conf. Dukerum, Misc. Obs. Vol. III. T. I. pag. 62.

V. 79. Λεπῖα και ὡς χαρεν]α, θεων περοναματα φαιης.] Homerus, Odyss. L. X. 223.

——— Ὁια θεαων

Λεπῖα τε και χαρεντα.——

De vestimentis quæ texebat Penelope. Sic et Idyll. XXII. 510, 511. Quod frequentius apud Homerum: et exinde hic loci adhibitum. Quod magis attinet ad V. λεπῖα, eleganter Alciphron, Epist. III. 46. ΛΕΠΤΟΝ ες ὙΠΕΡΒΟΛΗΝ, και πολυτιμον ὑφασμα. Subtilis supra modum *atque pretiosa textura.* pag. 376. edit. Bergler. Sic et mittit Medea, pro dono pulcherrimo, apud Eurip. Med. v. 949.

ΛΕΠΤΟΝ

ΛΕΠΤΟΝ τε πεπλον, και-στεφος χρυσηλατον.

Tenuem *veſtem, et coronam auream.*

Conferas et ibid. v. 1159. Quin et Hom. Iliad. XVIII. 295.

Των μεν δ' αἱ ΛΕΠΤΑΣ οθονας εχον· οἱ δε χιτωνας
Ειατο ευνητες. ——— ——— ———

Hæ quidem tenues *veſtes gerebant*; *illi tunicas*
Induti bene textas. ——— ———

Sed frequentia ſunt exempla.

V. 81. Ποιοι ζωογραφοι, &c.] Ne plures auctorum veterum locos adhibeam, vide ſis hujus ſpectaculi Deſcriptionem apud Cl. Potteri Archæol. Gr. Lib. II. c. xix. pag. 363. Vol. I. Vel Meurſii Græc. Feriat. L. I. pag. 3. ΑΔΩΝΙΑ. Apud poetam quidem noſtrum, maxima ex parte conſtitiſſe videtur illud ſpectaculum ex opere textili, tapetibus ſcilicet et pulvinaribus, artificio ſubtili variegatis et operatis; quali nempe præcellebant Alexandrini, apud quos hoc feſti celebratur. Nec alio opere crediderim Adonidis ipſius imaginem repræſentatam fuiſſe, jacentis in argenteo toro, v. 84. Fortaſſis et earum rerum nonnulla quæ deſcribuntur a v. 112. uſque ad v. 131. Ubi vide quæ notavimus. Nonnulla quidem picta fuiſſe credo: Licet illa, "ποιοι ζωογραφοι," et "γραμματ' εγραψαν," poſſunt hic adhiberi ſenſu latiori, magiſque generali. Maximam vero partem, ut præmonui, inſignis hujus ſpectaculi, textura elaboratam factamque fuiſſe, et diſerte dicitur a poeta; et ex eo certiſſime colligi poſſit, quod Praxinoe, jam ad ſpectandum intromiſſa, protinus exclamaverit, "O Veneranda Minerva, *Dea artis textoriæ*, quales LANIFICÆ hæc elaborarunt! Animata ſunt, non TEXTILIA." Bene Spanhemius ad Callimach. Hymn. in Apollin. v. 32. vult hic intelligi, v. 79. per περοναματα, *Veſtes fibulatas*; quæ valde ſumptuoſæ. Sed ſignificat ea vox non minus *opus acu factum* vel *textum.* Ut recte vidit Portus. Θεων περοναματα, *Pretioſiſſima* TEXTILIA.

V. 82. — Ενδιveωντι.] Poſcit, inquit Reiskius, linguæ Græcæ veteris et probæ ratio, ενδινεων). Dein docte probare pergit, quomodo, Theocriti ætate, deflecti jam cœperit et depravari, Græcitas illa primæva.

V. 83. — Ουκ' ενυφαντα. —] Nonnulli Codices.

Ου ΚΕΝ ῾ΥΦΑΝΤΑ. ———

Neſcio an non elegantior vulgata.

Ibid — Σοφον τι το χρημ' ωνθρωπος.] Vox admirationis plane ſtolidiſſimæ. Ariſtophan. Eccleſ. v. 441.

Γυναικα δ' ειναι πραγμ' εφη νουβυστικον.

Fœminam vero dicebat rem eſſe ſapientia plenam.

Quamvis alia ratione adhibeatur. Confer Valcken. ad Phœniſſ. v. 206.

V. 84.

V. 84. — Θαητος επ' αργυρεῳ κατακειται κλισμῳ. —] Possis hæc, cum Codicibus, genitive accipere, sine ι subscripto. Ubi pauxillum discrepant inter se libri vetustiores. Similiter apud Pindarum occurrit ΘΑΗΤΟΝ δεμας. *Admirandum corpus.* Nem. XI. v. 15.

V. 86. — Τριφιλατος. —] Quoniam, inquit Scholiastes, amabatur a Jove, Venere et Proserpina. Atqui sacer numerus erat TERNUS apud antiquos, eumque frequenter adhibent ad aliquod, uti Logici loquuntur, *intendendum.* Dioscorides in lepido satis epigrammate inedito, MSS. Anthol. C. Ceph. Car. 166. Lib. I. Etsi millia suppetant exempla.

Εξεφυγον, Θεοδωρε, το σον βαρος· αλλα σου ειπα;
Εξεφυγον τον εμον δαιμονα πικροτατον.
Πικροτερος με κατεσχεν. Αρις οκρατει δε λατρευων,
Μυρια δεσποσυνων και ΤΡΙΤΑ εκδεχομαι.

Effugi, Diodore, tuam molestiam. Anne vero tuam dixi?
Effugi meum Dæmona gravissimum.
Gravior me occupavit: Aristocrati enim serviens,
Millies [magis] sub dominio et ter [millies] *teneor.*

Quin et in epigrammate, ejusdem Anthologiæ, ab Wolfio edito, de puero inter navigandum mari demerso. Fragm. Gr. Poetr. pag. 20. [MSS. Const, Ceph. Lib. I. Car. 57.]

ΤΡΙΣ μακαρες ναες, ΤΡΙΣ δ' ολβια κυματα ποντε,
Τετρακι δ' ευδαιμων παιδοφορων ανεμος.
Ειθ' ειην Δελφις, ιν', εμοις βαςακτος επ' ωμοις,
Πορθμευθεις, εσιδη την γλυκυπαιδα Ροδον.

Ter *beatæ naves,* ter *felices fluctus maris,*
Quater etiam felix puerum ferens ventus.
Utinam, essem Delphin, ut meis vectus humeris
Trajectans aspiceret suavibus pueris præditam Rhodon.

Interea fatendum est, vocari Adonin τριποθητον, apud Bion. Idyll. I. 58. Nec quod hic dicitur a Scholiaste nostro omni auctoritate destituitur, ut visum est Longopetræo. Idem enim confirmatur ab Apollodoro, Bibl. L. III. x. §. 4.

Ibid. φιλειτ). —] Mavult Reiskius φιλητος.

V. 87. — Ανανυτα κωτιλλοισαι.] Moscophulus περι ΣΧΕΔΩΝ. pag. 63. Κωτιλλω. Το υβριζω, και φλυαρω, εξ ȣ κωτιλος, ο φλυαρος. Angl. *To prate, to chatter.* Plurima collegit Cl. Wolf. ad Corinn. Carm. III. Poetr. p. 45. Quibus addo, Anthol. III. xii. 10. De mortua meretrice.

Εσβεσθε δε τα φιλτρα τα ΚΩΤΙΛΑ. ——

Extincta vero sunt philtra garrula. ——

V. 88. Τρυγονες εκκναισευντι, πλατευασδοισαι απαντα.] Reponit Heinsius, ex ingenio certe suo, εκ νασσιω. Sc. "Hæ Turtures ex *insula* Sicilia &c." c. xxi. Proinde vapulat a Palmerio, Exercit. pag. 806. Qui non recte vertit εκκναισευντι, *Enecabunt nos.* Neutrum est Verbum, ab εκναισεω, *graviter strideo.* Commune est εκναισεσι. Non videns hujus Verbi formationem Palmerius, futurum tempus hic intellexit. Quod si verbum activum κναιω, vel κναω, cogitaverit, quod habet Noster Idyll. VII. 110. durius ἡμας subaudias necesse est. Codex, bonæ quidem notæ, Laurentianus exhibet, εν σκηναις ευντι. Unde siquid extricari possit, explorent eruditi. Quod ad πλατευασδοισαι attinet, dictum hoc de Doriensibus; qui frequentius in vocabulis suis α usurpabant, et omnia lato et diducto ore pronuntiare solebant. Vid. ad v. 92. inf. Apposite quidem Demetrius Phalereus De ELOCUT. cap. 180. pag. 107. Edit. Oxon. 1676. "ΠΛΑΤΕΙΑ λαλεσι γαρ παντα ὁι ΔΩΡΙΕΙΣ." Gregorius grammaticus, cui cave ut ubique fidas, legit πλατειασδοισαι. Ejus vero editio recens dat πλατειας δυσαι. pag. 155. Ubi notas consule. Videatur et Hermogenes, περι ΙΔΕΩΝ, Lib I. c. vi. Alexis, apud Athenæum, loquacitatem τρυγονος notat. IV. p. 133.

In hac Hospitis oratione, vel decorum characteris non servat poeta, eidem dialectum Doricam tribuendo; vel Hospes Dorice loquitur, linguam Doricam quasi disertius irridens. Reiskius ita hunc locum procudit.

——— Ανανυτα κωτιλλοισαι
Τρυγονες· εκκναστευντι πλατυασδοισαι απαντα.

Ubi habet εκκναστευντι pro verbo activo, futuri temporis, et απαντα, vertit, *Neminem non*, accusativum singularem. In recepta distinctione, subauditur ὡς cum τρυγονες. Quod sæpe fit apud Græcos, et eleganter.

Ita hunc locum, nec alia ratione prorsus, interpungit et exhibet celeberrimus Hemsterhusius, in Hesychio Albertiano. Auctar. Emendat. Tom. II. 974. [Ad calc. Tom. II.]

Παυσασθ', ω δυστανοι, ανανυτα κωτιλλοισαι
Τρυγονες· εκκναισευντι πλατειασδοισαι απαντα.

Quod verosimillimum videtur. Certe locus huc usque laboravit.

V. 89. Μα, ποθεν ανθρωπος; —] Corrigo, ut magis exclamantis,

ΓΑ, ποθεν ωνθρωπος; ———

Γα pro γε. Ut Idyll. V. 69. 71. XI. 60. Indignabunda, et mirabunda muliercula, nec minoris impudentiæ, nescit quomodo animi sui sensus exprimat, et quid hospitis amaro tamque intempestivo scommati rite reponat. Ideo cum vocula fere expletiva, vel nihil, vel nihil certi, significante, sermonem suum utcunque orditur.

V. 90. Πασσαμενος επιπασε. —] Scribe, contra omnes libros, πασαμενος, a πασομαι, *possideo.* Πασσαμενος, cum duplici σ, fit a πασσομαι *edo.* Pluscu-

lorum

lorum doctorum virorum rationes bene huc adhibet Reiskius, ad eam lectionem ſtabiliendam, nec minus illuſtrandam. Inter quos legi ſuadet Cl. Valckenarius, πασαμονες ποπᾶασε, ex auctoritate Etymologi, V. ΠΟΛΥΠΑΜΜΩΝ. Animadv. ad Ammon. pag. 187. 188. Itaque ſenſus eſt "Impera illis ancillis quas *poſſides*." Vel "Tunc demum nobis imperare incipias, cum nos tibi *pecunia tua perquiſiveris*." Quidam libri ſcripti dant παυσαμθμος.

V. 92. — Πελοποννησισι. —] Codex quartus Mediceus habet Πελοποννάσισι. Unus Laurentianus πελοποννασιτι. Nonnulli præterea ut nos. Ita legit quoque M. Ant. Muretus, Var. Lect. II. 20. Dores incolebant Peloponneſum. Vide H. Stephani librum *de la Conformitè*, &c. ut ſupr. pag. 93. 126. 129.

Porro, quantum ego conjicio, Dorum Πλατυασμος, in α conſtitiſſe videtur; quemadmodum, cum Scholiaſtes, tum Hermogenes ſupra citatus, edocet. Quin et conſtanter ναος, non ναυος, ſcriptum reperies in Theocrito. Quare omnino Πελοποννασισι, non Πελοποννανσισι, legendum. In verbis quoque Syracuſanarum noſtrarum, etiamſi ſcripti Codices id non oſtendant, Dorica dialectus eſt rite reſtituenda, ſi alicubi exciderit: Illæ nempe dicuntur πλατυασδειν απαντα. Quod in cæteris hujus poetæ locis parcius faciendum. Notant nimirum Scholiaſtæ noſtri, ΑΝΕΙΜΕΝΗι Δωριδι, και τη Ιαδι, Theocritum uſum fuiſſe. Quod ego veriſimile puto; ne ſcabra nimis et aſpera, ſi forſan ruſtica, flueret hæc muſa. Vid. Schol. ad Idyll. I. 1. Alibique paſſim.

V. 93. Δωριαδεν, &c.] Vide auream plane Bentleii Diſſertat. De. Phalarid. Epiſt. pag. 312.

94. — Μελιτωδης. —] Nomen Proſerpinæ, ut patet e ſcholio; ubi lege ιερειας pro εταιρας. Ejus expoſitionem probat et abunde confirmat Muretus, ex Porphyrii Commentariolo, De Nympharum Antro. Var. Lect. II. 20. Vide Annam Fabri ad Callimach. Hymn. in Apollin. v. 110. Conſulatur et Menagius, ad Diog. Laertium, 1. 94. Tota Sicilia data erat Proſerpinæ a Jove. Quod refert Pindari Scholiaſtes.

Ibid. — Καρτερος. —] Idem eſt atque κρειττων. Eſt comparativus, a poſitivo, καρτος, τη, τον. REISKIUS.

V. 95. Πλαν ενος. —] Calliergus legit ινος, ut in meis Codicibus, et in marginem refert ενος.

Ibid. — Ουκ' αλεγω, μη μοι κενεαν απομαξης.] Hanc locutionem proverbialem bene explicat Scholiaſtes. *Non mihi vacuam menſuram abrades.* Probante Heinſio, c. xxi. Et Spanhemio ad Callimach. Hymn. Del. v. 14. Senſus eſt, "Non vereor ne tu, qui mihi nihil admetiris, menſuram abſtergas. Non metuo ne mihi noceas, qui nunquam prodeſſe potuiſti." Αποματτειν eſt *abſtergere*; unde απομακτραι dicebantur ligna illa quibus menſuras abſtergebant. Ideo, cum κενεαν, ſubintellige χοινικα, *Modium.* Vide ſis Caſaubonum ad Theophraſti Characteres, Commentar. p. 247. Lugd.

Lugd. 1599. Qui habet *απομαξης* pro *αποψησης*. In hoc proverbio exponendo, nescio quæ somnia commentati sunt, Scaliger, Emendat. 228. Muretus, Var. Lect. II. 20. Brodæus, cum quo fere facit interpres Latinus vulgaris, Miscell. II. 23.

V. 98. — *Σπερχιν τον Ιαλεμον ηριστευσε.*] Legendum non dubitat Cl. Reiskius, ex conjectura tamen sola, *περυσι*. Sc. "Quæ etiam *anno superiore* palmam, e certamine Ialemi, canendi auferebat." Suadet *Ιαλεμου* rescribendum Muretus, II. 20. Parum probe. Poeta enim, ut inquit Casaubonus c. xvi. significare voluit fuisse victum Sperchin in cantu *του Ιαλεμου*. Ialemus est genus cantilenæ lugubris. Jam *ηριστευσε τον Ιαλεμον* sic dictum, ut *νικαν Ολυμπια*, quod Græcis usitatissimum est, et Latinis non insolens. Ita et Pindarus, Olymp. X. 76. ΣΤΑΔΙΟΝ *μεν* ΑΡΙΣΤΕΥΣΕΝ *ευθυδρομον*. Ennius, *Vicit Olympia*. Consulatur Athenæus, XIV. pag. 619. Et Rittershusius ad Oppianum, Cyneget. II. 550. Adhibetur *Ιαλεμος* pro *planctus*, et *lugubre carmen*, in genere, apud Euripidis Troad. v. 600. Supplic. 281. Sic et apud Apollonium Rhodium, IV. 1304. Ubi consule luculentissimum Scholiasten. Porro adhibeas huc Euripid. Orest. v. 1391. Et Eustath. ad Iliad. Σ. p. 1223. 8. Hinc et vel corrigas vel illustres Johannem Clericum, ad Menandri Fragm. p. 85. Erat quidem Ialemus, poeta frigidus. Unde elegantissime, et pro sua facetia, Lucianus, libellos quosdam insulsos dicit abditos fuisse in angulo *Των* ΙΑΛΕΜΩΝ *τινος ποιητων*. *Alicujus* Ialemorum *poetarum*. Pseudolog. III. Wetst. p. 181. §. 24.

V. 99. — *Διαθρυπτεται ηδη.*] Intellige motum quendam petulantem cantricis audaculæ, jam ad canendum se componentis, et Cantilenam Adonideam incipere parantis. Quod solent cantrices scenicæ et mercenariæ. Vel intelligas præludia, cum Latino interprete, vocis nempe leviuscula quædam, pro lubitu, tentamina; in quibus edendis, quasi lasciviebat hæc nostra cantrix Argiva. Exhibitioni dramaticæ valde conveniebat, eique novam gratiam varietatemque conciliabat, ista Cantilena. Solenne erat adhibere carmen de Adonide in hac pompa. Denique, ita puer ille citharistes, in convivio lautissimo, apud Achillis Tatii AMOR. Clitoph. Leucipp. L. I. pag. 19. Edit. Salmas. 1640. *Και ψιλαις το πρωτον διατιναξας ταις χερσι τας χορδας εκρουε· και τι κρουματιον υποληγηνας υποψιθυριζουσι τοις δακτυλοις, μετα τουτο ηδη τω πληκτρω τας χορδας εκρουεν, και ολιγον οσον κιθαρισας συνηδε τοις κρουμασι.* *Ac primum nudis manibus fidem tentans, exilem quendam sonum, digitis murmur adjuvantibus, edidit, &c.* Est ille quidem Libellus Achillis Tatii, ut id obiter notem, scholæ Alexandrinæ flosculorum fasciculus.

V. 100. *Δεσποιν᾽ ἁ Γολγοντε και Ιδαλιον εφιλασα.*] Hoc formulam fuisse, sive exordium solenne, Venerem hymnis compellantium, crediderim. Quam simillime Catullus, Argonautic. v. 96.

Quæque regis Golgos, quæque Idalium frondosam.

Debuerat

Debuerat hunc Catulli locum adhibuiſſe L. Holſtenius ad Steph. Byzantin. de Urbibus, V. ΓΟΛΓΟΣ, pag. 86.

V. 101. — Χρυσω παιζοισ'. —] Vult reſcribi Reiskius χρυσοπεζος, vel χρυσαιπεζος. Sc. "Aurea veſtis *fimbria*, vel *inſtita*, inſignis." Vel, "*Pede* fulta aureo." Cui correctioni favet aliquantulum nonus Vaticanus, ubi, corrupte certe, legitur πεζοισ'. Scaliger, minus ex veroſimili, reponit χρυσωπιζοισ', a χρυσωπις. Emendat. p. 228. Præterea, difficilior ea mutatio fit, quoniam Codices ſcripti dant παισδοισ'. Atqui ſenſum non adeo incommodum ſecum fert hodierna lectio. Eſt hic παιζουσα, *ſuperbiens*, *geſtiens*, *gaudens*. Sc. "O Venus auro gaudens, i. e. veſtibus, vel templis, aureis, omnique apparatu ſplendido et pretioſo gaudens." Heinſius vult aurum Veneri conſecratum fuiſſe, c. xxi. Probat Caſaubonus ſenſum Scholiaſtæ, c. xvi. Qui certe durior eſt. Agnoſcit vulgatam illam ſcripturam Euſtathius, Iliad. III. p. 384. Nec nulli Codices. Interea huc adhibendum eſt carmen, Anth. IV. xii. 106.

Ελθωμεν ποτι ναον, ιδωμεθα τας Αφροδιτας
Το βρετας, ως ΧΡΥΣΩι ΔΑΙΔΑΛΕΟΝ ΤΕΛΕΘΕΙ.

Veniamus ad templum, videamus Veneris
Simulachrum, quomodo auro variatum ſit.

V. 105. — Φορoισαι.] Monet Reiskius ſubaudiri νεον, aut φιλον. Vid. de Horis, Not. ad Idyll. I. 148. Porro dicuntur hic Ωραι, μαλακαιποδες, quod incedant greſſu ſilenti.

V. 107. — Βερονικαν.] Corrigi debent omnes libri Βερενικαν. Ut in membranis Vaticanis. Sic lege Βερενικ. v. 110. inf. Ita Idyll. XVII. 34. 46. 57. De inſigni hac fæmina extat epigramma cultiſſimum Callimachi, LV. Eodem quidem tempore conſcriptum, quo noſtrum hoc Idyllium. Vide Etymologicum Mag. V. ΒΕΡΟΙΑ.

V. 109. — Πολυωνυμε και πολυναε.] Vide ſis illuſtriſſ. Spanhem. ad Callimach. Apollin. v. 70.

V. 111. Αρσινοη, &c.] "Arſinoe, liberaliſſimo quidem ſumptu, apparatu lautiſſimo, hoc in Adonidis honorem feſtum fecit inſtrui." His gratiam reginæ captat poeta noſter. Vid. Not. ſeq. Et ad v. 135. inf.

V. 112. Παρ μεν οι ωρια κειται, &c.—] Texturam, ſaltem picturam, poeta videtur intelligere. Mallem texturam. Vid. Not ad v. 81. ſupr. v. 126. inf. Idem certe intelligendum eſt de Amoribus ſupervolitantibus, v. 120. infr. Jam vero, quod ad hortulos attinet, calathis incluſos, eos, in hoc feſto, ſolenne erat circumgeſtare. Ut plerique narrant, e lactuca tantum conſtabant, et fictilibus includebantur. Hic vero, regina Arſinoe ſumptuoſe hoc feſtum concelebrante, non vulgari more concinnati, calathis argenteis adferuntur. At nec circumgeſtantur hic, tantum repræſentantur; opere, puto, textili illo. Quod manifeſto patet; dicuntur enim κειται propter Adonidis imaginem. Ut et aurea illa, unguento Syrio plena, alabaſtra. Eodem

dem

dem forte opere exprimebantur reptilia illa et volatilia animalia, dicta etiam hic adfuisse Adonidis imagini. Veruntamen ad summum, dictu difficile est, quænam horum omnium vel textura vel pictura, vel etiam solidis imaginibus, repræsentarentur: quænam etiam SUA SPECIE in apparatissimum spectaculum adhiberentur. Nonnulla sculpta fuisse videantur; vel eo artificio elaborata, quod dicebant *Toreutice*. Sic v. 123. 124. inf. mentio fit eboris et auri, quasi revera existentium: ubi et aquilæ, Ganymedem puerum portantes, ex *albo* ebore factæ dicuntur. Sed vid. ad v. 124. Rejicio penitus hic commentum Scaligeri mirificum. Emendat. pag. 228. Qui vult, in hoc spectaculo, omne genus volucrum, fructuum, aliarumque rerum, dulciario opere effiсta fuisse Adonidi, a mulieribus pistricibus, quas δημιεργες Attici vocabant. Fateor equidem mentionem fieri ciborum, sive edulium, quæ mulieres, ex melle et oleo, επι πλαθανη elaborant; "Miscentes varios flores cum farina alba." Sed hæc edulia, arte quadam graphica, vel pictoris vel textoris, cum reliquis, adumbrata fuisse, facile credas. Si tamen hoc Scaligero concedamus, ea nempe sua in specie hic adhibita fuisse; non exinde sequetur, volucres, reptilia, aliaque plurima, a pistricibus illis efformata fuisse.

Confer huc Scholiasten, ad Idyll. II. 67. De ANIMALIBUS in pompa Dianæ PICTIS.

——— Τα δε τηνα πολλα μεν αλλα
Θηρια πομπευεσκε περισταδον. ———

——— *Ubi et multæ aliæ*
Feræ in pompa ostendebantur undique. ———

Ubi male Latinus interpres, *ducebantur*. Schol. ΕΖΩΓΡΑΦΩΜΕΝΑ δη ταυτα [Θηρια,] ὡς εοικεν, επομπευετο. PICTA *autem animalia illa, ut videtur, eam pompam conficiebant*. Quæ permultum faciunt ad hypothesim nostram porro confirmandam. Ad summum, moneo V. γραφειν, vel, quod idem fere, ΖΩΓΡΑΦΕΙΝ, æque etiam de *textura* adhiberi posse. Orestes apud Æschylum, de veste quam contexuerat Electra. Choeph. v. 239.

Ιδε δ' ΥΦΑΣΜΑ τετο, σης εργον χερος,
Σπαθης τε πληγας, εις δε θηρειων ΓΡΑΦΗΝ.

Vide vestem *hanc, tuæ manus opus*;
Instrumenti textorii plagas, et ferarum imagines.

Nimirum *Feras* INTERTEXTAS: insignes illas, quarum meminisse poterat, ab ipsa scilicet elaboratas. Quod hic ad rem magis, in Schol. ad v. 80. pro ἱερουργοι, lege Ἱστεργοι, *Textores*. Confer Euripid. Phœniss. Cl. Valcken. v. 131. pag. 44. et v. 577. pag. 218.

V. 113. Παρ' δ' απαλοι καποι.—] Epithetum non omnino conveniens est Horto V. απαλος. Non male forte mecum rescribas.

Παρ' δ' απαλοι ΚΑΡΠΟΙ. ———

Sc.

Sc. "Molles *fructus*." Satis interea deſignabuntur *hortuli Adonidis* per Calathos, quorum ſubinde fit mentio. Adeo ut V. καποι redundet. Tribuuntur horti, in hoc feſto, Adonidi; quod hortos ipſe inſtructiſſimos habuerit, teſte Plinio, Nat. Hiſt. L. I. c. iv. Jam vero fingitur hic ei adfuiſſe rerum omnium copia; earum nempe, quibus humana vita ſummopere fovetur, alitur, ſuſtinetur. Adeſt Unguentum ſuaviſſimum: Adſunt, ſub edulium forma, Farina, Mel, et Oleum: Adſunt etiam Vegetabilia, Volatilia, Reptilia. Nimirum Solem repræſentabat Adonis. Hinc credebatur omnigenos terræ fructus et fætus alere; hinc univerſam vitam ſuſtinere. Dicitur et Adonis, eadem plane allegoria, Semen ſatum. Vid. Athen. VI. p. 227. 247. X. 456. XIII. 575. Macrob. Sat. I. 21. Schol. ad Idyll. III. 48. Et Orphei Hymn. in ADONIDA. pag. 153. edit. Eſchenb. Multa hinc in ſuam Archemori pompam tranſtuliſſe videtur Statius, Theb. L. VI. 57. ſeq. Nec prætereundus hic Philoſtrati locus inſignis, ubi memoratur AULA Adonidis, *hortulis florum*, ανθεων κηποις, undique circumdata; quos Aſſyrii, in honorem Adonidis, myſteriorum gratia, domi nutriunt. Apollon. Tyan. L. VII. c. xiii. pag. 359. Edit. Pariſ.

V. 114. Χρυσει' αλαβαστρα.] De lapide alabaſtrite vaſis unguentariis olim ſæpe fieri conſuetis, tandem vaſa unguentaria in genere dicta ſunt αλαβαστρα. Ad rem Athenæus, Deipnoſ. Lib. XIV. p. 686. edit. Caſaub. "Περιενεγκοντων δε των παιδων εν ΑΛΑΒΑΣΤΡΟΙΣ, και ΑΛΛΟΙΣ ΧΡΥΣΕΙΟΙΣ σκευεσι, μυρα. — *Circumferentibus autem pueris unguenta in* ALABASTRIS, et ALIIS *vaſis* AUREIS." Habet Ariſtophanes, αλαβαστρον κυαθον. Acharn. 1052. Cæterum ferme omnia huc ſpectantia magnus ille Spanhemius occupavit, ad Callimach. Hymn. in Pallad. v. 13. Addam tamen hoc ſenſu intelligendum Agathiam Scholaſticum, de Troja diruta. Πη Παφιης ΑΛΑΒΑΣΤΡΑ. Anthol. Lib. I. lxx. 2. Vide et Harpocrationem, V. ΑΛΑΒΑΣΤΟΘΗΚΑΙ. Ubi omnia compilavit Suidas in eadem Voce. Legit hic Aldina χρυσεια λαβαστρα. Forte pro χρυσει' αλαβαστρα. Quamvis bene Reiskius admonuit λαβαστρον, medio ævo, pro αλαβαστρον uſitatum fuiſſe. De unguento Syrio, lege Athen. L. XV. p. 689. Præcipue vero Heinſ. ad Epiſt. Ovid. Sapph. Phaon. v. 76.

V. 115. Ειδατα θ' οσσα γυναικες επι πλαθανῳ πονεοντ'.] Bene etiam reſcribi poſſet,

ΕΙΓΜΑΤΑ θ' οσσα. ———

Niſi forte, quod ea emendatio hypotheſin Scaligerianam, quam potius imminutam vellem, tueri videretur.

Ibid. — πονεονται.] Aldus et Calliergus dedere ποιευνται. Quod habet Stephanus in margine: qui tamen legit, ut hodie eſt in textu. Ex veteri lectione Reiskius reponendum conjecit πλαθανῳσι ποιευνται. Solenne eſt noſtro primam corripere in ποιεω.

V. 117.

V. 117. — Εν ὑγρω ελαιω.] Non male reſinxit Reiskius ΕΝΥΓΡΩι ΕΛΑΙΩι. Ut ſit genitivus a V. ενυγρον ελαιον.

V. 118. — Ἑρπετα ταδε. —] Reiskius putat redundare ταδε, conjicitque ἑρπεςα δε. Recte quidem redundare ταδε putaſſet, ſi hæc oratio narrantis eſſet. At eſt indigitantis, et res præſentes indicantis. Age vero, ſi placet, ita verſiculum renovemus.

ΤΩιδ' ΑΥΤΩι πετεηνα και ἑρπετα ΠΑΝΤΑ παρεςι.

Senſus enim definitur in priore verſiculo: et ſic, quaſi denuo, revocamur ad Adonida.

V. 119. — Σκιαδες. —] Intellige umbracula artificioſe confiĉta. Athenæus ad rem, feſtum Carneorum, e Scepſio, deſcribens. "ΣΚΙΑΔΕΣ δε ὁυτοι καλενται, σκηνας εχοντες παραπλησιον τι." *Quæ* umbracula *vocant, tentoriis nonnihil ſimilia.* IV. pag. 141. In quibus utique juventus Spartana celebrabat Καρνεια. Annon vero poeta intelligit repræſentationem quandam tabernaculorum illorum, quæ fæminæ exſtruebant in hoc feſto, ubi nempe luctum ſuum rite peragebant? Qua de re Dioſcorides epigrammatiſta, infra citatus ad v. 135. Ubi mulier plangit pectora, εν τη ΚΑΛΥΒΗι Adonidis. Eadem voce utitur Scholiaſtes V. σκιαδες declarans. Και ΚΑΛΥΒΑΙ ανηθων. Idem deinceps ad v. 120. Τας ΚΑΛΥΒΑΣ, φησιν, ὑπερπωτωνται οἱ ερωτες, &c. Aliquid tamen ingenio ſuo poterat indulgere Theocritus, haſce ΚΑΛΥΒΑΣ ex Anetho fuiſſe fingens. Sed hæc diſputatio non huic loco convenit.

V. 120. — Ὑπερπωτωνται. —] Exhibet margo Stephani ὑπερποτωντα, ex Aldina et Florentina. Partim cum Codicibus. Calliergus, et Stephani textus, ut nos.

V. 121. Οἱοι αηδονιηες εφεζομενοι επι δενδρων.] Lectionem hanc, quæ vulgatur in editione Florentina, profert Andreas Schottus e Codice Toletano. Obſervat. pag. 98. viz.

Οἱοι αηδονιηες αεξομενων επι δενδρων.

Quod et in meis Codicibus etiam reperio. Habent Aldus et Calliergus αηδωνιηες. Poterat ex hoc loco lepidum figmentum petiiſſe Bio, de quodam aucupe adoleſcente; qui puerum Amorem buxo arbori inſidentem, ubique a ramo in ramum tranſilientem, vult, pro avi, arundine figere. Bion. Idyll. II. Agnoſcit hic Mediceus quartus οἱα. Cæterum forſan Homerum reſpexit hic Theocritus, Odyſſ. L. XIX. 520. De luſcinia vere canente.

Δενδρεων εν πεταλοισι καθεζομενη πυκινοισι.

Arborum in foliis ſedens denſis.

V. 122. Πωτωνται. —] Leviter hic variant veteres. Vocem recte refecit Stephanus, ut hodie legi vides: utque conſtat in libris etiam manuſcriptis.

V. 123.

V. 123. ——— Εκ λευκω ελεφαντος
Αιξῶ. ———] Notanda hic Scholiastæ nostri verba. Ὡς ΠΕΠΟΙΚΙΑΜΕΝΩΝ αετων ελεφαντινων. Confer Scholiast. ad Pindar. Nem. X. 68. pag. 414. Edit. Oxon. Et Cl. Reiskium, Miscell. Lipf. Vol. IX. iii. pag. 469.

V. 125. Πορφυρεοι δε ταπητες ανω. —] Reiskius subintelligit κλιντηρος. Idem suspicabatur aliquando legendum fore,

Πορφυρεοι δε ΤΑΠΗΤ' ΑΓΑΝΩ. ———

Ταπητ' in duali, et αγανω pro αγανε. Bona forte conjectura, quippe quæ difficultatem voculæ ανω profligaverit. Agnoscit tamen vir æquissimus, hunc, et sequentem, versiculum, citari ab Aristophan. Schol. Ran. v. 349. Et Eustath. Perieg. v. 823. Proferam hic exemplum similis fere usus V. ανω. Aristophan. Pac. pag. 634. Edit. Port.

Καπιφορησεις της γης πολλην,
Καπιφυτευσεις ερπυλλον ΑΝΩ.

Atque injecta condere terra,
Et serpyllum supra *inserere.*

Ibid. — Μαλακωτεροι υπνω.] Contra memorat Homerus villosos tapetes, in Achillis arca repositos, Iliad. XVI. 224.

——— Ουλων τε ταπητων.

——— *Villosisque tapetibus.*

Qui tamen ita fiebant ad arcendum frigus.

V. 126. Ἀ Μιλατος, &c.] Sensus est, "Hos Tapetes esse vel ipso somno molliores, fateretur etiam Milesius aut Samius; qui talia peritissime fabricant." Vid. quæ notamus ad Calc. Idyll. XXVIII. Critiæ versus affert Athenæus, ubi laudantur lecti Milesii. I. p. 28. Ab eodem notatur, inter argumenta luxuriæ, Sybaritas ad vestes usos fuisse Lanis Milesiis. XII. 519. Idem tradit ex Alexide et Cleito, Samia vellera, non minus quam Milesia, in pretio fuisse; cum Polycrates, omnigeno luxui deditus et mollitiei, oves in Samum a Mileto transvexerat. XII. p.540. Est et festivus valde locus in Eubuli Procride: ubi consilium ineunt de Catella Procridis, delicatula et formosa, pauxillum ægrotante, curanda; monetque quidam, quo mollissime decumbere posset, ut ejus corpori Lana Milesia rite substernatur. Athen. XII. 553. Notanda hic Scholiastæ verba. Παρ' αυτοις εις ΚΑΛΛΟΣ τα χρωματα γινεται. Ubi V. καλλος, non quod vulgo, sed technicum quiddam in hac re significat. Ut hinc illustretur Dukerus, Misc. Obs. III. 93. Verum his de deliciis amplum spicilegium forsan aliquis accumulaverit; nos intacta volumus in apricum proferre, nec aliena convasare. Hoc amplius habe. Mittit apud Alciphronem, puella quædam, pro dono

 sumptuoso,

ſumptuoſo, Κεκρυφαλυς ΜΙΛΗΣΙΟΥΣ, και Σικελικον ἱματικον. *Reticula* Mileſia, *et Siculam lænam.* Epiſt. L. I. 6.

V. 128. Ταν μεν, &c. —] Anne duo hic tori, ſive lecti, intelligi debent, quorum alter Veneris, alter Adonidis eſt? Atqui ὁ γαμβρος eſt Adonis, ut in verſu ſequenti. Ubi Gl. Vat. Ανδρα, ΓΑΜΒΡΟΝ λεγει, ὡς οἱ Αιολεις. Vide et v. 131. Et Barneſium, Iliad. π. 228.

V. 130. Ου κεντῃ το φιλαμ', ετι οἱ περι χειλεα πυῤῥα.] Tibullus, I. viii. 38.

> Carior eſt auro juvenis, cui levia fulgent
> Ora, nec AMPLEXUS ASPERA BARBA TERIT.

Opponuntur ἡμιγενειος et ὁ πυῤῥος, Idyll. VI. 3. Ubi vide ſcholia. Necnon Euripid. Phæniſſ. Valcken. v. 32. Puella apud Lucianum, de Cherea quodam adoleſcentulo, quem amabat. Dial. Meretr. Wetſt. III. p. 296. Αλλα καλος και αγενειος, &c. *Sed pulcher eſt et imberbis*, &c. Et ſubinde paulo, inquit altera de eodem. Καθευδεις δε μετα του ΑΔΩΝΙΔΟΣ Καιρεου. Quod frequens tamen de amaſio juvenculo. Porro Ariſtænet. Ep. I. 11. pag. 76. edit. Pauv. Ὁυτος ἡμιν ευκταιος ερασης, ἡβασκων αμφι πρωτην ὑπηνην. *Talis mihi optandus eſt amor, prima florens lanugine.* Conf. ibid. Epiſt. xviii. pag. 120. Intelligit noſtra pubeſcentem Adonida, primumque juventæ florem. In editione Veneta, 1539. legitur περιχειλεα. Reiskius vult περι pro περιεςι. Quod impeditius eſt paulo.

V. 135. Στηθεσι φαινομενοις. —] Quæ nimirum plangebant. Quod et occaſionem ſæpe præbuit amoribus. Adcommode Dioſcorides, Anth. Ceph. L. III. Erotic. Carm. 352. Edente Reiskio, Miſcell. Lipſ. Vol. IX. iii. pag. 457.

> Ἡ τρυφερη μ' ηγρευσε Κλεω, τα γαλακτιν', Αδωνι,
> Τῃ σῃ κοψαμενη ςηθεα παννυχιδι.

> *Mollicella me cepit Cleo, lactea, O Adoni,*
> *Tundens pectora in tuo pervigilio.*

Idem ibid. Carm. 296. Vol. IX. i. pag. 119.

> Ἡ πιθανη μ' εςρωσεν Αριςονοη, φιλ' Αδωνι,
> Κοψαμενη τῃ σῃ ςηθεα παρ' καλυβῃ.

> *Blanda me proſtravit Ariſtonoe, care Adoni,*
> *Plangens pectus apud tuum tabernaculum.*

Non infrequenter τα ΑΔΩΝΙΑ Dioſcorides ille tangit, cujus crebra etiam in utraque Anthologia, venuſta ſatis, epigrammata conſtant. Unde bene duci poſſit argumentum, Dioſcoridem floruiſſe tempore Arſinoes hujus noſtræ, quæ magnopere colebat hoc feſtum. Ut jam vidimus, v. 111.

> Αρσινοη ΠΑΝΤΕΣΣΙ ΚΑΛΟΙΣ ατιταλλει Αδωνιν.

> *Arſinoe* MULTIFARIIS BONIS *ornat Adonidem.*

Pluribus

Pluribus poetarum lusibus hoc festum proculdubio materiam præbuit. Ita et gratiam captabant Arsinoes poetæ.

V. 136. Ἑρπεις, &c.] Recte observat Reiskius, in hoc versu Carmen incipere alterum; quod altero die post canendum erat, cum Adonis ad mare deducebatur, et rursus ad Proserpinam remittebatur. — Nimirum, in hoc dramate, temporis unitatem violare poeta cogitur, nequid omitteret in toto hoc festo fieri consuetum: quod quidem plurium erat dierum. Ideo minus uni dramati conveniebat hoc argumentum. Sed aliter imperfectum, saltem quod attinet ad spectatores sive auditores, hoc drama fuisset.

V. 137. —Μονωτατης. —] Græcis unice convenit hoc superlativum. Aristophan. Plut. v. 128.

ΜΟΝΩΤΑΤΟΣ γαρ ει συ παντων αιτιος.

Tu solus *enim es omnium causa.*

Equit. v. 351.

Ὑπο σου ΜΟΝΩΤΑΤΟΥ κατεγλωττισμενην σιωπαν.

Tui solius *opera obstupuerit muta.*

Atque hæc hactenus, loco speciminis. Plura enim prolixiusque possent abhiberi. Confer interea Cl. Bernardum, aliosque, ad Thom. Magistr. Vol. II. pag. 620.

V. 140. — Η Πυρρος. —] Melius forte ε. Ut in duobus Mediceis, aliisque nostris.

V. 141. — Λαπιθαι και Δευκαλιωνες.] Vult Λαπιθαν και Δευκαλιωνος Reiskius. Utrumque in genitivo. Bene hic Scholiastæ Δευκαλιδαι. Qui tamen illi fuerint exponit Hesychius, sc. οἱ Σατυροι. Nequis, ut inquit Heinsius, c. xxi. miretur poetam Lapithas et Deucalionas conjunxisse.

V. 143. Ἱλαθι νυν, &c.] Sueta solennique supplicandi formula. Sic Callimachus Hymn. in Cerer. v. 139. Ubi vide Spanhemium. Aldus et Calliergus habent ἱλα. Stephanus ut nos. Videatur Æmilius Portus, in Lexico citato. Necnon Scholiastes noster.

Ibid. — Και ες νεωτ' ευθυμησαις.] Ita Aldus et Stephanus. Calliergus νεω ευθυμησαις. Florentina νεω ευθυμευσης. Quod exinde transtulit in marginem Stephanus. Vaticani ευθυμευσαις.

V. 144. — Αφικη. —] "Redibis." Non modo significatio *adveniendi*, sed etiam *redeundi*, verbo inest; quasi pro αυ ικεσθαι. Et sic quoque in fine carminis. REISKIUS.

V. 145. Πραξινοα, &c.] Hunc, et sequentem, versiculum, novis punctis instaurandum vult Heinsius, c. xxi. Ubi, de more suo, vir doctus argutatur. Si punctis Romanis uti liceret, ita optime distinguendi essent.

Πραξινοα,

Πραξινοα, το χρημα σοφωτερον! Ἁ θηλεια
ολϐια. Ὁσσα ισατι, πανολϐια! ὡς γλυκφωνος!

Vaticanus unus et alter, cum Benedictino recentiori.

—— Πανολϐια, ὡς γλυκυφωνᾳ.

Florentina legit πανολϐιαι ὡς γλυκυφωνοι. Præclare quidem in his exprimitur admiratio ineptissima muliercularum. Quæ convenit illis unice.

V. 146. — Γλυκυφωνος.] Videtur hujusce generis odarium fuisse, Praxillæ poetriæ Adonis. Quod tamen insulsum valde, minimeque certe cum hoc Argivæ nostræ comparandum, deinceps abiit in proverbium. Vide Wolf. Poetr. Gr. pag. 79. Olear. Diss. Poetr. Gr. LXIII. pag. 179. edit. Wolf. Et Biblioth. Coislin. pag. 609. Solenne fuisse conjicio, fœminæ, non viro, partes hanc Cantilenam cantandi tribuere. Porro hujus Praxillæ nonnulla adtulit Scholiastes noster, ad Idyll. V. 83. Ubi ΠΡΑΞΙΛΑΣ hodie, manifesta menda, legitur.

V. 147. Ωρα ὁμως κ' εις οικον. —] Calliergus habet κης. Confer huc Triller. ad Thom. Mag. II. p. 741. Peirson. ad Herodianum Grammat. p. 465. post Mœrid. Atticist. Valcken. ad Phœniss. Euripid. v. 793. pag. 294. Et v. 74. supr.

V. 148. Κωνηρ οξος αγαν. —] Reiskius vult οξυς. Nomini enim, inquit, substantivo οξος, minus convenit illud αγαν. Attamen difficultas omnis tolletur, et, cum proprietate grammatica, sensui vis et lepos accedet, ita locum nulla vi restituendo, quin cum Codice nono Vaticano, alteroque Benedictino.

Κωνηρ οξος ἉΠΑΝ. ——

Formula et phrasi quidem Theocrito usitata. Sic enim Idyll. III. 18. Το ΠΑΝ λιθος. Idyll. XV. 20. ἉΠΑΝ ρυπος. Similiter Antipater Sidonius, in epigrammate, Anth. Ceph. Carm. 406. Ὁ ΠΑΣ ῥιπυς ων. Idem fere sonat apud Latinos, MERUM *rus*, MERUM *scelus*, &c. Adhibendum et huc, quod ad ἁπας attinet, Meleagri epigramma nondum vulgatum, MSS. Anthol. Ceph. L. I. Carm. 100.

Ἑν καλον οιδα ΤΟ ΠΑΝ, ἑν μοι μονον οιδε το λιχνον
Ομμα Μυϊσκον οραν, τ' αλλα δε τυφλος εγω.
ΠΑΝΤΑ δε εκεινος μοι φανταζεται, &c.

Unum novi totum pulchrum, *solum mihi novit avidus*
Oculus Muïscum adspicere, alia vero cæcus sum:
Ille omnia *mihi videtur*, &c.

Necnon venustissimus Alciphronis locus. Epist. L. I. 38. Ὁσαι ταις ὁμιλιαις αυτης Σειρηνες ενιδρυωτο. Ὡς δε ἡδυ τι και ακηρατον απο των φιληματων νεκταρ εσταζεν. Επ' ακροις, μοι δοκει, τοις χειλεσιν αυτης ἐκαθισεν ἡ Πειθω. ἉΠΑΝΤΑ εκεινη γε τον κεστον ὑπεζωσατο, ὉΛΑΙΣ ταις χαρισι την Αφροδιτην δεξιωσαμενη. *Quot in*

in ejus colloquio inerant Sirenes! Quam vero ſuave et immortale nectar ab oſculis manavit! In ſummis, ut mihi videtur, labris ſedebat Suada. Omni *illa Ceſtu cincta erat*, omnibus *cum Gratiis Venerem complexa.* Alibi etiam, apud eundem. Εγω γὰρ αυτης ειμι ΠΑΝΤΑ. *Illa mihi* omnia. Epiſt. L. II. iii. pag. 377. Ed. Aur. All. Vid. ſupr. ad v. 47. Senſus ergo eſt, "Maritus quidem meus, vir iracundus et acer, MERUM ACETUM, &c." Confer Raphael. ad Epiſtol. D. Jacob. I. 17.

Ibid. — Πειναντι γε μηδεποτ' ενθης.] Finem verſiculi ita exhibent Vaticani quidam.

—— Πειναντι γε ΜΗΔΕΠΟΘ' ἫΚΟΙΣ. *Vel* ποχ'.

Reſcribit Heinſius, αντης. c. xxi. Elegantius longe et facilius Caſaubonus, μηδε ποτενθης. c. xvi. Utrum legas, obvio fit ſenſu proverbium. At in utraque emendatione genium vides utriuſque critici.

Ita pranſum denique redeunt, poſt matutinum ſpectaculum apud aulam Ptolemæi editum, garriendo, ſpectando, feſtinando, necdum laſſatæ, Syracuſanæ illæ mulieres, Alexandriæ tamen degentes: maritos ſuos, bonos homines domi rite occupatos, et prandium ſuum diutius expectantes, haud valde faciles habituræ.

IDYLLIUM XVI.

NON eſt poemation in quo plures ſunt Veneres et Gratiæ, quam in hoc quod a Gratiis inſcribitur. In hoc poeta communem cauſam poetarum agit. Heinſ. LECT. Theocr. c. xxii. Vid. Baylæi Diction. HIERO.

In hoc quidem Idyllio, non modo ſuavitatem illam et elegantiam, ſibi maxime propriam, poeta noſter adhibuit; ſed altius inſurgit, et carminis epici majeſtatem cum verbis tum rebus aſſequitur. Falluntur egregie, qui putant hoc carmen ironicam eſſe laudationem Hieronis, regis Siciliæ poſterioris. Quicquid enim hic Theocritus, in prima Idyllii parte, de regum ac principum erga literas humaniores ingratitudine conqueritur, id omne videtur afferri, ut deinceps Hiero commendetur impenſius, et exinde liberalitas ejus et magnificentia clarius eluceat. Atqui futilium grammaticorum, ſatis a ſeipſa, refellitur opinio.

Falſe præterea nonnulla in Argumento carminis hujus de Hierone, regum optimo, iidem quoque grammatici, ſubleſtæ homines fidei, tradidere. Quorum vel verba corrigit, vel rationes evertit, Caſaubonus ad Polybium, Hiſt. V. §. 10. 42. §. 11. 7. p. 128. ſeq. Tom. III. edit. Gronov. Ad quæ nos intendiſſe digitum ſatis ſuperque videatur.

V. 1. Αιει τουτο Διος κουραις μελει, αιεν αοιδοις.] Legitur in Codice Coiſlimiano, Ει τι τουτο. Montfaucon. Bibl. Coiſlin. pag. 518. Idem monet, alium Codicem Coiſlinianum dare, αιει. Ibid. pag. 226. Ει τοι τουτο habet Aldus, et αοιδαις. Eſt αοιδοις, in Vat. quinto, etſi gloſſa, ποιημασι. Calliergus et Stephanus αιει — αοιδοις. Florentina αιεν et αοιδαις. Terſe quidem et nitide legitur, ut hodie, verſiculus: niſi quod ponat comma poſt κουραις, non poſt μελει, Vaticanus quartus.

V. 2. — Ὑμνειν αγαθων κλεα ανδρων.] Achilles in tentorio ſuo, cantu et cithara ſeſe oblectans, apud Iliad. IX. 189.

Τη ὁγε θυμον ετερπεν, αειδε δ' αρα ΚΛΕΑ ΑΝΔΡΩΝ.

Hac [*cithara*] *is animum oblectabat, et canebat* glorioſa geſta viorum.

Ita

Ita et κλεα ανδρων, ibid. v. 520. Quæ nescio annon familiaris apud Homerum versiculi clausura. Mirum est ut poetæ posteriores vel ipsa verba, vel rythmum, Homericorum versiculorum, soleant exprimere. Noster Idyll. II. 13.

Ερχομεναν νεκυων ανα τ' ηρια, και μελαν αἱμα.

Vult ibi, ut jam vidimus ad locum, Cl. Valckenarius, εἱμα, *sepulchrum*. Sed totius versiculi compages et color effingitur ex hoc Homeri, Iliad. X. 298. Ubi Diomedes et Ulysses noctu incedunt,

Αν φονον, αν νεκυας, δια τ' εντεα, και μελαν αἱμα.

Ibidem quoque, v. 496. De iisdem.

Τω δε βαθειη περ τ' εντεα, και μελαν αἱμα.

Cyclops, Idyll. III. 24.

Ω μοι εγω, τι παθω; ——

Ulysses, Iliad. XI. 404.

Ω μοι εγω, τι παθω; ——

V. 4. Αμμες δε βροτοι οἱδε, βροτυς βροτοι αειδωμεν.] Ita legit ac distinguit Scaliger, Emendat. pag. 234.

Αμμες δε βροτοι· οἱ δε βροτοι βροτυς αειδωμες.

Aldina et Florentina, cum Codicibus nonnullis, habent ἀειδοντι. Calliergus et Stephanus, ut nostra. Pessime habent Veneta, 1539. et Brubachiana, 1558. αειδομεν. Quarum tamen suprema affert distinctionem Scaligerianam. Velim hic sensum subjunctivum. "Musæ quidem Deæ sunt; Deæ Deos cantu *celebrant*. Nos vero Mortales sumus: Homines *celebremus* Mortales." Vel in utroque loco, cum Reiskio, suffice subjunctivum.

V. 5. Τις γαρ, &c.] In his certe rationes suas evertit poeta; nec apte cohærent cum prioribus. Illud γαρ officit. Quare legerem,

Τις Δ' ΑΡΑ των ὁποσοι. ——

Ita locus utcunque connectetur. — "Et homines celebremus homines. *Bene et recte illud quidem. Sed quid refert?* Pro carminis accepto beneficio, quis hominum præmium debitum unquam rependet?"

V. 6. Ἡμετερας χαριτας. —] Intellige studia vel Carmina nostra. Bellissima quidem personificatio; quam summa cum proprietate et elegantia poeta longiuscule persequitur, numerisque suis omnibus implet.

V. 9. — Αλιθιην ὁδον ηνθον.] Aldus, insigni variatione, sed ex scriptura Codicis C. Ottoboni.

—— Αλητειην ηνθον.

Omisso ὁδον. Quod et deest quibusdam Vaticanorum. Mavult Reiskius,

Αλητειες,

Αλητειος, ut ſit ab ΑΛΗΤΗΣ, *erro*, *vagabundus*. Deinde ερχεσθαι ΑΛΗΤΕΙΑΝ [ſcil. οδον.] eſt, *ire* vel *iſſe viam erraticam*. Calliergus habet αλιθιην οδον, ſine ηνθον. Hodierna lectio prima conſtitit in Francofurtana illa, Brubachii, 1558. Quam deinceps, ut videtur, occupabat Stephanus. Porro in recentiori Benedictino, et gloſſa Vaticani quarti, ſcribitur αλλοτριαν. Alii dederunt αληθειην, et αλαθιην. Confer Mœrid. Att. V. ηλιθιον. pag. 180. Edit. Pierſon. In ſequenti, pro επι, dat εν Florentina.

V. 12. Ενθ' αυη σφισιν. —] Male certe Mediceus quartus, αυζ. Necnon Vaticani quidam. Aldina, Florentina, et Calliergiana, σφιν. Cum Vaticanis etiam. Stephanus luculenter ut nos. Elegantiſſimum locum ita feliciter interpretatur eruditiſſimus Hemſterhuſius, ad Lucian. Timon. I. Wetſt. p. 115. §. 8. "Ibi Gratiis noſtris aridum eſt minimeque locupletatum domicilium, quum nudis pedibus, nulliſque muneribus auctæ, domum redeunt; inque ciſtæ fundo triſtes ſe recondunt."

Ibid. —Ἱκωντι.] Ita Stephanus. Recte et e Codicibus. Omnes vetuſtiores ediderunt ἱκοντι. Librarii, et antiqui typographi, ſæpe ω et ο permutabant.

V. 13. Τις των νυν τοιοσδε; Τις ευ ειποντα φιλασει;] Impeditiora hæc forte. Ita ſi videatur, age, verſiculum, meo periculo, relege et interpunge,

Τις των νυν τοιοσδε, ὉΣ ευ ειποντα φιλασει;

"Quis enim eſt hodiernorum hominum, QUI poetam amat?" Haberi tamen, bono ſenſu, poſſet alterum illud τις. Nec ineleganter quidem.

V. 14. — Επ' εργοις. —.] Unus Mediceorum dat εργμασι. Cum duobus etiam Vaticanis. Et recentiori illo Benedictino.

V. 16. Πας δ' ὑπο κολπω χειρας εχων. —] Dicebantur ὑπο κολπω χειρας εχειν, id eſt, manum ſub ſinu tenere, οι μηδεν αποδιδοντες, qui nihil quicquam largiebantur. Heinſ. LECT. Theocr. c. xxii.

Ibid. — Οισεται. —] Ita Calliergus et Stephanus: cum det αυξεται Aldus. Qui deinceps habet αρχυρος pro αργυρον. Utrumque in Codice C. Ottoboni. Αυσεται tres Vaticani.

V. 18. Αλλ' ευθυς μυθειται, απωτερω η γονυ κνημα.] Ita Stephanus exhibuit verſiculum. Vitioſe libri fere omnes antiquiores. Idem valet proverbium quod apud Latinos, "*Proximus* egomet ſum mihi." Vide Not. ſeq. Aliter longe locum vidit et intellexit Reiskius.

V. 18. — Απωτερω η γονυ κνημα.] Vide M. T. Ciceron. Epiſt. L. XVI. 23. Ibidemque Manutium. Refer et huc proverbium apud Athenæum, Γονυ κνημης εγγιον. IX. 383.

V. 19. — Θεοι τιμωσιν αοιδους.] Quod diceremus Anglice, "*Let* Providence *take care of them*." Deinde ſubjicit, "Quis vult, vel ferre poteſt, alium et novum aliquem poetam poſt Homerum? Poetarum ſatis eſt. Solus ille quidem ſufficit." Attico ſale defricat Theocritus noſter divites et primarios viros, ſed illiberales et frugi, tritis illis et frivolis ratiunculis utentes, quo minus poetis ex merito benefacerent.

V. 20.

V. 20. Τις δε κεν αλλου ακουσαι; αλις παντεσσιν Ὁμηρος.] Ita optime versiculum Calliergus constituit. Sint qui Florentinam malint et Aldinam.

Τις δε κεν αυθις ακουσαι αλλου· πανθεσσιν Ὁμηρος.

Partim e Codicibus.

V. 23. — Ἀδε. —] Ita Calliergus ac Stephanus. Vel ὡδε, cum Aldina, et Stephani margine, tuto legas. Quodque magis, cum tribus quoque Vaticanis, et Mediceo, notat. 37.

V. 25. — Ευ ερξαι πιων. —] Schottus ρεξαι memorat, e Codice Toletano. Observat. p. 98. Mavult Cl. Valckenarius πηων. Animadv. ad Ammon. pag. 188. Quod est in Benedictino recentiori.

V. 28. — Εθελοντι. —] Ita dedit Commeliniana nostra, pro communi εθελουσι, contra veteres. Bene Aldus εθεληντι. Stephanus affert e Florentina εθελωντι. Reponerem,

———— Επαν ΕΘΕΛΟΝΤΑ νεεσθαι.

"*Volentem* abire." Reiskius conjecit εθελῃ τις νεισθαι, vel νεεσθαι. Unde et hanc lectionem facile possit aliquis eruere:

———— Επαν εθελῃ ΤΙ νεεσθαι.

Subintellige vero δια ante τι. Eleganti Græcismo. Et sic ab Aldina lectione, ne literula quidem, discedimus.

V. 30. Οφρα κε κ᾽ ειν. —] Ita Aldus et Calliergus. Cl. Valckenarius vult και ειν. Phœniss. Eurip. v. 277. Quomodo Stephanus, ut et quidam Codices. Nonnullæ dant editiones εσθλα, pro εσθλος, in fine versiculi.

Ibid. — Ειν αϊδαο κεκρυμμενος. —] Lepide satis in hac phrasi lusit Thyillus, Antholog. III. xii. 12. In Saltatricem sepultam.

———— ΚΕΥΘΕΤΑΙ ἉΔΗι,
Ἡ το πριν στεφανων ανθεσι ΚΡΥΠΤΟΜΕΝΗ.

———— Occultatur inferno,
Quæ prius coronarum floribus occultabatur.

V. 31. Μηδ᾽ ακλεης μυρηται επι ψυχρου. —] Aldus μυρεαι, cum Codicibus. Calliergus μυραι, Stephanus ut nos. Commode monet Vimariensis annotator apud Reiskium, si μυρηαι probum sit, legendum, επι ΤΟΥ ψυχρου.

V. 32. — Μακελα τετυλωμενος ενδοθι χειρας.] Lucianus, Somn. I. Wetst. pag. 8. §. 6. Τω χειρε τυλων αναπλεως. *Manibus callo plenis.* Intelligit poeta, homines inglorios ac viles, artem laboriosam exercentes, quibus manus ex assidua opera callum contraxerunt. Ut fossoris, tractando ligone.

V. 33. Δεινην. —] Reiskius vult αχην, e Florentina et Stephani margine. Habent Vaticani ευχην. Et alii. Monet Schottus esse in Toletano Codice ουλην. Observat. p. 98. Reponas et δειλην.

V. 34. Πολλοι εν Αντιοχοιο δομοις, &c.] Aleuadæ et Scopadæ quorum poeta meminit, hodie e memoria hominum pœne ſunt exempti; poſtquam Simonides, Euphorion, et alii, qui de eorum laudibus et rebus geſtis ſcripſerant, interiere. Tamen ex Herodoto, &c. ſatis conſtat, fuiſſe eas familias, quæ privatis opibus quondam in Theſſalia, et vicinis inſulis, late imperitarunt. Sed Aleuadarum quidem nomen illuſtrius. Scopadas nihil fere nobilitat æque ac ruina illa domus ipſorum; cui miraculo exemptus Simonides: Scopas, cum omnibus qui aderant, obrutus. Vid. Quintil. XI. 2. Caſaubon. Lect. Theocr. c. xvii.

Vide Fragmenta Callimach. LXXI. Bentl. Bene de Aleua, eorumque poſteris, diſſerit Valeſius ad Harpocrationem, V. ΤΕΤΡΑΡΧΙΑ. pag. 75. edit. Lugd. Bat. Confer et Caſaubonum ad Athen. Animad. Lib. VII. c. iv. pag. 483. 33.

V. 35. Αρμαλιην εμμηνον.—] Intellige *Demenſum*, ſive portionem menſtruam, juxta Caſaubonum, c. xvii. Antiqui ſervis ſuis metiri ſolebant certum modum frumenti, ſingulis menſibus. Æſtimat poeta veterum horum Theſſalicorum opes et magnificentiam, a ſervorum multitudine qui cibum capiebant in eorum domibus, et infinito vitulorum, boum, oviumque numero, quos in ſtabulis et campis alebant. In quibus præcipue conſtabant antiquiorum principum Orientalium divitiæ.

V. 36. — Σκοπαδαισιν. —] Vide Reiskium in hunc locum; docte probantem, Dores eos nominativos plurales in ες formare exeuntes, qui alias in αι exeant, et ſint primæ declinationis.

Ibid. — Σακον.] Mediceorum quartus σακυς. Qui facit hic cum Vaticanis, et Benedictino altero.

V. 37. — Κεραοισιν. —] Ni vox ea generis, hic loci, ſit communis, vult Reiskius κεραασιν. Nam βοες ſunt vaccæ.

V. 38. — Αμπεδιον —] Ita primus Stephanus. Vetuſtiores αμ πεδιον, ut Vaticani. Vid. v. 92. infr.

V. 39. — Κρεωνδαις.] Solus Aldus, aperto vitio, Vaticanis et aliis utcunque conſentientibus, Κλεωναις. Vid. Schol. ad v. 36. ſupr.

V. 40. Αλλ' ου σφιν. —] Hæc adumbrata ſunt ex Pindaro, Olymp. X. 106.

> Επει πλουτος ο λαχων ποιμενα επακτον αλλοτριον,
> Θνασκοντι στυγεροτατος.
> Και οταν καλα εϱξαις, αοιδαις ατερ,
> Αγησιδαμ', εις Αϊδα σταθμον
> Ανηρ ικηται, κενεα πνευσαις,
> Επορε μοχθω βραχυ τι τερπνον.
> Τον δ' αδυεπης τε λυρα,
> Γλυκυς τ' αυλος, &c.

Alioqui

Alioqui divitiæ ſortituræ diſpenſatorem adſcitium alienum,
Morienti odioſſimæ ſunt.
Et quando pulchra operatus, abſque cantione,
Ageſidama, ad Plutonis limen
Vir veniat, inania poſtquam ſpiravit laborans,
Præbuit labori breve quid jucundum.
Tibi vero dulciſonaque lyra,
Dulciſque fiſtula, &c.

Eodem et argumento luſerunt recentiores. Hor. Od. Lib. IV. ix. 22. Et Tibull. L. I. El. iv. 55. ſeq. Tres poetas hic reſpicit Theocritus. Simonidem, ubi tangit Aleuadas et Cranona; Pindarum, ubi equos coronatos, et ſacra certamina: in reliquis vero Homerum, ubi argumenta Iliadis et Odyſſeæ delibantur. Notandum eſt tamen, epinicia, eandemque cum Pindaro materiam, tractaviſſe Simonidem. Unde ſcilicet a Pindaro vapulabat; ut patet e Scholiaſt. ad Olymp. II. 158. Ubi neoterica tamen ſcholia Bacchylidem notari volunt. Celebrantur etiam Αλευα παιδες apud Pindarum, Pyth. X. 10. Simonidem ſolum, non Pindarum, forte credas hic intelligi.

V. 41. — Στυγυς Αχεροντος.] Lepida quidem eſt conjectura Lambini ad Horatium, legentis στυγνοιο Χαροντος. Ad Od. L. II. 3. Sed ſyllabis bene currentibus non ſtudet noſter. Vide et ſupr. v. 31.

V. 42. — Τα πολλα και ολβια τηνα λιποντες.] Habuit in animo poeta noſter epitaphium Sardanapali. Quod notiſſimum prætereo, nec primus indico.

V. 44. — Δεινος. —] Dat Mediceorum quartus, cum tribus Vaticanorum, κεινος.

Ibid. — Αιολα φωνεων.] Ita corrigendum ſtatuo, locumque proponendum:

Ει μη δεινος αοιδος, ο Κηιος ΑΙΟΛΟΦΩΝΟΣ,
Βαρβιτον ες πολυχορδον, εν ανδρασι, &c.

Epithetum ſane non indignum Simonide; qui variis numeris, et diverſis argumentis, ſuaviſſime ludebat. Eadem ipſa voce utitur Oppianus, Halieut. I. 728.

———— ΑΙΟΛΟΦΩΝΟΣ αηδων.

———— Luſcinia *varia voce canens.*

Ne novum prorſus vocabulum procudiſſe videar. Amat iſtiuſmodi quaſi nova Compoſita Theocritus. Quin et alibi, in ejuſmodi compoſitum adhibuit hanc ipſam vocem ΑΙΟΛΟΣ. Sic nempe, habes ΑΙΟΛΟΠΩΛΩΣ Καστωρ. Idyll. XXII. 34. ΑΙΟΛΟΜΗΤΑΣ θεος, vel ΑΙΟΛΟΜΙΤΡΑΙΣ Περσαις, XVII. 19. Sed frequentia ſunt, apud Græcos ſcriptores iſta compoſita, facta cum voce, ΑΙΟΛΟΣ. Ut Αιολοβροντης, Pind. Olymp. VIII. 64. Αιολομορφος, Αιολοτροπος, &c. Necnon ſæpe in partem poſteriorem compoſiti accedit

accedit illud ΦΩΝΟΣ. Ut Ἱμεροφωνων, Idyll. VIII. 7. γλυκυφωνος, XV. 146. Ἁδυφωνος, Athen. IX. p. 392. Μελιφωνος, Anth. I. lxvii. 9. Παμφωνος, Pind. Pyth. III. 29. Μεγαλοφωνος, &c. Huic epitheto geminum germanum eſt quod legitur Epig. IV. 20.

Κοσσυφοι αχευσιν ΠΟΙΚΙΛΟΤΡΑΥΛΑ μελη.

Merulæ modulantur varie ſonora *carmina.*

Age vero, ſi placet, ita legamus, et contextum diſtinguamus.

——— Ὁ Κηϊος, ΑΙΟΛΟΦΩΝΕΩΝ

Βαρβιτον ες πολυχορδον, εν ανδρασι, &c.

"DIVERSIMODE-SONANS ſuper barbitum multis chordis inſtructum, &c." Niſi Verbum ita compoſitum forte videatur audacius. Attamen ita textum receptum quam leviſſime turbamus. E Vaticanis etiam legitur clare pro γλυκυφωνος, ΓΛΥΚΥΦΩΝΕΙ, Idyll. XV. v. 146. Vid. Anth. IV. xvi. 3. ver. 3.

V. 45. Εν ἀνδρασι θηκ.'—] Vide quæ dixi ad Idyll. I. 51. Eodem præterea refer, quod habetur in epigrammate erotico Philodemi, Anth. Ceph. L. III. Carm. 316.

Τουνεκ' εν ευπηκτοισι καθημεθα.'———

Propterea ſedebamus in rebus ſecundis.———

Quæ gemina germana eſſe Theocriteo illi Επι ξηροισι καθιξη, contendit Reiſkius, ad Miſcell. Leipſ. IX. i. pag. 138.

V. 46. — Τιμὰς. —] Elegantius forte leges τιμᾶς.

V. 47. Οι σφισιν ἐξ ἱερων στεφανηφοροι, &c.] Aldus σφιν. Cum Codicibus. Reliquæ σφισιν. Vid. Not. v. 12. ſupr. De equis coronatis in ſacris Græciæ certaminibus, vide Spanhemium ad Callimach. Hymn. in Cerer. v. 110. Porro qui vincebant in certaminibus, familiare, puto, στεφανηφορους nominare fuit. Hinc eadem vox refertur ad equos. Anthol. I. xxxiii. 25. Leontei. De equo in Nemeis olim celebri.

Ὁς πριν επ' Αλφειω ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ, ωνηρ, ὁ το πριν
Διοσακι κηρυχθεις Κασταλιον παρ' ὑδωρ, &c.

Qui prius ad Alphæum coronatus, *O vir, qui prius*
Bis proclamatus ad Caſtalias aquas, &c.

Confer Homeri Iliad. IX. 124.

V. 48. Τις δ' αν αριστηας Λυκιων. —] Videlicet Sarpedonem et Pandarum, carminibus Homeri ſatis illuſtres.

V. 49. — Θηλυν απο χροιας Κυκνον.—] Cycnum colore candidum intelligit Heinſius, c. xx. Qui vult, απο χροιας idem valere, quod κατα χροιαν. Ut Idyll. XIV. 68. Γηραλεοι απο κροταφων. Sc. κατα κροταφους. Vide Græcos interpretes. Idem memoratur in Iliade.

V. 54.

V. 54. — Εσιγαθη δ' αν υφορβος.] Ita Aldina. Calliergus, δ' ὁ συφορβος. Cum Vaticano, ut videtur, nono.

V. 55. — Φιλοιτιος. —] Reponere poſſis Μελανθιος. Vid. Idyll. V. 150.

V. 60. — Αιονι κυματα μετρειν.] Ita Stephanus. Expreſſit Aldus, et Calliergus, αἰονι, triſyllabice. Quod verum puto; eſtque ex Codicum auctoritate, ſaltem Vaticanorum. Similiter Virgilius, Georg. II. 107.

> Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus,
> Noſſe quot Ionii veniant in littora fluctus.

Ego, pro κυματα μετρειν, relego,

> ——— Κυματ' αριθμειν.

Quamquam ſciam hoc eſſe ex idiomate Græco; ſenſu tamen paululum diverſo. Epigram. apud Wolf. Sapph. p. 253.

> Τυφλα δ' ὁπως ναυηγος εν οιδματι ΚΥΜΑΤΑ ΜΕΤΡΩΝ
> Δινευμαι. ———

Quod quidem Carmen male legitur in Codice Pariſiano Anthologiæ Cephaleæ, cum alio Diſticho præfixo, viz. Ειαρινῳ λειμωνι πανεικελος, ω Διοδωρε, &c. Eſt et ibi L. I. Carm. 129.

V. 62. Η υδατι νιζειν θολεραν ιοειδεi πλινθον.] Aldus dedit και υδατι. Non male, cum Vaticanis. Florentina et Calliergus ἀδιοειδεi. Sed habes ιοειδεα ποντον, apud Iliad. XI. 298. Et κρηνην ιοειδεα, Heſiod. Theog. 3. Epitheta ſunt aquæ. Correxeram olim, nec hodie muto factum.

> Η υδατι ΛΙΑΡΩι νιζειν ΙΟΕΙΔΕΑ πλινθον.

> *Aut unda* tepida *lavare* nigrum, rubiginoſum, *laterem.*

Ex hoc Homeri, Iliad. XI. 829.

> Νιζ' υδατι λιαρῳ. ———

Vel per V. ιοειδεα, poſſis intelligere naturalem lateris, aut tegulæ, colorem. Porro θολερος eſt proprie *turbidus*, nec eam impuritatem rite ſignificat quæ περι τȣ πλινθȣ prædicatur. Heſychius, ΘΟΛΕΡΟΣ. ταραχωδης. Vel legas hic, ΘΑΛΕΡΩι υδατι. *Aqua* PELLUCIDA. Ut interpretatur eam vocem Pergerus ad Heſychium, V. ΚΑΡΑΔΟΝ. Quæ neſcio annon veriſſima lectio ſit. Hujus proverbii ſenſum, ſatis apertum, declarat Brodæus, Miſcell. II. 28. Ad rem Meleager, in inedito epigrammate: quod in lucem proferam, doctis viris emendandum. MSS. Anthol. C. Ceph. L. I. Carm. 135.

> Παυετε, παιδοφιλαι, κενεον πονον, ισχετε μοχθων
> Δυσφρονες· απρηκτοις ελπισι μαινομεθα.
> Ισον επι ψαφαρην αντλειν ἁλα, κ' απο Λιβυοσης
> Ψαμμȣ αριθμητην αρτιασαι ψεκαδα·

Ισαν και παιδων στεργειν ποθον, οἱς το κεναυχες
Καλλος ενιχθονιοις ἡδυ, και αθανατοις.
Δερκεσθ' εἰς με παντες· ὁ γαρ παρος εις κενον ἡμαρ
Μοχθος επι ξηροις εκκεχυτ' αιγιαλοις.

Ubi lege in penultimo, ἡμων pro ἡμαρ. Confer et Pindarum, Olymp. XII. 64. Apollon. Rhod. IV. 216. Iliad. XI. 385. Lucian. Amor. Wetst. II. p. 398. §. 1. Qui addit, Πυκνας απ' ερανε νιφαδας. *Crebros nivis* floccos. Denique Carmen Anacreonticum, xxxii. v. 3.

V. 63. Και φιλοκερδειη βεβλαμμενον ανδρα παρελθειν.] Non mihi valde arridet illud παρελθειν. Quod si locum occupare patiaris, idem necesse est significet cum προσελθειν. Sc. *Adire, convenire.* Forte mecum viri docti et candidi nullas lites movebunt, si nova lectione hunc versiculum protinus instauravero.

Και φιλοκερδειη βεβλαμμενον ανδρα ΠΑΡΕΙΠΕΙΝ.

"Hominem avaritiæ ictu percussum ADMONERE, PERSUADERE." Calliergus dat βεβλημμενον. Sed debuerat alterum illud μ delevisse. Habet Aldina, φιλοκερδη και βεβλαμμενον. Stephanus etiam agnoscit βεβλαμμενον. Cujus vocis ut literarum vestigia retineamus, etiamnum refici fortasse possit iste versiculus, et ita denique legi.

Και φιλοκερδειη ΒΕΒΙΑΣΜΕΝΟΝ ανδρα ΠΑΡΕΙΠΕΙΝ.

Sic saltem sensum servabimus interpretis Latini vulgaris, Sc. "OPPRESSUM avaritia." Atqui fortius aliquid significat ea vox. Hesychius, ΒΙΑΖΕΤΑΙ. βιαιως κρατειται. Reddas Anglice, "*Taken captive* by Avarice." Vid. Div. Matth. Evangel. XI. 12.

V. 64. — Ὁστις τοιος —] Codex quartus Mediceus ὁς τοιετος. Quomodo Vaticani.

V. 65. Διζημαι δε τινι θνατων, &c. —] Ita hunc locum juxta Aldum et Calliergum distinguo, et ex Vaticanis et Florentina luculenter emendo.

Διζημαι Δ' Ὡι ΚΕΝ θνατων κεχαρισμενος ενθω
Συν Μοισαις· χαλεπαι γαρ ὁδοι τελεθεσιν αοιδαν,
ΚΟΥΡΑΩΝ απανευθε Διος, μεγα βελδοντος.

Sc. "Nunc autem quæro Patronum, cui gratus accedam cum Musis: Difficiles enim sunt viæ, sive rationes, carminum, nec ea bene succedent, sine Filiabus illis Jovis." Vid. v. 107. inf. Illud δ' ῳ κεν est vel e Vaticanis, vel e Mediceo quarto; et κεραων e Florentina. Si legas Μεσαων, subaudias θυγατρων. Proverbiale quiddam in illis χαλεπαι ὁδοι subolet Heinsius, c. xxii. Quod illi, quibus sunt nares emunctæ, forte persentiscent. Primus hunc locum turbasse videtur Stephanus.

V. 70. — Διος μεγα βελδοντος.] Ita Calliergus et Stephanus, cum Vaticanis. Aldus μεγαλε βασιληος, cum Vaticanis etiam, et Ottoboni Codice. Sed

Sed hodiernam lectionem citat Eustathius ad Hom. Iliad. I. p. 75. sub fin. Edit. Roman. Inter alios Dorismos in Theocrito emendandos, vult Spanhemius semper legi debere βωλα pro βωλα. Atque hic ergo βωλωοντος. Ad Hymn. in Cerer. v. 33.

V. 72. Πολλοι κινησουσιν, &c.] Sc. "Etiamnum novi victores erunt in certaminibus, poetis celebrandi."

V. 73. — Αοιδου.] Ita Calliergus et Stephanus. Forte elegantius. Aldina, et quartus Mediceus, cum Vaticanis, agnoscunt αοιδη. Quod accipit Reiskius pro εν ωδη, aut προς ωδην. Scribe, si licitus sit genitivus,

Εσσεται ουτος ανηρ ος ΕΜΗΣ κεχρησετ' ΑΟΙΔΗΣ.

V. 76. Ηδη νυν Φοινικες, &c.] Miror equidem criticorum neminem hactenus, huc retulisse decantatum locum Virgilii. Æn. VI. 799.

Hujus in adventum, jam nunc et Caspia regna
Responsis horrent divum, &c.

In quibus, ad verbum redditur V. ερριγασι, v. 77. Jam vero sicut Augustum vetustis heroibus, Herculi et Baccho, Virgilius, v. 802. 806. subinde comparat; ita Theocritus noster Hieronem, mox bello rebus præclare gestis æquaturum præcinit Achillem aut Ajacem, v. 74. supr.

V. 77. — Ερριγασι.] Cum gemino sigmate dant Aldus et Calliergus, ut in C. Ottoboni Codice. Stephanus ut nos. Mediceus quartus, cum Vaticanis, habet ερριγαντι.

V. 81. — Ἱππειαι δε κορων σκεπασουσιν εθειραι.] Ita citat hunc locum Eustathius, ad Homeri Iliad. III. p. 421.

——— Ἱππειαι κορυν σκεπασασαι εθειραι.

Sed omnia sunt recta. Falso citabat a memoria, quod sæpissime fecit, Eustathius.

V. 84. Ειλαχας. —] Ita dedit Heinsius in Commeliniana. Alii ειλιχας, ειληχας, εληχας. Conf. Idyll. VII. 103. Et Valcken. ad Herod. vii. p. 535.

V. 85. — Εκ νασοιο. —] E Sicilia insula. Vide scholia.

Ibid. — Κακαι πεμψειαν αναγκαι.] Quod Aldus habet, et post eum Stephanus. Calliergus, puto melius, et e Codicibus, κακα αναγκα. Inter utramque lectionem viam teneamus, et ita locum reficiamus.

——— ΚΑΚΑΙΣ πεμψειαν ΑΝΑΓΚΑΙΣ.

V. 68. — Αγγελεοντας.] Ita Aldus et Stephanus. Αγγελλοντας Calliergus et margo Stephani, cum Vaticanis.

V. 87. — Αριθματους. —] Pro *Paucis* eleganter poeta usurpat. Horatius, "NUMERABILIS *utpote parvus*. Alii Græci ευαριθμητος. Sed omnium elegantissime Hebræi, qui paucitatem indicaturi dicunt, *Erat numerus*. Ut Genes. xxxiv. Isai. x. Casaub. LECT. Theocr. c. xvii.

Adhibe

Adhibe Statium Theb. III. 163.

Numerandaque funera paſſi. ———

V. 88. — Ναιοιντο. —] Ναιοιτο dat Florentina.

V. 89. — Ελωϐησαιντο καἰ' ακρας.] E Codice Mediceo, [notat. 37.] Cl. Salvinius eruit καταικρως. Ex Sched. MSS. S. Amandi. Forte καἰακρας.

V. 90. Ἁι τ' αναριθμοι, &c.] Eximia Pacis deſcriptio per effectus pulcherrime ſelectos, et maxime poeticos: ſumma tamen cum ſimplicitate. Legit Aldus ηδ' αναριθμοι. Mallem potius,

——— ΑΛΛ' αναριθμοι.

V. 92. Αμπελιον.] Vid. Not. ad v. 38.

V. 93. — Σκιπναιον επισπευδοιεν. —] Κνιψ, juxta ſcholia, eſt vermiculus valde tardus et iners. Vel potius Σκνιψ, ut in Heſychio. Unde σκνιπαιος, *tardus*. Intellige, "Viatorem tardiuſcule reptantem et ceſſantem." Ea quidem eſt lectio Aldinæ, Florentinæ, et marginis Stephani. Sed habent Calliergus et Stephanus σκιπναιον. Sc. "Tardum, qui *baculo innitens*, incedit." Utram mavis, accipe lectionem. Utramque ſane confundunt Scholiaſtæ. Dedit Aldus επισπευδειεν.

V. 95. Ποιμένας ενδιυς. —] Vide Not. ad Idyll. VII. 19. Quibus hoc adjicio ex Oppiano, Halieut. IV. 315.

ΜΗΚΑΔΑΣ, εν δινῃσι λοεσσαμενας ἁλιῃσιν,
ΕΝΔΙΟΥΣ. ———

Capellas, *in verticibus lotas marinis*,
Apricas. ———

Porro Calliergus et Florentina dant ενδιυς. Cum gloſſis Vaticanorum. Stephanus ut hodie. Vid. ad Idyll. XXII. 22. Dedit Aldina ενδιος, ſingulariter. An ut *meridiana* ſit cicada? Quod eodem redit. Nonnulli Codd. ενδια.

V. 96. Αχἑ εν ακρεμονεσσιν. —] De clara et arguta voce cicadæ, jam ſupra dixi. Hinc, inter fabulas Æſopo perperam tributas, æſtivo cantu ſuaviter oblectans otium ſuum, inducitur cicada: juxta quam, ſolerter hyemi proſpiciens, operam ſedulo formica faciebat. Eam vero fabulam, nomine ΛΟΓΟΥ ΜΥΘΙΚΟΥ, narrat in Epiſtolis, ab Aldo primum editis, Theophylactus Simocatta, pag. 412. Edit. Aurel. Allobrog. Epiſtol. Gr. Quod forte non incommode poterat adhibuiſſe præſtantiſſimus Bentleius, ubi ſpurias eſſe fabulas, quæ circumferuntur, Æſopicas, et ab aliquo Scholaſticorum concinnatas, eximie ſuoque more probat. Floruit iſte Theophylactus circiter annum Chriſti 612. Sub imperatore ſcilicet Heraclio, genere Ægyptius. Vid. Photii Bibliothec. Cod. LXV. Idem recitat fabulam Theophylactus, de Graculo plumas alienas induto. Ibid. pag. 406. Neſcio tamen an apud ullum ſcriptorem Theophylacto priorem, ſatis utcunque

utcunque recenti, fabula DE FORMICA ET CICADA legatur hodie. Nisi quod ejusmodi apologiam breviter attigerit Apthonius sophista, fab. 1. pag. 322. Ad calc. Fab. Æsop. edit Nevelett. 1610. Ubi vide fab. Æsop. CXXXIV. pag. 197. Ingeniis sophistarum rhetorumque multum conveniebant hujuscemodi commenta; quibus et scripta sua, tanquam flosculis, exornabant. Porro, ne plura in hoc argumento satis obvia congeram, neutram harum fabularum citat Theophylactus noster ut Æsopicam.

Ibid.— Αραχνια δ' εις όπλ' αραχναι, &c.] In suavissimo Bacchylidis, antiqui lyrici, de Pace fragmento, cui nec ista Siculi nostri cedunt, idem legas. Stobæi Florileg. edit. H. Grotii. Tit. LV. pag. 209.

> Εν δε σιδαροδετοισι πορπαξιν αιθαν αραχναν
> Ιςοι πελονται.——
>
> *In ferreis fibulis atrarum aranearum*
> *Telæ fiunt.*——

Commode conferantur et huc alia plura sub eodem titulo carmina. Vide sis et Tibull. Lib. I. El. xi. 45. Nostrum Nonnus, ut solet, imitatur, Dionys. Lib. XXXVIII. v. 13.

> ——Εκειτο δε τηλοθι χαρμης
> Βακχιας εξαετηρος ΑΡΑΧΝΙΟΩΣΑ βοειη.
>
> ——*Jacebat vero procul a bello*
> *Bacchicum sex annorum* telas aranei contrahens *scutum.*

Pulcherrime, ut omnia quidem, ex eadem circumstantia describit Homerus solitudinem Thalami Ulyssei. Odyss. XVI. 34.

> ——Οδυσσηος δε που ευνη
> Χητει ενευναιων κακ' αραχνια κειται εχουσα.
>
> ——*Ulyssis certe quidem cubile*
> *Penuria incubantium malis araneis jacet obsitum.*

Quæ, Græcorum fidus interpres, imitatus est Propertius. L. III. 5. 33.

> Putris et in vacuo texetur aranea lecto.

Conferatur Æschylus, Agamemn. v. 1501.

V. 99.—————— Πλατυ τειχος
Ασφαλτω, &c.—] Ovidius, Metam. IV. 57.

> ——————Ubi dicitur altam
> Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.

Vide scholia. Porro de latitudine hujus muri, portentosum lusum commentus est Paulus Silentiarius, Anth. Ceph. L. III. Erotic. Carm. 377.

> ——Σεμιραμιδος γαρ εκεινο
> Τειχος εμοι δοκεει λεπτον υφασμα σεθεν.

—— Semiramidis enim hoc
Murus videtur mihi tenue tuum indusium.

Verecundius, eundem fere lusum ludens Lucianus. Dial. Meretr. Wetst. III. pag. 308. Dial. XI. Και τελος διετειχιζες το μεταξυ ἡμων τῳ ιματιῳ, δεδιως μη ψαυσαιμι σε. *Et tandem, quasi murum inter nos quendam veste fecisses, metu, ne forte te attingam.* Paulo subinde Αφῃρησθω μεν ηδη το ΔΙΑΤΕΙΧΙΣΜΑ, &c. pag. 310.

V. 102. — Πασι μελοι. —] Stephani est. Aldus πασιν ἡκοι. Calliergus πασιν ἱκοι. "Bene *eveniat.*" Quod verum est: et Codicibus probis innixum.

V. 104.] Forte, θυγατρες, ʽΑΙ ΤΟΝ Μινυειον. Ita Aldus exhibet, et solus, hunc versum. Partim ex Vaticanis.

Ω Ετεοκλειοι θυγατρες θεαι, τον Μινυειον.

Reliquæ, ut nos, omnes. Nisi quod iterum, pro τον, Florentina det ω. Forte Χαριτες irrepsit in textum; declaratio τε Ετεοκλειοι θυγατρες. Ut existimat Cl. Salvinius apud Sched. MSS. S. Amand. Porro Gratiis templum primus statuit Eteocles Orchomeni. Strab. IX. Orchomenum vero vocat Thebanis odiosum, quod Orchomeniis olim vectigales Thebani. Vid. Dausqueii Adnot. ad Q. Calabri Paralip. V. pag. 107. edit. 1603. Han. Et Casaubon. ad Strabon. pag. 78. ad Pag. cccxiv. edit. Par. Apud Nonnum vocantur Charites Χορητιδες Ορχομενοιο. Dionys. L. XXXI. p. 796. v. 4. Necnon XXXIV. p. 844. v. 21. Et XLI. p. 1064. v. 29. Adhibe et Pindarum, Olymp. XIV. 4. et epigramma Anth. Ceph. apud Pierson. Verisimil. pag. 96. At Anth. IV. xviii. 40.

V. 106. — Μιμνοιμι κεν. —] Aldus et Florentina μιμνοιμι, cum Vaticanis.

V. 108. — Τι γαρ Χαριτων αγαπητον
Ανθρωποις απανευθε; —] Confer Lucretium, I. 24. Pindarus ad Gratias, quam venustissime. Olymp. XIV. v. 7.

Συν γαρ ὑμιν τα τερπνα και τα γλυκεα,
Γινεται παντα βροτοις·
Ει σοφος, ει καλος, ει τις αγλαος,
Ανηρ. ————

Nam per vos, jucunda et dulcia,
Existunt omnia mortalibus:
Si sapiens, si pulcher, siquis splendidus,
Sit vir. ————

Denique, hoc Idyllium videtur respexisse Ovidius, Epist. ex Ponto, L. IV. Conferas et Pindari Pyth. I. 179.

IDYLLIUM XVII.

IN hoc carmine, ſicut in ſuperiori, ſublimioribus argumentis, et heroicæ Muſæ, parem ſe teſtatur Theocritus. Non hic, inani verborum ſtrepitu, ſpecioſoque quodam conceptuum ſplendore, prædicatur Ptolemæus, ſed potius a rebus commendatur; non iis effertur laudibus, e medio petitis, quæ regi magnifico communiter adhiberi ſolent, et panegyricorum ſunt omnium. Ab antiquiſſimis temporibus, poetas ad quæſtum Muſas contuliſſe patet. Victores in ludis Græciæ publicis, non niſi certa et conſtituta mercede, Pindarus celebrabat. Hujuſmodi etiam in Reges ENCOMIA pretio elaborata fuiſſe crediderim. Diu viguit iſte mos in aula Conſtantinopolitana; ubi conducebantur poetæ, qui condendis carminibus, iiſque Imperatori feſtis præſertim diebus in publicum prodeunti porrigendis, operam locarent. Eandem quoque rationem, Regem carmine laudandi, in Ptolemæi aula obtinuiſſe credo: cujus officii partes, ut quidem par erat, hic deferuntur Theocrito. Nihilominus tamen, laudabilem hanc regum ac magnatum liberalitatem jam tum ſuo tempore refrixiſſe queritur, in Idyllio præcedenti, poeta noſter. Veruntamen hæc illis ſcripſi, qui putant hoc carmen eſſe Theocriti noſtri. Ut fatear quod ſentio, non habet ſimplices illas et elegantes gratias, quas, quod modo præceſſit, Encomium: non ſuavitatem illam, auſteram et ſolidam, quam quærimus in Theocrito. Stylus eſt hujus Encomii laxior et apertior. Eſt ſane magnifica deprædicatio Ptolemæi; ideoque Callimachum mihi magis ſapere videtur.

De poetis illis ENCOMIASTICIS vide quæ notavimus ad Car. 633. Anthologiæ Reiskianæ. Interpretat. Latin. pag. 223. Edit. Oxon. 1766.

V. 1. Ἐκ Διος, &c.] Quomodo Virgilius, Ecl. III. 60. Ab Jove, &c.

V. 2. — Ἀιδωμεν. —] Ita Stephanus. Aldus et Calliergus, cum Codicibus, ἀειδωμεν. Potes reponere,

——— ΑΙΝΩΜΕΝ ἀοιδαις.

Quæ vox eſt hymnologorum, ni fallor.

V. 4.

V. 4. — Προφερεστατος. —] Legitur in Stephani margine προφιλεστατος. Quod non eſt in textu veterum librorum. Προφερεστερος eſt Vaticani noni, necnon recentioris Benedictini. Apollonius Rhod. III. 465.

Φθισεται ηρωων προφερεστατος, ηε χερειων.

Pereat præſtantiſſimus heroum, ſive deterrimus.

V. 7. — Ανηρ υλητομος ελθων.] Homerica plane formula. Iliad. XI. 86.

Ημος ΔΡΥΟΤΟΜΟΣ περ ΑΝΗΡ ωπλισατο δορπον
Ουρεος εν βησσησιν. ————————

Quandiu frondator *præparavit prandium*
Montis in convallibus. ————————

V. 8. Υμνησαιμ᾽ —] Sc. "Tali proſequar honore Ptolemæum, qualis diis ſolis convenit. Hymno illum celebrabo." Hymnis enim, poeſeos antiquiſſimo genere, deorum laudes continebantur.

Ibid. — Υμνοι. —] Aldus, cum Codice uno atque altero, legit υμμες. Sed noſtra, quæ et probatiſſimorum eſt librorum, necnon in gloſſa Vaticanorum, certe vera eſt lectio. Vide Spanhem. ad Callimach. Tom. II. pag. 2.

Ibid. — Υμνοι δε και αθανατων γερας αυτων.] Ita et Deos ipſos honore afficere carminibus ſuis ſe credebant antiqui poetæ et hymnographi. Alcæus, non ille vetus, in ſupremo Diſticho epigrammatis inediti, a Cl. Alberti prolato, ad Heſych. V. Ομοφροσυνη.

Ειδ᾽ ετι Μουσαων τοι εγω φιλον ωπασα δωρον,
Γευσαις μοι θειου παιδος ομοφροσυνην.

Corrupta hæc in vocabulo cardinali. Totum edam epigramma ex Codice Bernardino Bibl. Bodl. Eſt autem Anth. Ceph. I. Carm. 68. Ubi recte pro Γευσαις legitur Νευσαις. Quod et contexus indicat.

Ζευς Πισης μεδεων, Πειθηνορα, δευτερον υἱεα
Κυπριδος, αιτεινη στεψον υποχρονια.
Μηδε μοι οινοχοον κυλικων σεθεν αιετος αρθεις
Μαρψαις, αντι καλου, κοιρανε, Δαρδανιδου.
Ει δ᾽ ετι Μουσαων τοι εγω φιλον ωπασα δωρον,
Νευσαις μοι θειου παιδος ομοφροσυνην.

Quod ſi tibi ego Muſarum unquam præbui amabile donum,
ANNUAS *mihi divini pueri amicitiam.*

I. e. "Si tuas laudes unquam carminibus meis celebraverim; ſi te carminibus unquam donaverim: Tu viciſſim mihi, &c." Ita quoque Pariſiani Codicis apographum in eadem Bibliotheca. Ubi aliquis in margine, neſcio an Guyetus, pro Ει δ᾽ ετι legendum monet ει δε τι. Necnon Δωρον explicat, *Hymnum*

Hymnum a me compositum. Ibi et divisim legitur ὑπο χρονια. Unde conjicit idem adnotator ὑπο χρονιῳ. Sed nec locus nec otium patitur, ut pluribus hasce minutias explorem.

V. 10. — Αδην. —] Confer Gisbertum Koen ad Corinthum pag. 148. §. CXXXVI. Inprimis tamen Hesychium Albertianum. Habet noster hanc vocem in compositione, V. αδηφαγον. Idyll. XXII. 115. Confer præterea MOERIDA *Atticistam*, V. Αδηφαγυς, vel potius ibidem viros doctos. Edit. Pierson. p. 88.

V. 13. Εκ πατερων· οἱος μεν εην. —] Aldus μεν οἱος. E Vaticanis, et aliis. Florentina et Stephanus, ut nos. Quod ad Aldinam attinet, μεν, sequente aspirata, et alias, sæpe producitur.

Ibid. — Τελεσσαι μεγα εργον. —] Ita strenuum in agendo, minimeque cunctabundum, quicquid cogitaverit exequentem, laudat Ptolemæum Callimachus, Hymn. in Jov. v. 87.

Ἑσπεριος κεινος γε ΤΕΛΕΙ τα κεν ηοι ΝΟΗΣΗι.

Vesperi ille perficit, *de quibus mane* cogitaverit.

Ita noster inf. v. 15. Οἱος τε νοησαι. Opponuntur hic, ut in illo Callimachi, τελεσαι et νοησαι. Conferendus et huc Homeri versiculus,

Οἱος εκεινος εην τελεσαι εργον τε επος τε.

Quantus ille fuit perficere et opus et verbum.

V. 15. — οἱος τε νοησαι.] "Talis esset ut qui mente conciperet."

V. 18. — Παρα δ' αυτον Αλεξανδρος, &c.] Amici et parentes regum vel principum, qui in numerum Deorum ab ipsis referebantur, θεοι ΠΑΡΕΔΡΟΙ dicebantur. — Horatius adulans Augusto, eum Herculis et Pollucis παρεδρον facit, L. I. iii. 9.

Quos inter Augustus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.

Præcesserat enim,

Hac arte Pollux, et vagus Hercules,
Innixus, arces attigit igneas.

Alias etiam ΣΥΝΘΡΟΝΟΙ. Heinsii LECT. Theocr. c. xxii.

Conferatur huc Cl. T. Hemsterhusius ad Lucian. Dial. Mort. XIII. Tom. I. Wetst. pag. 392. §. 3. Ubi longe discrepat a nostro Diogenes.

Ibid. — Αλεξανδρος. —] Ptolemæus Lagi filius, vel, ut Pausanias vult, Philippi, Alexandri Magni patris, unus ex Alexandri ducibus, Persico bello, Egyptum occupavit. Vulcanius ad Callimach. Hymn. in Del. v. 166. De stemmate Ptolemæorum, videatur et Illustriss. Spanhemius ad eundem locum. Hic de genere Ptolemæi PHILADELPHI agit poeta, filio

BERENICES, usque ad ver. 56. In cujus Philadelphi gratiam scribitur hoc Encomium. Vide scholia ad ver. 16. 34. 41. 58. 61.

V. 19. — Περσαισι βαρυς θεος αιολομητας.] Lege αιολομιτραις. "Persis VARIEGATAS MITRAS habentibus." Viderat hoc Casaubonus, c. xviii. Vid. Stephani Thesaur. II. 952. Hæc est lectio, me teste, Codicum præstantissimorum. Legunt etiam Aldus et Florentina, αιολομιτρας. Hodiernam lectionem videtur excogitasse Calliergus. Unde Stephanus tradidit Commelinianæ. Habet Pindarus χαλκεομιτρα Καστορος. Nem. X. 170. Lucianus, θηλυμιτρης. *Mitra fœminea indutus.* I. Wetst. pag. 247. §. 1.

V. 20. — Ἑδρα σφιν. —] Dat Florentina κεν.

V. 23. Ὁπλι σφεων Κρονιδας μελεων εξειλετο γηρας.] Videtur legendum Κρονιδης ΜΕΔΕΩΝ. Sic apud Mosch. Idyll. II. 145. ΜΕΔΕΩΝ πολιου αλος Εννοσιγαιε. "Rex *cani maris Neptune.*" Ut sæpe apud Homerum, Ζευ πατερ, Ιδηθεν ΜΕΔΕΩΝ. Miscell. Observat. I. 126. Quibus addo Nicii, de Mercurio, ερατε γυμνασιε ΜΕΔΕΩΝ. *Amabilis gymnasii* Rex. Anthol. Lib. IV. c. xii. Carm. 36. Necnon Alcæi epigramma ineditum, MSS. Anth. Ceph. Lib. I. Carm. 68.

> Ζευ Πισης ΜΕΔΕΩΝ, Πειθηνορα, δευτερον υἱεα
> Κυπριδος, &c.
>
> *Jupiter* Pisam regens, *Pythenora, alterum filium*
> *Veneris,* &c.

Quod frequentius. Insignius tamem exemplum, magisque ad rem, sufficere potes e Callimacho, coævo nostri scriptore; ubi simpliciter et absolute ponitur ΜΕΔΕΩΝ pro Rege. Hymn. in Jov. v. 86. viz. Ἡμετερω ΜΕΔΕΟΝΤΙ. — "*Nostro,* sc. Ptolemæo." Quod etiam suppeditat Homerus, viz. ηγητορες ηδε ΜΕΔΟΝΤΕΣ. Iliad. IX. 17. X. 301, &c. Speciosam conjecturam rejicit Cl. Valckenarius, et mutandum tantum censet γηρας pro ΚΗΡΑΣ. Sc. "Jupiter in cœlum recipiendos *lustravit*; et humanæ naturæ *sordes* sustulit e membris." Contendit etiam, vix videri Græce dici posse, γηρας μελεων ΕΞΕΛΕΣΘΑΙ. Epist. ut supr. pag. 40. Contra quod probat, allatis exemplis, Dorvilius, Animadv. ad Chariton. Aphrod. pag. 625. Vid. Apollon. Rhod. IV. 872. Deponendo e membris senectam, rite factos immortales, et in cœlum deinde receptos fuisse, Ptolemæum Lagi et Alexandrum Magnum, poeta vult ostendere. Qua de re vide Spanhemium ad Callimachum, Hymn. in Dian. v. 159. Codex nonus Vaticanus habet εξηρατο.

V. 25. Αθανατοι δε καλευνται, θεοι νεποδες γεγαωτες.] Scaliger vult reponendum θεων. Animadv. in Euseb. p. 65. Palmerius θεε. Exercitat. pag. 807. Quod tantumdem fere est. Sc. "Nepotes Herculis et Jovis; vel, solius Herculis." Si stet hodierna lectio, quæ forte vera est, possis per Deos *Nepotes* intelligere, *minores* quosdam deos; vel simpliciter, qui in deos erant relati. Heinsius vult εοι νεποδες, c. xx. Scilicet, αυτε, sive αυτω, υἱωνοι

ἰχθυοι οντες. Vide Lexicographos; præsertim M. Martinium. V. *Nepos.* Porro V. νεπους, unde plur. νεποδες, occurrit in Callimach. Fragm. Bentl. LXXVII. Habetur plurale apud Apollon. Rhod. IV. 1745. Ubi non inerudite disserit Hoelslinus. Insignis est usus V. νεπους, ubi et pluraliter habetur, apud Satyrium, Anthol. IV. xxii. 1. Ubi *pisces* intellige.

> Ιλαος ευσεβεεσσιν αδελφειοις επινευσον
> Πτηνα, και αγροτερων κερδεα και ΝΕΠΟΔΩΝ.
>
> *Propitius piis fratribus annue*
> *Volucria, et terrestrium lucra, et* pedibus currentium.

Rursum, P. Silentiarius memorat Οςεα ΝΕΠΟΔΩΝ. *Ossa Phocarum.* II. xlvii. 25. Ubi vide Brodæum. Nescio an non frequenter usurpatum fuerit pro *piscibus.* Pessime hic vertit interpres Latinus, "Dii *sine pedum usu* facti." Illud γεγαωτες verti possit *existentes.* Sic οπλοτερω γεγαωτε. "Minores natu *existentes.*" Idyll. XXII. 176. Casaubonus hic, c. xviii. ut et Salmasius, ad Aram Dosiad. pag. 242. corripi posse αι et οι dipthongos, sequente consonante, statuunt. Quod negat Bentleius, Animadv. ad Callimach. Hymn. Jov. v. 87. Hujus tamen rei profert exempla Jac. Gronovius ad Manethonis Apotelesmatica, p. 274. Contra Bentleium vid. Joh. Jensium Lection Lucian. Lib. II. c. vi. p. 166. Cujus argumenta non refellenda contendit Fabricius, Bibl. Gr. III. 19. §. 5. Vide Orphei Argon. 1315. Homer. Iliad. IX. 414. Pindar. Isthm. VIII. 35. Ut monet Reiskius, ad litem componendam, θεοι hic pro una syllaba pronunciari possit. Verum Prosodiæ Græcæ rationem omnem nuper diligentissime, summaque doctrina, descripsit et declaravit V. R. T. Morell, in amplissimo instructissimoque THESAURO *Græcæ Poeseos.*

V. 27. Αμφοτεροι δ' αεθλευνται ες εσχατον Ἡρακληα.] Propterea Alexander, quod ex Heraclidarum genere esset, cum exvuiis του θηρος, eodem modo cum Hercule conspicitur. Quo insigni utebantur omnes Heraclidæ. Heins. LECT. Theocr. c. xxii.

V. 28. — Ιοι. —] Ita Aldus et Stephanus. Ιη Calliergus et Margo Stephani.

V. 32. — Λευκοσφυρου Ἡβης.] Confer Pindari Αγλαογυιον Ἡβην. Nem. VII. 6. Et ibidem scholia. Hercules in uxorem duxit Heben. Vid. Heraclit. Epist. pag. 333. Aur. Allobr. Αξομαι και αυτος γυναικα Ἡβην, ου την Ἡρακλεος. Εκεινος αιει εςαι μετ' αυτης. *Ducam et ipse in conjugium Heben, non illam Herculis. Nam ipse cum ea perpetuo.* Vid. Diodor. I. iv. 284. Wessel.

V. 33. — Γενειηταν. —] Heinsius vult *barbatum* Herculem, c. xxii. Sed intelligere debes *progenitorem.* Aldus et Calliergus dant γενηταν, quod nihil habet cum γενειον *barba.* Γενετηταν Vaticani.

V. 35. — Γειναμενοισι.] Recte Latinus interpres, *Parentibus.* Hesychius, ΓΕΙΝΑΜΕΝΟΙΣ. γονευσι. Quæ, suo more, luculenter illustrat optimus Alberti.

V. 37.

V. 37. — Ῥαδινας επεμαξατο χειρας.] "Venus *immisit* graciles manus in odoratum sinum Berenices, ut eam, &c." Anne ita rite reddi potest? Sic vero volunt interpretes Latini. Confer tamen, ne plura adhibeam, Apollonium Rhod. III. 106. Ubi hæc ipsa verba, alia tamen constructione, occurrunt. Necnon IV. 18. Ubi sensus est, V. επεμασσετο, *tango, prehendo.* Olim itaque inducebar ut legerem.

> ΤΗΝ μεν, Κυπρον εχουσα Διωνας ποτνια κουρα,
> Κολπον ες ευωδη, ῬΑΔΙΝΑΣ επεμασσατο ΧΕΙΡΟΣ.

"*Illam Venus, ad odoratum gremium,* TETIGIT *gracili sua manu.*" Vel ῥαδιναις χερσι. Vel legatur της. Genitivum enim, quomodo et accusativum, regit ea Vox. Jam vero notum est Musas, Gratias, et simili ratione Venerem, omnia pulchra et amabilia efficere, quæcunque *attingunt.* Quod hic elegantissime fit *ad gremium.* Sed statuant eruditiores; qui tantum conferant, moneo, locos Apollonii prædictos. Quorum prior forsan hac ipsa forma construi possit, et hinc illustrari. Veruntamen ita Cl. T. Hemsterhusius hæc interpretatur. Quo nemo felicius in hac arte versatur. "Venus in odorato gremio Berenices manus suas ABSTERSIT, ut ei scilicet insigniorem venustatem conciliaret." Ad Callimach. Fragm. Bentl. cxxi. pag. 489. I. edit. Ernest. Legendum mavult itaque, cum Scholiaste nostro, απεμαξατο. Affert hic unus et alter Vaticanus εσεμαξατο. Necnon Benedictinus recentior. Ubi confer Homer. Iliad. XVII. 564. Ad quæ Dydimus, ΕΣΕΜΑΣΣΕΤΟ. καθηψε. Codex Theocriti Mediceus, notatus 37. exhibet εσμαζατο. Forte pro εσμαξατο. Vel potius, εσμασατο. Hesychius, ΜΑΣΑ'ΣΘΑΙ. εφαψασθαι, καθαραι. Quorum postremum, partim ex mente Hemsterhusii, facilius tamen, interpretatur hunc locum. "Venus LAVIT manus in fragranti sinu Berenices." Qui sensus elegans, et vetustatem redolens. Certe minus impeditus, et apertior. ῬΑΔΙΝΑΙ χειρες pulcherrimæ putabantur apud antiquos. Apud Theognida, est puella Lacæna ῥαδιναις χερσι. v. 996. In epigrammate Rhiani ανεκδοτω cujus a me pars supra citatur, Charites finguntur occurrere puero cuidam formoso in loco angusto, quæ eum complectuntur *roseis* manibus. MSS. Anthol. Const. Ceph. Lib. I. Car. 112.

> Και σε ποτι ῥοδοεσσι επηχυναντο χερεσσι,
> Κουρε. ———————

> *Et te roseis complectebantur manibus,*
> *O Puer.* ————————

Sed in margine Codicis Bernardini, scribitur ῥαδινησι pro ῥοδοεσσι. Quod in textum mallem recipiendum. Videant et docti de V. επηχυναντο. Sed redeo ad nostrum. Adhibe huc de V. ῥαδινος Apollonii Scholiastem, ad locum prædictum. viz. III. 106. Vide quoque quæ de eadem congesserit vir doctus Obs. Miscell. Critic. Tom. IV. pag. 447. Quam et bene explicat Scholiastes

Scholiastes ad Idyll. XI. 45. Vide et Sapphon. Wolfii, pag. 42. Necnon Notas ibid. pag. 231.

V. 38. — Γυναικα.] Habent Aldus et alii libri nonnulli γυναικᾶν, pro γυναικων. Nonnulli dant γυναικαν, accusative. Quibuscum, quod video, sunt Codices.

V. 40. — Ὡδε κε παισι.] Reiskius mavult και. Quod certe metrum feret, et sæpe permutantur ε et αι.

V. 42. — Βαινε. —] Ita quidem Stephanus, et est in Codicibus. Agnoscunt vero βαινειν Aldus, Calliergus, et margo Stephani.

V. 43. Αστοργε δε γυναικος επ' αλλοτριω νοος αιεν.] Locum corruptum puto, nec facile sanandum. In Codice tamen quinto Vaticano reperio, pro αιεν, ἰαιεν. Unde eruo ἰαινεν, vel ἰαινε. Atque ita lego, quantumvis obstare videatur et repugnare quantitas.

Αστοργε δε γυναικος επ' αλλοτριω ΝΟΟΣ ΙΑΙΝΕΙ.

Injustæ autem mulieris animus gestit *in alieno vino.*

Frequenter habemus apud Homerum, quod geminum germanum est, θυμος et ἰαινω. Odyss. VI. 156. XV. 378. &c. Quidam Codices dederunt αλλοτριων.

V. 44. Ῥηΐδιοι δε γοναι, &c.] "Facile quidem parturiunt uxores ejusmodi, sed liberi non sunt similes *patri*; i. e. marito, qui debuit esse pater." Quod aliter sæpe fit in castis matrimoniis. Felicissima conjugia putabant Veteres, ubi similes parentibus pueri procreabantur. Vid. Hesiod. Op. et Di. v. 235. Qui et inter ætatis ferreæ notas hoc numerat, patres et pueros inter se dissimiles fuisse. ibid. v. 182. Ubi Clericus hunc locum explicat, "*Facilis* est cognitu *soboles*." Quæ fuit et interpretatio Casauboni, c. xviii. Nostra forte facilior. Referatur huc Horatius, Od. Lib. IV. 5. 23. Maxime vero Catullus, Epithalam. Jul. et Manl. Carm. lxi. v. 216. seq. Hunc et sequentem versiculum, pro spuriis habet Ernesti ad Callimach. Hymn. in Del. v. 251. Vid. et Dorvil. Chariton. pag. 216.

V. 45. — Ποτνι' Αφροδιτα.] Ita Stephanus; ni fallor, primus. Aldus et Calliergus ποτνι'. Ita legi corrigique possit versus e bonis Codicibus.

Καλλε αεριστευοισα ΘΕΑ ΠΟΤΝΙ' Αφροδιτα.

V. 48. ———— Ναμα κατελθειν
Κυανεον. —] Ita Aldus, et Stephanus. Calliergus ναα κυανεαν. In qua lectione vides illud Virgilii de Charonte, Æn. VI. 303.

Et *ferruginea* subvectat corpora cymba.

Nec mala quidem Calliergi conjectura; si forsan ex ingenio profecta fuerit omnino. Reperitur enim in Vaticano quarto ναα.

V. 50. — Ἑας αποδαοσαιο τιμας.] Ita Stephanus, genitive, cum Vaticanis. Aldus et scholia τεας, accusativo etiam. Τεας genitive, Calliergus. Si legatur

gatur τέας, necesse est pro monosyllabo proferas. Accusativus hic loci, certe præferendus est; et τεας in genitivo damnat, et quoad sensum præterea, Canterus Nov. Lect. V. 13. Si genitivus hic locum haberet, inquit Reiskius, pluralis requireretur, non singularis. Utravis lectio sententiæ satisfaciet. De casu tantum movetur lis: quam nobiscum, puto, dijudicabis.

V. 52. — Ποθεοντι. —] Aldus, manifesto vitio, quod profluxisse videtur ex præcedenti προσαπνειν, habet προσπνεοντι. Vaticanus quartus habet idem; sed glossa ποθουντι. Vellem hic ποθεοντι Latine verteretur, *amanti* vel *amatori*. Berenice facta fuit particeps honorum Veneris; et hic dicitur eadem potentia pollere qua Venus ipsa: quæ quidem propitia, rite faciles amores aspirat, et amatorum faciles curas reddit. Aliter longe locum doctissimus Reiskius intelligit.

V. 53. Αργεια, &c. —] Nimirum Deipyle, mater Diomedis.

V. 58. Και σε, &c.] Similiter fere Callimachus, eundem regem collaudans. Vide sis Hymn. in Del. v. 163. seq. Et Not. ad v. 66. inf.

V. 60. — Λυσιζωναν.] Solutas parturientium zonas Dianæ vulgo sacratas fuisse constat; quæ λυσιζωνος inde dicta fuit, eoque nomine Athenis culta. Vide Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Jov. v. 21. Cujus quidem rei plena sunt Epigrammata Græcorum VOTIVA, in utraque Anthologia.

V. 61. — βεβαρημενα. —] Ita Stephanus. Βεβαρυμμενα Aldus et Calliergus, cum Vaticanis, et aliis.

V. 64. — Κοως δ' ολολυξεν ιδοισα.] Audacissima quidem Prosopopœia, sed veram sublimitatem præ se ferens. Confer Hymn. Homer. Apollin. v. 61. Ubi Delos insula Latonam adloquitur. Ubi paulo subinde, ibid. v. 119. Apolline in lucem edito, verba saltem noster respicit.

———— Θεαι δ' ΟΛΟΛΥΞΑΝ ἁπασαι.

V. 66. ολβιε κωρε γυνοιο. —] Vid. Callimach. Hymn. in Del. v. 214. Necnon Christianum Florent. in Sophocl. Philoctet. v. 774. Porro vult Scaliger ολβιε dici pro ολβιος. Qua de formula multa congerit ad PRIAPEIA. pag. 211. Ed. 1617.

V. 68. — Τριοπος καταθειο. —] Aldus habet Τριοπιον. Calliergus Τριοπον. Utraque in Vaticanis est. Nostra est ex Stephano. Omnes eodem fere redeunt. Vide scholia de Triope, rege Cous: et Salmasium in Commentar. ad Inscript. Herodis Attici, pag. 33. edit. Crenii. Triopem illum regem videtur hic intelligere Spanhemius, ad Callimach. Hymn. in Del. v. 160. Vide et eundem ad Hymn. in Cerer. v. 31. 32. Necnon cæteros omnes in utrumque locum commentatores. Adeatur et Stephanus Byzantinus, V. ΤΡΙΟΠΙΟΝ. Per illud τριοπιον videtur Aldus intellexisse, "montem trium facierum." Sed non est instituti nostri, de rebus hujuscemodi prolixas Dissertationes elaborare. Habet Florentina κατθειο.

V. 70.

V. 70. Ισην, &c.] De universa æqualitate, puto, prædicatur V. Ισος. Hinc, licet haud ineleganter, non video cur corrigebat Cl. Piersonus λιπομωτερα αμνον, pro ισομωτερα, Idyll. VIII. 14. Vide Valckenar. ad Phœniss. Euripid. v. 1518. seq. pag. 514. Eam correctionem mecum improbat, cultissimus arbiter horum leporum, D. Rhunkenius, ad Hesych. Albert. Auctar. Emendat. Tom. II. 75.

Ibid. Ισην και Ῥηναιαν.—] Ingeniosissime conjecit Reiskius, Ισην ΚΥΡΗΝΑΙΑΝ. Non enim constat Apollini caram fuisse Rhenæam, ei tamen imprimis consecratam fuisse Cyrenem, vulgo notum. Præterea Cyrenaica omnia Ptolemæo parebant. Unde opportunus adulandi locus. Confer tamen Hom. Hymn. Apoll. v. 44. Et Athen. IV. 173. Ne geographos excitem. De V. scriptione differit, eruditione solita, Cl. Wesselingius, ad Herodot. L. VI. pag. 482. 94.

V. 71. —Ὑψοθεν εκλαγε φωνα.] Ita Calliergus et Stephanus. Non male quidem Aldus, ὑψοθε κλαγξεν φωνα. Quod fere consentit cum manuscriptis. Pessime hic sese dederunt Veneta prima, et Francofurtana.

V. 72.—Ὑπαι νεφεων Διος αισιος αιετος ορνις.] Mavult Reiskius ὑπεκ. Verba contextus hujusce transponuntur in Florentina.

V. 73. ———— Μεληται
Αιδοιε βασιληος.—] Bene Aldus μελοντι, cum Vaticanis, et aliis. Legi possit et αιδοιε.

V. 78. Μυριαι, &c.] Multæ, inquit, regiones, imbribus utique irrigatæ, magno segetum proventu ditescunt: at non majori quam Ægyptus, unico Nili diluvio fœcunda facta. Unde illud Tibulli, de Nilo. I. viii. 29.

> Te propter nullos tellus tua postulat imbres,
> Arida nec PLUVIO supplicat herba JOVI.

Reperio hic, in nono Vaticano, ΧΘΑΛΑΜΑ Αιγυπτος. Quod, dialecto tantum mutata, Calliergus agnoscit. Aliter est in nonnullis cum scriptis tum editis. Ita autem relego illum versiculum, viz. 79. vel nullo, vel levi saltem, molimine.

———— Χθαλαμα ΑΙΓΥΠΤΟΥ.

Γη sæpe omittitur. Ut probamus ad Epig. VIII. 4. Ægypti *pars depressior, inferior.* Confer Anthol. IV. xii. 107. Mnasalcæ.

> Στωμεν αλιρραντοιο παρα ΧΘΑΜΑΛΑΝ χθοναποντε.
>
> *Stemus sale asperfi ad* humilem *terram ponti.*

Confer Schol. ad Apollonium Rhod. II. 983. Odyss. IX. 25.

V. 82. — Τρεις, &c.] Certe si de sola Ægypto hæc intelligas, imo si de omni ditione Ptolemæi, poeta noster excessit modum. Strictiori tamen sensu V. πολις est accipienda. Casaubonus quidem vult, c. xviii. illud οι ενδεδμηνται obstare, quo minus hæc de toto Regis nostri imperio sumantur.

Illi

Illi extructæ ſunt. Sed ita poetice dici videtur, quod illi tot urbes, ſive vici, *paruerint.* Ejus mentio navium fit ad v. 89. De quibus vide ſis Athenæum, V. pag. 203. Confer et Æſchyl. Perſ. 340. Ubi Xerxes dicitur habere mille naves, quarum bis centum ὑπερκομποι ταχει. v. 343. Ad quæ Scholiaſtes. σζ αἱ αριϛαι. Ut technicum videatur hinc, illud de *navibus* ΑΡΙΣΤΑΙ.

V. 83. Τρεις μεν, &c.] Vide, ſi tanti ſit, quomodo hæc intellexerit Joannes Tzetes. Chil. I. lxvii. v. 3. Etſi non multi fecerim ejus vel opinionem vel teſtimonium, poetæ et grammatici non valde boni, nec antiquioris centuria duodecima, cum fratre Iſaaco minime certe ingenio et doctrina comparandi.

V. 89. — Καρεοσι.] Vide Clarkium, ad Il. IX. 378. Necnon Barneſium.

V. 90. — Νασοις. —] In Vaticanis meis, aliiſque nonnullis, occurrit νασσαις. Quaſi eſſet a νασσα. Sed conſulas Erneſti ad Callimach. pag. 159.

V. 52. Και ποταμοι κελαδοντες. —] Similiter Apollonius, I. 501.

——— Και ὡς ποταμοι ΚΕΛΑΔΟΝΤΕΣ.

——— *Et ut fluvii* reſonantes.

Ita et, IV. 133. Vid. et III. 532. Sic et Homerus Iliad. XVIII. 576. Παρ' ποταμον ΚΕΛΑΔΟΝΤΑ. Scilicet κελαδειν eſt *fluviorum,* κελαρυζειν *fontium,* vel torrentium ex alto deſcendentium. Idyll. VIII. 137.

——— Ὑδωρ

Νυμφαν εξ αντροιο ΚΑΤΕΙΒΟΜΕΝΟΝ ΚΕΛΑΡΥΣΔΕΝ.

Ita Dionyſius Perieg. v. 440.

Κηφισσυ μεγα κευμα ΚΑΤΕΡΧΟΜΕΝΟΝ ΚΕΛΑΡΥΖΕΙ.

Cephiſſi vaſtum fluentum deſcendens reſonat.

Leniori ſenſu Lucianus. Το τε ὙΔΩΡ ηρεμα ΚΕΛΑΡΥΖΩΝ τας ψυχας καταθελξειε. *Et aqua leni* decurrens murmure, *animam ipſam tranquillat.* Philopat. III. Wetſt. pag. 589. §. 3. Accedat Orpheus de Lapid. p. 199. ed. Eſſenb.

——— Αναβλυζων ΚΕΛΑΡΥΖΕΤΑΙ εικελον ωδῃ.

——— *Aqua ſcaturiens* murmurabat *ſimilis cantui.*

Conf. Iliad. XI. 812.

V. 94. — Σεσαγμενοι. —] A V. σαττω, quod de *armis corpori indutis* poni intelligit Arnaldus, Lect. Gr. I. c. xv. pag. 109. Qui forte ſenſus eſt frigidior. Ego ita vocem locumque, ſaltem poetice magis, interpretor. "Milites OPPLETI ære fulgenti." Non ſimpliciter *veſtiti.* Iſte eſt ſaltem ſenſus literalis V. σαττω. Lucianus habet, Κεραμιον ψαμμῳ ΣΕΣΑΓΜΕΝΟΝ. *Figlinum vas arena* refertum. Hermotim. I. Wetſt. pag. 806. §. 65. Idem quoque affert Αγγειον ὑδατι ΣΕΣΑΓΜΕΝΟΝ. *Vas aqua* impletum.

tum. Syr. Dea. III. Wetſt. pag. 485. §. 48. Concedimus tamen Σαγην eſſe *armaturam*; quin et SAGUM *militare* forte ex hoc fonte derivari. Vid. et Σαγμα, apud Euripid. Androm. v. 617. Ibique Scholiaſtem Græcum. Necnon ὑπερκομποις ΣΑΓΑΙΣ, Æſchyl. Sept. Theb. v. 397. Quæ reddit interpres, *magnificis* ARMAMENTIS. Confer Coeph. v. 673. Quidni vero legendum cum Codice Ottoboni, et Aldina, τεταγμενοι? Æſchyl. Perſ. v. 381.

Πλεουσι δ' ὡς ἑκαςος ἠν ΤΕΤΑΓΜΕΝΟΣ.

Navigant ut quiſque erat ordinatus.

Reiskius vult τετυγμενοι, ex hac Aldi lectione. Confer Iliad. XVIII. 522. Codex Vaticanus quartus affert μεσαγμενοι. Unde nihil efficio. Habent et Vaticani, cum aliis, αμφιγεροντας, pro ασφαραγευντι.

V. 98. — Νιλον Πολυκητεα. —] Intellige Nili crocodilos. Ita Alciphron, Epiſt. II. iii. pag. 228. Bergler. ὁ δε Νειλος οὑτος και περ ων καλος, αλλ' ΑΠΟΤΕΘΗΡΙΩΤΑΙ. *Nilus ille etſi pulcher, eſt tamen* belluis infeſtus. Confer Didym. ad Iliad. II. 581.

V. 99. — Βοαν εςασατο. —] Propria Græcorum loquendi formula, βοην ἱςαναι, pro βοᾷν. Locos ad eandem pertinentes quos adducit adnotator Vimarienſis, apud Reiskium, compilavit omnes, ex Pauli Leopardi Emendat. vii. 27. apud Gruteri Lamp. Art. Tom. III. pag. 146. Unde et plura eodem ſpectantia facile compilaviſſe potuerat. Loci Luciani, a Leopardo citati, ſunt, Ver. Hiſt. II. Wetſt. pag. 123. §. 26. Et pag. 139. §. 46. Ejus in explicatione, facit doctiſſimus Leopardus cum Latino interprete noſtro, et Æmilio Porto, V. Εςασατο, apud Doricum Lexicon.

V. 101. — Αναρσιος Αιγυπτιοισιν.] Ita quoque proferenda ea Vox apud Homerum, Iliad. IX. 382.

ΑΙΓΥΠΤΙΑΣ ὀθι πλειςα δομοις, &c.

Sic et Odyſſ. XIV. 286. XVII. 427. Confer Clarkium, ad Iliad. II. 537.

V. 104. — Επιπαγχυ.] Quemadmodum bene Stephanus expreſſit, e Codicibus. Alii fere επι παγχυ.

V. 107. Μυρμακων. —] Vid. Triclin. Schol. in Antigon. Soph. v. 1049. Æſchyl. Prom. Vinct. v. 452. Plin. Nat. Hiſt. L. xi. c. 36.

Ib. Πλουτος, &c.] Neſcio quem Gregorii Nazianzeni locum Vimarienſis adnotator, apud Reiskium, voluerit hic indicare, niſi hunc de formicarum theſauris ſumma arte inſtructis et reconditis, ex Oratione xxxiv. Σιωπω μυρμηκων ταμεια τε και ταμειας, και θησαυρισμον τροφης τῳ καιρῳ συμμετρον, ταλλα τε ὁσα περι ὁδων και περι ἡγεμονων, και της εν τοις εργοις ευταξιας εγνωμεν ἱςορεμενα. *Taceo formicarum penuaria eorumque cuſtodes, et alimenti aggeſtionem, tempori reſpondentem*; *ac cætera ea quæ de earum viis ac ducibus, et eo ordine, quem in operibus ſervant, hiſtoriarum monumentis conſignata ſunt.* Op. Pariſ. 1605. Tom. I. pag. 555. A.

V. 112. Ουδὲ Διωνυσου τις ανηρ ἱερὲς κατ' αγωνας.] Anne Dithyrambicen intelligit poeta? Vid. Voff. Inftit. Poet. L. III. c. xvi. §. 2. et §. 11. Et L. II. c. ii. c. 5. §. 2. Anne Lagenophorium, Baccho feftum a Philadelpho Alexandriæ inftitutum? Athen. VII. 276. Anne Dionyfia, in quibus certabant fabulis dramatici poetæ? Vid. Diodor. Sicul. Weffel. II. p. 60. Taylor. ad Demofth. II. 596. III. 170. Rhunken. Auctar. Emendat. Hefych. 999. 10. Sane tragœdia, tempore Ptolemæi, claruere feptem poetæ Pleiades dicti, Homerus filius Myrûs, Sofitheus, Lycophron, Alexander, Æantides, Sofiphanes, et Philifcus. Quos qui hæc tradidit ad Hephæftionem Scholiaftes, optimos Tragicos, αριστους ΤΡΑΓΙΚΩΝ, appellat. Verofimile etiam videatur, etfi malim dramaticorum certamina hic intelligi, Theocritum hoc in loco refpexiffe ad inftructiffimam illam Pompam, Baccho maxima ex parte facram, quæ Ptolemæo, regum liberaliffimo, conftitit talentis bis mille ducentis triginta novem, quinquaginta minis, Alexandriæ edita. Procedebat in eo fpectaculo Philifcus poeta, Bacchi facerdos. Referente, totamque hujus pompæ feriem prolixe valde enarrante, Athenæo, e Mafurio Callixeno Rhodio. L. V. pag. 196. feq. Cæterum afcribendus eft locus Alciphronis, ubi certe refpicitur Ptolemæus hic nofter. Eft in Epiftola Glyceræ Menandro. L. II. ix. pag. 271. edit. Bergler. Cum quo confer Aulum Gellium, XVII. iv. Ειγε μεταβουλευσαιο της προς βασιλεα αφιξεως, εχης ευτρεπισμενα τα ΔΡΑΜΑΤΑ εξ αυτων ἁ ΜΑΛΙΣΤΑ ΟΝΗΣΑΙ δυναται ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝ, και τον ΑΥΤΟΥ ΔΙΟΝΥΣΟΝ, ου δημοκρατικον, ὡς οισθα. *Ut fi de profectione ad regem confilium mutaris, habeas in promptu dramata ex iis* quæ maxime delectare *poffunt* PTOLEMÆUM, et ejus BACCHUM, *non popularem, uti nofti.* Ubi faltem vides, Ptolomæum hunc noftrum, ut volo, fingulari ftudio et amore rem dramaticam complexum fuiffe. Extant duæ Alciphronis epiftolæ, fcriptæ occafione accerfiti in Ægyptum a Ptolemæo Menandri: certe Philadelpho, etfi repugnet ætas Menandri. Veruntamen hic Alciphron Menandrum perfonat, more Sophiftarum, qui ita cum Phalaride, Platone, aliifque innumeris antiqui nominis, egerunt. Sed hæc Alciphroni poterant effe notiffima: ut hinc non modo Theocritus illuftretur, fed et ætas Menandri corrigatur.

Ibid. —Ἱερὲς κατ' αγωνας.] Ita Idyll. XVI. 47. Habet Pindarus Καταβολαν ἱεραν αγωνων. *Fundamentum facrorum certaminum.* Nem. II. 5. Sic etiam Ἱερων αεθλων. Olymp. VIII. 84. XIII. 20. Nem. VI. 102. Titulus eft apud Jul. Pollucem, Ἱερων αγωνων. L. III. c. xxx. §. Segm. 153.

V. 115. Μουσαων, &c.—] Præter Theocritum, carus erat illi Callimachus, Apollonius Rhodius, aliique poetæ. Nec tantum bona ingenia fovebat, fed publicis quafi fumptibus et inftitutis ornabat literas. Celebris eft ampliffima Bibliotheca juffu ejus, ac impenfis, Alexandriæ constructa, largeque locupletata. Summa erat et ipfe difciplinarum notitia præditus humaniorum, rex in paucis memorandus.

V. 118. — Μενἑ. —] Sc. *Certum illis manet ratumque.*

V. 121. Μȣνος ὁδε πρεσπερων τοκεων επι θερμα κονιη,
Σ]ειϐομενος καθυπερθε, ποδων εκμασσεται ιχνη.

Μητρι, &c.] Difficilis certe locus, difficiliorque factus adhuc doctorum virorum conjecturis et commentis. Quorum sententias, inter se valde discrepantes, ne lectori novos fumos excitem, non hic in medium proferre satagam. Hac igitur ratione contextus est forte legendus, et interpungendus.

> Μουνος ὁδ' ΟΠΛΟΤΕΡΩΝ, τοκεων ετι θερμα, κονιη
> Στειϐομενος καθυπερθε, ποδων εκμασσεται ιχνη.
> Μητρι φιλα και πατρι θυωδεας ἑισατο νηως.

"Solus ille POSTERORUM, Sc. sobolis paternæ, QUASI *aliquis pulverem calcans, et ibi facile impressionem linquens,* verrit parentum vestigia adhuc calida. Illis quidem templa struxit, &c." Lege hic ὁδ', quoniam Vaticanus nonus ad v. 126. ita legit,

> Πολλα δε πιανθεντα βοων ʽΟΔΕ μηρια καιἑ.

Pro επι. Uno tenore progreditur oratio, et repetitur illud ὁδε ut prius. Quin et explicatur idem ὁδε v. 128.

> ΑΥΤΟΣ, τ' ιφθιμα αλοχος. ————

Moneo tamen hic nonnullos Vaticanos dare Σ]ειϐομϑμα. Nec silendum est, quod forsitan huic loco plenius illustrando conducere possit, haberi θερμοις ιχνεσι, Anthol. I. xxxiii. 9. Tiberii.

> ———————— Λαγωον
> Σευε κυων ΘΕΡΜΟΙΣ ΙΧΝΕΣΙΝ ωκυποδην.
>
> ———————— *Leporem*
> *Persequebatur canis* calidis vestigiis *velocem.*

Ubi videant doctiores, an hoc nostro, an alio quodam sensu, debeat illud θερμοις intelligi. Referendus et huc Pindarus, Pyth. VIII. 48.

> Παλαισμασιεσσι γαρ ΙΧΝΕΥΩΝ ματραδελφεους, Ολυμπια τε Θεογνητον ȣ κατελεγχεις.
>
> *Luctis enim* vestigando quasi sequens *avunculos, et apud Olympiam victorem Theognetum non dedecoras.*

Quin et Pyth. X. 20. Quod adhuc propius.

> ——— Το δε συγγενες εμϐεϐακεν ΙΧΝΕΣΙΝ ΠΑΤΡΟΣ.

Nec

Nec minus ad rem, Nem. VI. 28.

> ΙΧΝΕΣΙΝ εν Πραξιδαμαν-
> τος ἑον ΠΟΔΑ νεμων
> ΠΑΤΡΟΠΑΤΟΡΟΣ. ——
>
> Vestigiis *in Praxidaman-*
> *tis suum* pedem *dirigens*
> Avi-paterni. ——

Denique Pyth. VI. 45.

> Πατρωαν μαλιστα προς σταθμαν ΕΒΑ.
>
> *Paternam maxime ad regulam* graditur.

Ubi nonnullis videatur εβα, quod hic στειβομενος.

V. 123. — Ἑισατο νηως.] Commode Themistius, Orat. I. p. 8. D. Edit. Hard. ΝΗΩΣ μεν αυτω, ὡσπερ θεω, και ΑΓΑΛΜΑΤΑ τους ανθρωπους ἙΙΑΣΘΑΙ ξυνηναγκασε. TEMPLA *sibi, tanquam Deo, et simulacra cogebat homines* STATUERE. Est ab ἑω, *colloco, statuo.* Ita in Fragm. Corinnæ, Καλα γερεια ἙΙΣΟΜΕΝΑ, ut scribi debet. *Præmia pulchra* constitutura. Wolf. Poetr. Gr. p. 42. Perpende etiam annon ita scribi debeat et intelligi εισετ᾽, viz. ἑισεται, *stabiliet*, apud Callimachum, in Del. v. 170. Et Epigr. XLI. Vide et Callimachi epigramm. XXXV.

> Αρτεμι, τιν τοδ᾽ αγαλμα Φιληρατις ἙΙΣΑΤΟ τηδε.
>
> *O Diana, tibi istam statuam Phileratis* statuit *hic.*

Sic in Ernestiana. Male in Græviana ἑισατο. Vid. et V. ἑισατο, *posuit*, Anthol. IV. xii. 106. I. xx. 12. Et Callim. Jov. 67. Homeri Odyss. L. IV. 531. Ἑισε λοχον. *locavit invidias.* Et sæpe alibi.

V. 128. — Αρειω.] Reponit Reiskius αρειων. Ut cum γυνα cohæreat. Sententia enim postulat vocabulum uxori honorificum, non marito.

V. 132. — Τεκετο. —] Legit Vaticanus quartus et quintus τεκε. Unde corrigo ΕΤΕΚΕ.

V. 133. Ἑν. —] Lege εν cum Brubachiana editione, ut cohæreat cum ἰαυειν. Bene Latinus interpres *indormiant.*

V. ult. — Αρετην γε μεν εκ Διος αιτευ.] Legunt Vaticani nonnulli aliique etiam Codices, ἑξοις, ut in Aldina. Necnon ἑξεις. Ita tamen refinge locum.

> —— Δοκεω, δ᾽ επος ουκ αποβλητον
> Φθεγξομαι εσσομενοις, αρετην γε μεν εκ Διος ΑΙΤΩΝ.

Scripserat et aliud Theocritus, in Berenicen, Encomium, cujus aliquot apud Athenæum versiculi hodie supersunt. Deipn. L. VII. pag. 284. Eos a Scaligero jam olim [Emend. pag. 234.] luculentius editos, hic loci non alienum duximus apponere. Forte fragmentum ex HEROINIS.

Αι τις ανηρ αιτειται επαγροσυνην τε και ολβον
Εξ ἁλος, ῳ ζωᾳ, τα δε δικτυα κεινῳ αροτρα·
Σφαζων ακρονυχος ταυτῃ θεῳ ἱερον ιχθυν,
Ὁν λευκον καλεουσιν, ὁ γαρ θ' ἱερωτατος αλλων,
Και κε λινα ςησαιτο, και εξερυσαιτο θαλαοσης
Εμπλεα. ——————

Sic interpretor.

Siquis vir quærit capturam et divitias
E mari, retia enim illi pro aratro ſunt;
Immolans, veſperi, huic Deæ ſacrum piſcem,
Quem Album vocant, eſt autem is omnium ſacerrimus,
Projecta retia extrabat e mari
Plena. ——————

Ita primum verſiculum reſinxit Valckenarius, Epiſt. ut ſupr. pag. 22.

Κᾳ τις ανηρ αιτειτ' ΕΥΑΓΡΟΣΥΝΑΝ τε και ολβον.

Longe felicius tamen Cl. J. Toupius, ευαγρεσιαν. EMEND. Suid. II. pag. 12. Per ταυτῃ autem θεῳ, v. 3. Berenice intelligitur; quæ, non minus ac maritus Ptolomæus, in cœlum recepta, omnium Rerum credebatur abundantiam, benigniſſimo numine, ſuppeditare. Vide Caſaub. Animadv. Athen. c. vii. pag. 50. Cæterum de Berenice, celeberrima regina, quin et ipſis Ptolemæis, maxime tamen hoc noſtro Philadelpho, qui vult plura ſcire, cum non ſit ex animo noſtro nedum propoſito talibus antiquitatibus eruendis et ad liquidum perducendis immorari, conſulat Vaillantium de Ptolemæis, præſertim vero pag. 27. ſeq. Spanhemium, de Uſ. et Præſtant. Numiſm. Tom. I. Diſſ. vii. pag. 422. edit. Lond. Chiſhullum, ad Monum. Adulitan. Ptolom. Euerget. Antiquit. Aſiat. pag. 83.

IDYLLIUM XVIII.

IN hoc Idyllio ſuavitas auſtera illa Theocriti deſideratur. Floridior eſt et ornatior, ne dicam facilior, ejus ſtylus, quam ſolet eſſe poetæ noſtri. Eſt tamen ubi Theocritum ſapiat. Creditur fuiſſe ex ejus HEROINIS. Notanda ſunt interea verba Argumenti Græci hujus Idyllii, quod exhibetur in libris tantum vetuſtioribus, et Codicibus manuſcriptis." "Και εν αυλω τινα ειληπται εκ τυ ΠΡΩΤΟΥ ΣΤΗΣΙΧΟΡΟΥ ʽΕΛΕΝΗΣ ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΥ." In nonnullis Codicibus titulus hujus Carminis eſt, Επιθαλαμιος ʽΕλενης και ΜΕΝΕΛΑΟΥ. Veſperi canitur hoc Epithalamium, ante Thalamum Menelai et Helenæ ſponſæ, a duodecim primariis puellis urbis Spartæ. Hoc genus Epithalamii dici ſolebat ΚΑΤΑΚΟΙΜΗΤΙΚΟΝ. Vid. Athen. XIV. 646. A. Et Pindari Pyth. III. 28. Trita fuit, arbitror, apud poetas Græcos et uſitata materies, ʽΕλενης γαμος.

V. 1. Εν ποκ᾽ αρα Σπαρτα.—] Hujuſce Carminis initium refingo, ſi placet Emendatoribus:

ΗΝ ʽΟΤ᾽ αρ᾽ ΕΝ Σπαρτα.——

Tempus erat quando in Sparta. Ut in Idyll. VII. 1. Ην χρονος, &c. Quod Anglice dici ſolet, *Once upon a time.* Eadem ipſa phraſi, ne pluribus exemplis agam, Meleager utitur in epigrammate inedito, ad Idyll. I. 61. Ην γαρ ὁτ᾽ ην Δαφνις, &c.

V. 2. — Θαλλοντα κομαις ὑακινθον εχοισαι.] Anne intelligit poeta coronas ex hyacintho? Anne comam coloris hyacinthini, celebris apud antiquos? Non nihili quidem facienda lectio libri Aldini.

——— Θαλλονθ᾽ ὑακινθω κοσμον εχοισαι.

Ubi Codex Cardinalis Ottoboni dat αμινθω. Late quidem patet ſenſus V. Θαλλω. Dixit Homerus quidem *florere fructu.* Odyſſ. V. 69.

ʽΗμερις ἡβωωσα, τεθηλει δε ςαφυλῃσι.

Vitis pubeſcens, florebat vero uvis.

Ex

Ex quo verſiculo, ut id obiter, etſi ſerius, adnotem, clare illuſtratur et defenditur lectio quam magni viri vocarunt in dubium. Idyll. V. 109.

——Τας αμπελος, εντι γαρ ʽΑΒΑΙ.

Ibid. — Νεογραπτῳ.—] Tapetes, ſive cortinæ, thalami nuptialis eleganter et recens erant acu picti. Vel, ſi placet, ipſe thalamus. Conjecit Reiskius legendum νεοῤῥαπτῳ. Sed intelligit certe poeta novum opus artificii Phrygii. Vid. Idyll. XV. 80. Γραφειν eſt *pingere*. Hinc intelligendum ſequens Stratonis ineditum, MSS. Anthol. Ceph. Lib. I. Car. 176.

ΟλΒιος ὁ ΓΡΑΨΑΣ σε, και ολΒιος ὑτος ὁ καλλει
Τῳ σῳ νικαδε κηρον επισταμενος.

Felix te pingens, *felix et quicunque pulchritudine*
Tua ceram vincere ſciens.

Ubi γραψας aliquis ſumere poterat de *ſcribendo nomine*. Ita et Aſclepiades, in epigrammate itidem inedito. ibid. Carm. 79.

Ει πτερα σοι προσεκειτο, και εν χερι τοξα, και ιοι,
Ουκ αν Ερως ΕΓΡΑΦΗ Κυπριδος, αλλα συ, παις.

Si alæ tibi adfuerint, et in manu arcus et ſagittæ,
Non Cupido pingeretur *Cypridis* [*filius*,] *at tu, O Puer.*

Hæc potiſſimum attuli, tum quod non vulgata; tum quod hic, ſenſu primario, V. γραφειν videretur adhiberi. Atqui notandum porro, morem fuiſſe recens nuptis novum thalamum compingere. Heſychius, ΘΑΛΑΜΟΙΟ ΝΕΟΙΟ. Κατασκευασμενον νεωστι. ʽΥπο γαρ τους γαμους αυτους των ιμερων θαλαμους επηγνυον. Ut vult Trillerus. *Sub ipſis nuptiis amantium thalamos compingebant.* Ita novus erat Helenæ Thalamus, recenter fabricatus et ornatus. Heſychii locus eſt apud Hom. Idyll. XVII. 36. Confer et Odyſſ. XXIII. 178. Didym. ad Iliad. II. 701. Apollon. I. 775.

V. 4. — Μεγα χρημα Λακαινᾶν.] Venuſtiſſima formula, pro *ipſis Lacænis*. De qua pluribus egregie diſſerit Cl. Valckenarius ad Phœniſſ. Euripid. v. 206. pag. 70. Adeo ut quæ dixit vir doctus, illa apud Obſ. Miſc. III. 404. et Ritterſhuſ. ad Oppian. Hal. I. 105. fere penitus obſcuraverint. Addam tamen, ΠΟΛΛΟΝ ΤΙ ΧΡΗΜΑ των οφιων. Herodot. L. III. p. 252. 87. Weſſeling. Adhibeas et huc Luciani locum venuſtiſſimum, picturam Nuptiarum Roxanes et Alexandri deſcribentis. Tom. I. Wetſt. Herodot. pag. 835. §. 5. Και ἡ ʽΡωξανη καθηται, παγκαλον ΤΙ ΧΡΗΜΑ ΠΑΡΘΕΝΟΥ, ες γην ορωσα, αιδουμενη εστωτα τον Αλεξανδρον. *Et aſſidet Roxane,* virgo undique pulcherrima, *humi defigens oculos, pudore adſtantis Alexandri.* Ubi nonnulla indicavit de hac locutione Cl. J. F. Reitzius.

V. 5. — Τυνδαρεω κατεκλαξατο. —] Vel Τυνδαριδαν, aut Τυνδαρεαν, ut in libris editis et ſcriptis. Codex Ottoboni κατελεξατο. Quod ex gloſſa, credo, manavit. Vaticani afferunt κατεκλαγετο. Caſaubonus autem κατεκλαχετο. Noſtra

Noſtra lectio eſt in optimis. Vid. Idyll. XV. 77. V. αποκλαξας. Eſt pro communi κατεκλεισατο. Forte ſolenniter adhiberi conſuevit de ſponſa *includenda*, nocte nuptiarum. Affert doctiſſimus Dorvilius κατεκλινατο. Ad Chariton. pag. 124. Puella κατακλειςος explicatur apud Wolfii Sapphon. pag. 46. Vide et pag. 242. Et Salmaſ. ad Tertull. de Pallio. p. 177. Confer Callimach. Erneſt. I. 416.

V. 10. Λιαν.—] In meis Codicibus habeo φιλε, unde dimanavit φιλος in Aldinam.

V. 12. — Αυτον εχρην τυ.] In Laurentiano χρην αυτον τυ. Ita et Vaticani quidam, niſi quod unus agnoſcat τι pro τυ. Sic et Ottobonianus. Quod bene recipi poſſit.

V. 14. Παισδειν ες βαθυν ορθρον.—] Appoſite Scholiaſtes Homeri ad Iliad. VII. 433. Cujus verba paulum corrupta, emendata aſcribam. Το προ ορθȣ. Τȣτ' εςιν ὁ βαθυς ορθρος παρα τlω λυγ.ν, &c. Hæc omnia explicant λυκοφως non αμφιλυκη, ut ſequentia oſtendunt. Confer Schol. ad Apollon. Rhod. II. 671.

Ibid. — Επει και ενα και ες αω.] Vide ſis auctorum loca citata a Leone Allatio, Menſ. Temp. c. iv. pag. 147. ſeq. Necnon c. xii. pag. 29. ubi adducuntur hæc verba, ſuppreſſo tamen Theocriti nomine. Quibuſcum confer et Athenæum, III. 101. B. XIV. 653. D.

V. 23. Κεχρισαμεναι, &c.] De muliebri in viris μυρων uſu, conſulatur Cl. Spanhemius, ad Call. Pallad. v. 13. Vid. et Hom. Odyſſ. VI. 80. Per *Eurotæ fluenta* intellige ſimpliciter urbem Spartæ.

V. 26. Ηως, &c.] Obſcurior paulo contextus. Non male conjicit Caſaubonus, c. xix. Ποτνια νυξ ὁτε ληγει, [vel αλλαξεν] εαρ, &c. Sed ita ΛΕΥΚΟΝ εαρ intercidit. Illud *Nox* officit quo minus hic aliquid veroſimile procudatur. Quam ſi profligaverimus, ita locum reficiendum, quoniam ſolis conjecturis hic agendum, textumque manifeſto corruptum fatebere, conjicio.

> Ηως αντελλοισα καλον διεφαινε προσωπον,
> ΠΟΤΝΙΑ, ΝΥΝ ΕΤΙ λευκον εαρ χειμωνος ανεντος,
> Ωδε και, &c. ————
>
> *Aurora quidem pulchram oſtendit faciem,*
> Veneranda, *jam primum hyeme candidum ver laxante,*
> *Sic et Helena*, &c.

Auroræ otioſum eſt epithetum ποτνια. Et intelligit poeta auroram pulcherrimam, jam novo, et ineunte, vere. Non neceſſe eſt ut comparationi præcedat ſolenne illud ὡς, vel ὡσπερ, vel quid ſimile. " Nulla ex his ſexaginta puellis Helenæ noſtræ comparanda eſt. Pulchra quidem eſt Aurora, verno tempore; pulchrior quidem Helene." Conjiciebam quoque ΠΟΤΝΙ' ΑΝΑΣΣ', ΕΤΙ. — Sc. *Aurora, veneranda Regina.* Vid. CANTIC. VI. 10.

V. 29.

V. 29. Πιερια, μεγαλη, &c.] Vult Reiskius πιερια in dativo. Sed, me judice, recte conſtituitur hic locus in vulgatis. Suaviſſimæ profecto ſunt Comparationes hujuſmodi breviuſculæ, ab ipſius naturæ ſimplicibus maxime, ſed nec ideo minus venuſtis, objectis expetitæ: quæque ſcilicet hic magis placent, quod oſtenſa tantum, non prolixe deſcripta. Ex ſequentibus, quæ fuerant Artes Græcarum puellarum, in proclivi eſt colligere: nimirum veſtes acu pingere, et citharam, cum voce pulſare. In cantilenis autem ſuis Dianam et Minervam, Divas pudicitiæ, celebrabant. Conf. Hom. Hymn. Herm. 56. Diſcebant apud veteres Græcos pueri cantilenam de Minerva. Ariſtophan. Nub. v. 964.

V. 30. — Κυπαρισσος. —] Vide Pauw ad Anacr. Fragm. Num. LXV. pag. 294. Necnon Wolfii Sapphon. p. 159.

Ibid. — Ἁρματι Θεσσαλος ἱππος.] Equi Theſſali etiam oraculo veteri celebrati. Vide Idyll. XIV. 12. Oppian. Cyneget. I. 171. Et ibid. doctiſſimum Ritterſhuſium. De quibus etiam, ſi bene memini, docte agit Reiskius in Anthologia ſua. Porro, apud Homerum, paſſim habetur Αργος ἱπποβοτον, hoc eſt, Theſſalia. Vid. Philoſtrat. Vit. Sophiſt. II. pag. 610. Sed nota hæc forte et vulgata.

Porro ſimile quiddam legitur in CANTICIS, I. 9. Τῃ ἹΠΠΩι μου εν ἉΡΜΑΣΙ Φαραω ὡμοιωσα σε ἡ πλησιον μου. Vid. ad v. 26. ſupr. Idyll. XX. 26. XXIII. 23.

V. 32. — Εν ταλαρῳ.—] Qualem nempe vocat Virgilius *calathum* Minervæ. Aliud longe Ταρσος, quod explicat Scholiaſtes noſter ad Idyll. XI. 37. ΤΑΡΣΟΙ, τα κοινως λεγομενα Τυροβολια. Poſtrema V. ſc. ΤΥΡΟΒΟΛΙΟΝ rariſſima eſt, et neſcio an alias in ſcriptis editis occurrat. Eam affert Stephanus, ſed hoc tantum citat exemplum. Theſaur. Tom. III. pag. 1701. Recenſetur, quod fere idem, Τυροβολον, a Dufreſnio inter voces Gr. Med. et inf. Ætatis, Gloſſar. Tom. II. pag. 1624. "ΤΥΡΟΒΟΛΟΝ. *Calathus vimineus.* Gloſſæ MSS. ad Ariſtoph. Ran. ταλαροις, ΤΥΡΟΒΟΛΟΙΣ." Dein Scholiaſtem noſtrum adhibet. Alia ſpecimina Byzantinæ Græcitatis proſtant in his ſcholiis, quæ an a Calliergo an ab ipſis magiſtris prodierint, hic loci non refert exquirere. Ita ſcilicet explicatur Συρικτης, ſive *fiſtulator*, in Schol. ad Idyll. VII. 28. Συρικτην λεγει τον κοινως ΤΡΑΓΩΔΗΤΗΝ. Sic μελικτης, explicant per ΤΡΑΓΩΔΗΤΗΣ. Idyll. IV. 29. ΠΟΙΗΤΗΣ, per ΤΡΑΓΩΔΟΣ, Idyll. VII. 82. Μελιζω, vel αδω, per ΤΡΑΓΩΔΩ IV. 29. Alibique, non raro. Eo demum pravitatis perventum eſt, ut τα ΤΡΑΓΩΔΙΑ, pro hymnis et doxologiis ſuis, Græco-barbari dicerent. Accipe et aliud. Scholiaſtes ad Idyll. IV. 10. Σκαφιον, interpretatur, "quod *communiter* dicitur τζαπιον." Jam vero ΤΖ, pro Σ, ut et hic pro ΣΚ, paſſim uſurpant recentiores Græculi ſcriptores; cujus etiam vocis multa ſuppeditant exempla, gloſſatores et grammatici præſertim. Ita nempe κολλητζις, forte pro κολλησις, ad Idyll. XIII. 42. Necnon ad Idyll. X. 37. Αγριομελιντζανα, forte pro αγριομελινσανα. Quæ voces, præter ſcriptionem, barbaræ ſunt. Addam

unum amplius. Schol. Idyll. I. 55. Σχοινος. το παρα τοις κοινοις ΒΡΟΥΛΛΟΝ. Scholia neoterica apud Pindar. Olymp. VI. v. 90. Σχοινος γαρ το λεγομενον ιδιωτικως ΒΡΥΛΟΝ. Vocabulum iſtud βρȣλλον, ſi bene memini, non occurrit apud bonos auctores; eſtque inter corrupta illa jure numerandum, qualibus utebantur, caducis jam Græcis literis, cum jam nova vetuſtis et puris paſſim ſubſtituerentur. Confer Schol. ad Idyll. V. 125. Et Dufreſnii Gloſſ. Gr. V. ΒΡΟΥΛΟΝ. Per illud κοινως, vel τοις κοινοις, hic intellige, "juxta generalem et communem ſermonem," quem tunc frequentabant, quales quales erant, Græci homines. Deſueverat et inuſitata fuit vetus et pura vox; quam cogebatur interpres per barbaram, familiarem ſcilicet et ιδιωτικην, explicare. Aliter a grammaticis nonnunquam V. κοινως adhibetur; ut recte vidit Cl. Pierſonus ad Mœrid. Atticiſt. Præfat. pag. xxvii. Vult ille per vocabula κοινα, intelligenda eſſe vocabula quæ omnibus Græcis ſunt communia; ſcilicet ut oppoſita Doricis, Ionicis, &c. Ego hic popularem linguam, quæ ſola tunc temporis exiſtens, longe ab antiqua illa differebat, et nullis interea dialectis quæ jamdudum deſierant, opponi poterat, intelligo. Quaſi dixiſſet Scholiaſtes, "Quomodo nos Byzantini loquimur hodie." Res alibi plane patet, ubi iidem Scholiaſtæ explicant V. Ὑσπληγξ per V. Græco-barbaram Καγκελον, *Cancellum*. Idyll. VIII. 58. Ὑσπληγξ. η των δρομεων αφετηρια, ὁ ΚΑΓΓΕΛΟΝ ἩΜΕΙΣ ΦΑΜΕΝ. Dein, ubi V. Πυῤῥιχος interpretantur per Byzantinum vocabulum Οσκαριος, *Rufus*. Idyll. IV. 20. Το ΚΑΘ' ἩΜΑΣ Πυῤῥιχος, ΟΣΚΑΡΙΟΣ. Sc. in utroque Scholio, *apud nos, ut nos hodie loquimur*. Hoc forſitan alibi, loco magis opportuno, plenius exſequar.

V. 33. — Ητριον ἰςω.] Dorice lege Ατριον. Heſychius, ΑΤΡΙΟΝ. ὑφος λεπτον, &c. Ubi vide Salmaſium. Confer et Cl. Valckenarium ad Phœniſſ. Euripid. v. 1726. pag. 576. Herodianus Grammaticus, ΕΥΗΤΡΙΟΣ χιτων. ὁ λεπτος και ευυφυς, Ibi conſule Cl. Sallierium et Pierſonum. Edit. Pierſon. poſt Mœrid. Attic. p. 464.

V. 34. — Ἐνταμ' εκκαλεοντων.] Scaliger male vult εκαμ.' EMEND. p. 228. Affert e Scholiis manuſcriptis Caſaubonus εκ κελεοντων. Habeo equidem in meis Vaticanis εκ καλεοντων. Conſulatur Heſychius Κελεοντων, et ibidem Cl. Alberti.

V. 43. Πρᾶταί τοι. —] Forte relegas elegantius,

ΠΡΑ'ΤΑι τοὶ. ————

Tibi primæ. Calliergus habet, ſed Iota non ſubſcripto, πρᾶτα. Reliqui libri cum Codicibus meis. Lege et v. 45. Πρᾶτα δ'. Porro coronas e LOTI flore plexas apud Alexandrinos commemorat Athenæus. XV. 677. D. Erat Lotus e Nili floribus, magno habitus pretio; et frequenter ex eo coronæ in Ægyptiis monumentis occurrunt. Loto coronatur Arſinoe Philadelphi, et alter Ptolæmeus, apud Vaillant. Ptol. pag. 43. Confer Spanhem. de Uſ. et Præſtant. Numiſm. Tom. I. Diſſ. vi. 1. p. 301. Hinc ſuſpicari

ſuſpicari licet, hoc poema vel ex Alexandrina Schola prodiiſſe; vel ſaltem a Theocrito ſcriptum, apud aulam Philadelphi, Alexandriæ agente.

V. 45.—Αργυρεας εξ ολπιδος.—] Vide Caſaubonum ad Theophraſti Charact. p. 167. Pretioſa pyxis, vel ampulla, hic adhibebatur: cum frequentiſſime utebantur æreis, coriaceis, vel operis figlini.

V. 48. Αγνοιη.—] Vult Joſua Barneſius αγνοιη. "Ita ſcribitur, inquit, in omnibus fere Codicibus; et hanc inſuper dant cauſam, quod contractim fiat pro αναγνοιη. Sed argumentum a cauſa non hic valet. Nam Homero αγκλινας, pro ανακλινας, occurrit. Quare et apud Theocritum legendum ΑΓΓΝΟΙΗ." E Prolegomenis de Græca Lingua. MSS. pag. 3. In Bibliotheca Collegii Emanuelis Cantabrigiæ. Habet Aldus ταυτ' ειδη. Vaticanus αν νειμη. In fine verſiculi, pro ειμι, rite reſcribimus εμμι. Necnon σεβευ. Ea Inſcriptio Dorice fuit exaranda, in cortice platani. Paſtorali nempe dialecto. Atque hinc inter cætera colligo, Theocritum non eſſe auctorem hujus Idyllii: aliquem vero potius Theocriti imitatorem. Theocritus ipſe nihil admonuiſſet de Dorica dialecto, ſed ea, ſuo more, ultro uſus fuiſſet. Porro hæc admonitio videtur eſſe recentioris alicujus poetæ: quando nempe, dialectorum diſcrimina fere evanuerant, locumque Atticæ ſoli ceſſerant. Quod ſophiſtarum ſcripta teſtantur. Hinc quaſi novum aliquod, minuſque notum, dialectus hic Dorica jubetur adhiberi. Hinc etiam patet affectata poetæ noſtri imitatio. Non interea negamus quin in hoc Idyllio ſint plures Doriſmi. Sed facile poterat a grammaticis ad Doricum cantum redigi, quo commodius cum cæteris Theocriteis recenſeretur. Sane illud ΔΩΡΙΣΤΙ eſt a rhetorum ſcholis.

V. 55.—Εγρεσθε προς αω, μη τι λαθησθε.] Alii male εργεσθε. E Vaticanis non dubito certiſſime ſcribere.

——————— Μη 'ΠΙΛΑΘΗΣΘΕ.

Id ex parte porrigit Aldina. Reponi vult Heinſius, ingenioſe quidem, μη τι παθησθε. c. xxiii. Quomodo fere dormituris infantibus accinitur, Idyll. XXIV. 9. Atqui nihil amplius mutandum.

V. 56.—Πρατος αοιδος, &c.] Vid. Burmanni Not. ad Ovid. Epiſt. XII. 137. Totus contextus ita bona fide corrigi et interpungi poſſit e Vaticanis.

——————— Πρατος αοιδος
Εξ ευνας κελαδηση, ανασχων ευτριχα δειρην,
'ΥΜΙΝ. Ω 'Υμηναιε, &c.

Ubi primus gallus vobis *inſonuerit.* Non tamen dubito quin 'Υμαν, *Hymen*, ſit vera lectio. Aldina, profert Η μαν, non prorſus incommode.

IDYLLIUM XIX.

NOTISSIMUM eſt, inter Anacreontica reperiri carmen ejuſdem argumenti. Car. xl. An illud ſcripſerit Anacreon, an hoc Theocritus, æque dubitari poſſe putaverim. Recenſetur a Stobæo tanquam Theocriti, Cap. 63.

V. 7. — Ιοος. —] Aldus ιοον. Ita corrigo et reſcribo duos ultimos verſiculos.

—— ΤΙ; Δ' ȣκ' ιοος εοσι ΜΕΛΙΣΣΑι;
Κ' 'ΑΝ τυθθος μεν εης, &c.

Ubi vult Reiskius aut κ'ȣ, aut χ' ὡς. Reponit Stephanus, pro εης, ιης. Otium lectoris et meum perditum irem, ſi leves variationes, in tenuiſſimo Poematio, librorum Codicumque deſcriberem.

IDYLLIUM XX.

TRADUNT grammatici, Theocritum hoc carmine quosdam fastidiosos homines perstringere, qui Musam suam bucolicam, tanquam nimis rusticam, contempserant. Ego quidem non puto esse Theocriti.

V. 1. Ευνικα μ' εγελαξε, θελοντα μιν ἁδυ φιλασαι.] Profertur autem pro Dactylo V. Ευνικα, Idyll. XIII. 45.

Ευνικα και Μαλις. ———————

Ergo hic corrigas, in eorum gratiam quibus aures sunt teretes,

Ευνικα μ' ΕΞΕΓΕΛΑΞΕ. ———————

Jam vero in calce versiculi relege, conjunctim, ἁδυφιλασαι.

Ευνικα μ' ΕΞΕΓΕΛΑΞΕ, θελοντα μιν ʽΑΔΥΦΙΛΑΣΑΙ.

Epigramma Meleagri apud Chariton. Dorvil. Animadvers. pag. 89. [MSS. C. Ceph. I. 88.]

Βαινω δη ιχνος επ' ιχνος, εν αερι δ' ἡδυ τυπωθεν
Ειδος αφαρπαζων χειλεσιν ʽΗΔΥΦΙΛΩ.

Vestigo pueri vestigia, et in aere formatam suavem
Imaginem labiis abripiens suaviter exosculor.

Ad quæ vid. Pierson. Verisim. pag. 91. Vide quoque sis ἡδυβοας, Anthol. I. lx. 5. Sed frequentia sunt ejusmodi.

V. 5. ʽΟια βλεπεις, ὁπποια λαλεις.—] Alciphron, I. xxxviii. pag. 179. Bergler. ʽΟιον εφθεγγετο, ὁιον εβλεπεν. *Ut loquebatur! ut tuebatur.*

V. 6.— Αγρια.—] Aldus αγροικα. Ut supra in Codicibus meis αστικα. Sed αγρια παισδη occurrit apud Moschum, Idyll. I. 11.

V. 7. ʽΩς τρυφερον, &c.] Ironice, sicut illa Milonis, Idyll. X. 38. Dubium movet hic Palmerius, de loco satis aperto. pag. 810.

V. 13. — Λοξα βλεποισα.] Habet Musæus, Λοξα δ' οπιπτευων. *Oblique intuens.* Her. Leandr. v. 101. Epigr. Agathiæ Scholastici, Mulier λοξον ιδουσα, Anthol. Planud. Ed. Wechel. pag. 605. Tutius rescribas λοξοβλεποισα, ut est in Vaticanorum uno. Vid. Not. ad Idyll. XVI. 44. de Theocriti verbis Compositis. Confer et Apollon. Rhod. II. 667.

V. 14. — Τι σεσαρος.] Eodem plane sensu apud Lucianum, ut mihi videtur. Οι δε ΣΕΣΗΡΟΣ υπομειδιωντες. Philop. III. Wetst. p. 615. §. 26. Reddere potes Anglice, *Making faces at me.* Risit hæc Eunica nostra per contemptum, os interim distorquens et rictum diducens. Commodissime Aristophanes, Pac. v. 635. Ηγριωμενοι και ΣΕΣΗΡΟΤΑΣ επ' αλληλοισι. Ubi Scholiastes, Απο των κυνων ή μεταφορα, όταν γαρ οργιζωνται ΣΕΣΗΡΑΣΙΝ αλληλοις. Vide quæ notavimus ad Idyll. VII. 19.

V. 16. Και χροα φοινιχθην. —] Pro εφοινιχθην. V. Φοινισσω sæpius usurpat Nonnus; quæ quidem poetarum sophisticorum descriptionibus adornandis ut plurimum convenit. Dionys. XXXIV. p. 858. v. 30.

——— Ηθαδος εκτοθι μιτρης
Λευκος ερευθιοωντι χιτων ΦΟΙΝΙΣΣΕΤΟ μαζω.

——— *Consuetam extra zonam exertâ*
Candida tunica rubebat *roseâ papillâ.*

Ibid. XXXVIII. p. 972. v. 20. De puella lavante.

——— Καταυγαζουσα δε λιμνην
Αργυφεων ευκυκλος ιτυς ΦΟΙΝΙΣΣΕΤΟ μαζων.

——— *Illustrans vero ripam*
Candidarum papillarum rubescebat *circulata orbita.*

Dein, XLI. p. 1066. v. 29.

——— Λευκοι δε, παρα σφυρα νειατα κουρης,
Πορφυρεοις μελεεσσι ΕΦΟΙΝΙΣΣΟΝΤΟ χιτωνες.

——— *Candidæ vero, circa pedes postremos puellæ,*
Purpureis membris rubescebant *tunicæ.*

V. 17. — Ὑποκαρδιον οργην.] Quomodo supra dixit, Idyll. XI. 15.

——— Ὑποκαρδιον ἑλκος.

Ita fere Bion, Idyll. I. 17. Aldus hic et Calliergus, λυποισα. Bene.

V. 22. — Ὡς κισσος, &c.] "Huc respexit Euphorion in Epigrammate, de quo nos in Epist. Critic. pag. 165." Toupius, in Lit. ad me datis.

V. 25. — Δ' αρ' ειην. —] Pro quibus dat γλαυκας Vaticanus. Quod, maluit Brodæus, in Stephani quoque margine notatum, Misc. VII. 11.

V. 26. — Στομα και παντας γλυκερωτερον. —] Habeo in Vaticanis, και υπ' αυτας. Quod exprimit Aldus. Adhibe huc Cantic. IV. 11. Κηριον αποσταζουσι χειλη σου, νυμφη. ΜΕΛΙ και ΓΑΛΑ υπο την γλωσσαν σου. Cæterum ascribenda est cætera pars hujus contextus.

——— εκ'

——————— εκ ϛοματων δε
Ἐῤῥεε μοι Φωνα γλυκερωτερα η μελικηρω.

Libri veteres, η μελι κηρω. Recte. Moſchus Idyll. III. 33.

Μαλων ϗκ ΕΡΡΕΥΣΕ καλον γλαγος, ϗ ΜΕΛΙ σιμβλων.
Καλθανεν εν ΚΗΡΩι λυπευμθυον. ———

Ad Theocritum proculdubio reſpexit Moſchus. Ad rem quoque Marcus Argentarius, Anth. Ceph. Lib. III. Erotic. Car. 284.

Καȣ μελι μεν ϛαζεις ὑπο χειλεσιν ἡδυφιλῶσα.

Et mel ſtillas a labris ſuaviter oſculando.

Quemadmodum ea legi debent et Latine verti. Meleager etiam in epigrammate Anth. Ceph. edito ad Heſych. Albert. Tom. I. pag. 839.

Ουνεκα καȣ μορφα βαλλει Φλογα, καȣ γλυκυμυθει
Καιρια, καȣ σιγων ομμασι τερπνα λαλει.

Atqui frigidum eſt, etſi bonum, ut formoſus ille puer loqueretur tantum *opportuna*; præſertim non convenit ut id *ſuaviter*. Vividis hic metaphoris et audaculis agit, et amator, et poeta. Repono ΚΗΡΙΑ, pro καιρια.

Quoniam quidem forma jaculatur flammam, et ſuaviter loquitur
Ipſos FAVOS, *et etiam tacens oculis dulce loquitur.*

Confer Homer. Iliad. I. 249. Moſch. Idyll. I. 9. Et Nonnum, Dionyſ. L. X. pag. 280. v. 6. edit. Han.

Καȣ ϛοματος ῥοδεοιο μελιπνοος ἐῤῥεεν αυδη.

Et ex ore roſeo mel ſpirans fluebat vox.

Quinetiam, XLI. p. 1068. v. 22.

Λαροτερην σιμβλοιο μελλιῤῥυτον ηπυε Φωνην.

Dulciorem favo mellifluam emiſiſſet vocem.

Sed tædet exemplorum horum parallelorum. Addam tamen, Στομα ΚΗΡΙΩΝ γλυκερωτερον. *Os* favis *dulcius*. Long. Paſt. L. I. p. 17. ed. Jung.

V. 29. — Πλαγιαυλῳ.] Varias hic lectiones afferunt libri, quarum veriſſimam, utpote noſtræ proximam, puto Florentinam, viz. πλαγιαυλῳ. Quin et agnoſcit Vaticanus ſecundus πλαγιαυλῳ, corrupte forte pro noſtra. Eam eſſe veram, probare videtur iſte Bionis verſiculus. III. 7.

Ὡς εὑρον ΠΛΑΓΙΑΥΛΟΝ ὁ Παν, ὡς ΑΥΛΟΝ Αθανα.

Ubi ſaltem vides aliam fuiſſe ab ΑΥΛΩι ſimplici. *Obliqua* eſt tibia. Adeatur autem Julius Pollux IV. 10. Scaliger Poet. I. 20. Aldus expreſſit πασι αυλῳ. Xylander in Scholiis ſuis Græcis, apud editionem Francofurtanam, A.D. 1558, vult Πανναυλῳ, *ex* PLURIBUS *fiſtulis fiſtula facta*. Quod et

et mavult Brodæus, MISCELL. VII. 11. Unde, non ineleganter, elici possit Πανοσαυλῳ, vel id ipsum, majuscula initiali, Πανναυλῳ. *Fistula quam* PAN *invenit.* Ut modo vidimus in versiculo Bionis. Contra quod stat Longus, imitator Theocriti, Pastoral. L. I. pag. 6. edit. supr. Αυλοι πλαγιοι. *Tibiæ obliquæ.* Ibi συριγξ, et πλαγιος αυλος, differunt. L. IV. p. 175. Habet et Heliodorus, πλαγια αυληματα. L. V. pag. 224. edit. 1631. Confer Span. ad Call. Del. 253. Athen. IV. 175. Ælian. de Animal. VI. xix. Achillem Tatium, Erotic. L. VIII. pag. 475. edit. Salmas. Ibidemque Salmasii notas. Reiskius conjecit τανυαυλῳ. *Fistula in longum porrecta.* Siquod autem conjiciendum, ego conjicerem, πλατυαυλῳ. *Fistula ore* LATO, *vel* LATE *porrecta, constans,* scilicet, *e pluribus compactis.* Quod proxime accedit lecturis exemplarium probatiorum.

V. 31. Και πασαι, &c.] Consule J. F. Reitzium ad Luciani Gall. pag. pag. 711. §. 6. Wetst. Tom. II.

Ibid. Τα δ' αστυκα μ' ουκ' εφιλασεν.] Dubitant critici, sitne singularis an pluralis τα δ' αστυκα, ut subaudiatur κορασια, &c. Stephanus subintelligi vult χειλεα. Quod certe durius, nec consentit facile cum sequenti παρεδραμε, &c. Ego ita locum relego,

—— Τα δ' ΑΣΤΥ ΚΑΤ' ου Μ' εφιλασεν.

"Hæc Puella *ex Urbe*, sc. κατα αστυ, *consueta apud Urbem* versari, me non dignata est osculari." Elegans ille est et peculiaris usus præpositionum, apud Siculum nostrum. Habemus infra, quod et frequens, κατ' αστυ. v. 44. Hic est Eunica Ἡ ΚΑΤ' ΑΣΤΥ. Præterea per contemptum videtur ea phrasis hic adhiberi. Habet quidem Alciphron, Εξ ὁτου τον ΑΣΤΙΚΟΝ εφηβον εθεασαμεν. L. III. i. pag. 275. Bergl. Sequentia ita pungere et refingere possis,

Αλλ', ὁτι βωκολος ειμι, παρεδραμε, κ' ουποτ' ακουει.

Me non audit. Hodierna interpunctio Stephanum habet auctorem. Dein rescribendum, ex Vaticano secundo, pro Ὡς,

Χ' Ὡ Καλος, &c. ——

Etiam Pulcher, &c. Id quod in antiquioribus etiam rite comparet editionibus.

V. 33. Ὡς καλος Διονυσος, &c.] Virgil. Ecl. X. 18.

Et formosus oves ad flumina pavit Adonis.

In quibus respexit Theocritum manifesto Longus Sophist. Past. De Daph. et Chl. Lib. IV. p. 164. Edit. 1605. 12mo. Ubi Gnatho Parasitus, amans Daphnin. " Ει δε νεμοντος ηρασθην, θεους εμιμησαμην. Βουκολος ην Αγχισης, και εσχεν αυτον Αφροδιτη. Αιγας ενεμε Βραγχιος, και Απολλων αυτον εφιλησε. Ποιμην ην Γανυμηδης, και αυτον ὁ Ζευς ηρπασε. —— *Sin vero pastorem arsi, deorum imitator fui. Bubulcus erat Anchises, tamen habuit illum Venus. Capellas pascebat Branchius, et Apollo ipsum amavit. Pastor erat Ganymedes; eum nihilominus rapuit*

rapuit Jupiter." Imitatur et hæc Nonnus, Dionyſ. L. XV. pag. 428. v. 22. Ed. 1605. Paſtor Hymnus ad Nicæam puellam Venatricem.

Παρθενε, μη με διωκε, και ει βοας ες νομον έλκω,
Ουρανιων λεχεων επιβητορες εισι νομηες.
Τιθωνος ροδοεις πελε νυμφιος, όν δια μορφην
Διφρον εον ςησασα Φαεσφορος ήρπασεν ηως·
Και Διος οινοχοος πελε βουκολος, όν δια καλλος
Φειδομενης ονυχεσσιν εκουφισεν ύψιπετης Ζευς.
Δευρο βοας ποιμανε, και όπλοτερην σε καλεσσω
Αλλω βουκολεοντι συν Ενδυμιωνι Σεληνην.
Ῥιπτε βελος, και ψαυε καλαυροπος· οφρα τις ειπη
Ὑμνου μηλονομοιο βοας Κυθερεια νομευει.

O virgo, ne me perſequere, quamvis boves in paſcua traham,
Divum thalamos etiam paſtores aſcendunt.
Tithonus roſeus erat maritus, quem propter formam
Currum ſuum ſiſtens lucifera rapuit Aurora.
Et Jovis pocillator fuit Paſtor, quem ob pulchritudinem
Parcentibus unguibus ſuſtulit altivolans Jupiter.
Huc age, boves paſce; et juniorem te appellabo,
Alio boum paſtore cum Endymione, Lunam.
Abjice telum et accipe baculum; ut quis dicat,
"*Hymni paſtoris boves Venus paſcit.*"

Ibid. Ουκ ἐγω, &c.—] Huic ſententiæ Nota interrogationis bene poſſit adſcribi. In ſequenti verſu, ſcribe, ſi placet, χ' ὠ. *Venus inſanivit amore bubulci*, et ILLE pavit, &c. Ubi Φρυγιοις habent Codices pro Φρυγιης.

V. 39. Λαθμιον — Εις ένα. —] Aldus λαθριον, et Codices quidam. Stephanus εις ένα ex Brubachiana, ubi intellige χοιτον vel ſimile. Belle quidem Scaliger, εις ἐν. EMEND. pag. 218. Quod Schottus etiam profert e Toletano. Ex εμα, quod multi libri meique Codices agnoſcunt, Reiskius efficiendum vult εις όμα, i. e. τα αυτα, puta λεκτρα, &c. Probat Brodæus, quod tamen ei Florentina partim ſubminiſtravit, εις ςομα. *Pueri os ſuavians dormiebat.* IX. 7. Quod arceſſitum. Lectio illa Florentinæ eſt εισομα. Alii conjicunt εις άμα. E quibus ego Toletanam, vel Scaligerianam, malo. Poſſet tamen legi εισετι παιδι καθευδει. Vel potius, Καθεισ' ἱνα παιδι καθευδη. Sc. Καθεισα, deſcendens. Vel, Κακεισ' ενι παιδι. Ut ſit tmeſis pro ενικαθευδε. i. e. συνκαθευδε. Videndum tamen, annon defendi poſſit vulgata, ſubintelligendo τοπον, &c. Quomodo loqui ſolent et amant Dores. Nec prætereundum eſt, illud άμα καθευδειν eſſe ex Græca phraſi, et forte ſenſu amatorio. Lucianus, in Dial. Jov. Ganymed. ΖΕΥΣ. Δια τουτο σε ανηρπασα, ὡς ἍΜΑ ΚΑΘΕΥΔΟΙΜΕΝ. Tom. I. Wetſt. pag. 211. §. 4. Suaviter

viter et Æſchylus, et ex hac fere formula, Coeph. v. 897. Mammam oſtendit Oreſti filio Clytemneſtra.

Μαϛον, πρὸς ᾧ συ πολλα βριζων ʽΑΜΑ.

Mammam, ad quam tu dormituriens ſimul.

Iterum Lucianus, edit. ut ſupr. III. Dial. Meretr. pag. 314. Dial. xii. ʽΩς ἁμα καθευδοιμεν. *Ut una dormiremus.* Quod frequens.

V. 41. — Αυτος επλαγχθης.] Nonnihili facienda lectio Codicis Vaticani ſecundi.

———— ΟΡΝΙΣ επλαγχθης.

O Jupiter propter puerum boves paſcentem, ſc. *Ganymeden,* ales factus *erraſti.* In ſequenti, bene idem Codex dat μονον pro μονα. Novo prorſus ſenſu. " Cæteros omnes lubenter ſatis admittit, et amplectitur, proterva hæc et faſtidioſa puella: *ſolum* Bubulcum, &c.

V. 44. — Κυπρι. —] Eunica forte, non Venus, intelligenda eſt. Eleganter conjecit Cauſabonus, " Tu quæ altera tibi Venus videris." c. xix. Quod probat etiam Palmerius, pag. 810. Quid autem de illis fiet τον αδεα, et εν ορει? Ubi videatur Adonis intelligi. Reſpondeo: per αδεα ſignificari poſſe amatorem in genere, formoſum et amabilem aliquem adoleſcentem, ut τον καλον, &c. Atque ita locum interpretor. " Neque amplius tu, O Eunica, amatorculum aliquem, vel in urbe, quam tantopere laudas; vel *etiam,* RURI, ſi forte unquam *ad extrema redacta fueris,* habeas quem oſcularis." Si velis ut Venus, amorum numen, hic accipiatur, tum vox eſt irati amatoris, bubulci ſcilicet, tale Malum Veneri imprecantis ob faſtidium Puellæ. Hanc contextus emendationem mihi porrexit eruditus vir, et in Theocrito verſatiſſimus.

Μηκετι μηδε ΤΑ ΚΥΠΡΙΔΟΣ ʽΑΔΕΑ, μητε κατ᾽ αϛυ,
Μητ᾽ εν ορει ΦΟΡΕΟΙΣ· μωνη δ᾽ ανα νυκτα καθευδοις.

Fatetur Cl. Reiskius ſe non contuliſſe hoc, et Idyllium undevigeſimum, cum editione Aldina, quam vocat Erneſtianam. Ego eam editionem (ut in cæteris certe omnibus) in utriſque contuli, quam plerumque illi alteri reſpondere reperio. Niſi quod in illo Erneſtiano exemplo, [quod eſt Bibl. Bodl. ART. F. 4. 9.] punctuatio paulo accuratius expediatur. Nos cum lectiones Aldi notamus, utraſque ejus editiones promiſcue deſignamus.

IDYLLIUM XXI.

TRADITUR Theocritum Ægyptiis, apud quos versabatur, hanc fabulam cecinisse: qui quum plerique essent piscatores, atque homines otio dediti, ad laborem non facile, nisi inopia et necessitate, perpelli poterant; nec faciebant officium, donec esset unde victitarent. Sane apud Syracusas, quæ piscatoribus abundabant otiosis, æque commoda fuisset, atque opportuna, istiusmodi cantilena. Vide Not. ad v. 37. Mendosum valde est hoc Carmen, et duriusculum; nec multum salis ac leporis habere videtur absconditum. Ex eodem forte Sannazarius Eclogæ PISCATORIÆ rationem desumpsit. Ne primus hoc genus invenisse videretur et intulisse. Non tamen puto hoc Idyllium a Theocrito profectum fuisse. Cujus ingenium, naturalibus objectis apte seligendis et eximie depingendis unice comparatum, non poterat quin crebras imagines poeticas, in ora maris, ipsoque mari, repertas, in istiusmodi carmen ultro transtulisset. Idem vero, cum sub dialogismi forma conscriptum viderent, Theocriteis Idylliis adnumerare non dubitabant grammatici. Citatur ab Athenæo ἉΛΙΕΥΣ Sophronis. Unde colligit Heinsius, nescio qua ratione, e Mimo aliquo carmen hoc traduxisse poetam nostrum.

V. 3. 4. Καν ολιγον, &c.] Illud επιψαυσησει est *attingere*. Habent, minus recte, vetusti libri επιβαστησι. Cui simile quiddam dant Vaticani. Jam subinde επιστεμβωαι, quod certe rectum est, habetur diserte in Vaticano secundo. Quare aliorum nec commenta, nec lectiunculas, apponam.

V. 5. — Θορυβευσιν. —] Pro θορυβεουσιν. Ita βομβωντι pro βομβευσι, βομβουσι. Idyll. I. 107. V. 46. Ita Sappho in oda celeberrima, βομβευσιν ακοαι. Æolice pro βομβουσι. Sapph. Frag. IX. Ubi conjecit Cl. et doctissimus Pearcius, επιρρομβευσιν. Sed nolo me disputationibus hujus generis immittere.

V. 6. Ιχθυος αγρευτηρες.—] Pro ιχθυων. Vid. Spanhem. Call. II. pag. 33.

V. 7. — Ὑπο πλεκταις καλυβαισι.] Intelligo *junceum* tuguriolum. Quali in domicilio mortem obiit Theres piscator, valde senex, sospes e plurimis pro-

procellis et naufragiis, apud Leonidam Tarentinum. Anthol. III. xxii. 20.

> Εμπης δ' Αρκτουρος επωλεσεν, ουτε καταιγις
> Ηλασε, τας πολλας των ετεων δεκαδας,
> Αλλ' εθαν' εν ΚΑΛΥΒΗι ΣΚΟΙΝΙΤΙΔΙ, λυχνος όποια.
>
> *Tamen neque Arcturus perdidit, neque procella*
> *Vexavit, multas annorum decadas.*
> *Sed occidit in* tugurio junceo, *qualis lychnus.*

Memorat Alciphron piſcatorum Καλυβια ολιγα, *Exigua tegumenta.* Epiſt. Lib. I. 1.

V. 10. — Ληδα.] In meis Codicibus, ληγα. Quæ et Aldi eſt. Brodæus, ubi ſupr. vult λινα. Affert Valkenarius τα φυκιοεντ' ΑΓΡΗΝΑ, *Retia.* Epiſt. ut ſupr. pag. 42. Res eſt profecto non magni momenti, ſed quæ magnas turbas excitavit.

V. 11. Ὁρμειαι. —] Codices et libri vetuſtiores ὁι μειαι, ſine commate. Reiskius conjicit ὁι μελεοι κυρτοι. Verſus ſaltem hiat, ita igitur mecum repone,

> Ὁρμειαι, κυρτοι ΤΕ, και εκ σχοινων λαβυρινθοι.

Eſt et ubi redundet conjunctio copulativa. Idyll. XIV. 25.

> Ευμαχης, Χ' ἁπαλος. ——————

Ubi rectiſſime Calliergus,

> Ευμαχης, ἁπαλος. ——————

V. 12. — Κωας. —] Forte melius Κωα, ut in Aldo, et Vaticano ſecundo, *Pelles.*

V. 13. — Ἑιματα, πιλοι.] Aldus habet ἑιματ' απυσι. Reliquæ fere ut nos, ſine commate tamen. Reiskius putat in Aldina latere ἑιματα βυσαι, aut κυσαι. Sed Vaticanus ſecundus diſerte dedit πυσι, quo forte reſpexit Aldus, et unde lecturam ſuam qualitercunque concinnavit. Brodæus vulgatam vocem vertit, *Veſtes e lana craſſa et ſubacta.* MISCELL. ut ſupr. Commode huc referri poſſent epigrammata duo Anthologiæ Cephalæ, unum Archiæ, alterum Flacci, in quibus dedicantur inſtrumenta artis piſcatoriæ. pag. 16. 17. Edit. Oxon. 1766. Plurima etiam ex Planudea.

V. 15. — Ου χυτραν αιχ' ου κυνα. —] Hanc lectionem primus excogitavit Joannes Auratus. Et ſane optima eſt earum quæ circumferuntur. Vaticanus ſecundus adfert κινα pro κυνα. Quod in libris etiam verſatur. Scaliger conjecit ου χοα, pro χουν. EMENDAT. p. 228. Brodæus, ουκ ινα, ex ις, genus menſuræ, quod et *robur* etiam ſignificat. MISCELL. VII. 12. Denique Heinſius, c. xxiv. ου τινα, ſc. χυτραν. Veruntamen hoc eſt proverbium; quod extat, ni fallor, in Ariſtophane, vel ejus Scholiaſte. Dolendum eſt interea non reperiri poſteriora hæc Idyllia in Codicibus Benedictinis et Laurentianis.

V. 16.

V. 16. Παντ' εδοκῃ τηνας αγρας· πενια σφιν εταιρα.] Locus, ſiquis alius, vexatus, et ab emendatoribus exercitatus. Vulgatam Stephano debemus, cum neſcio quid pravum vetuſtiores libri præſtiterint. Scaliger ita ſcribendum conjicit, ut ſupr.

Παντ' εδοκῃ τηνοις· αγρα πενιασφιν εταιρα.

Ex magni viri conjectura conjecerat ulterius Cl. Valckenarius, Epiſt. ut ſupr. pag. 41.

Ταλλ' εδοκῃ τηνοις· αγραν πενιας φαν εταιραν.

Sc. "Omnia reliqua videbantur illis ſupervacua: piſcaturam paupertatis eſſe comitem dicebant, *vel* reputabant." Cum legeret Aldina ἡ σφας εταιρȢς, demum Reiskius exinde repoſuit πενια ης σφος εταιρος. Profecto quiddam ſimile Aldinæ habemus in Vaticanis nonnullis. Ita, ſi poſt tantos viros quid minari liceat, ipſe conjicio.

———— Παντα πεχλοσα

Ταλλ' εδοκῃ ΠΛΗΝ ΤΑΣ ΑΓΡΑΣ· πενια, &c.

Nullus vel ollam habebat vel etiam canem. Fidebant ſolummodo piſcaturæ ſuæ; Omnia reliqua præter eam, *ſupervacua reputabant et inutilia.* Vel παντα poſſit repeti, quod neſcio an non fortius et elegantius.

V. 17. — Παντᾶ. —] Florentina dat παντη, ut habeat epithetum θαλασσα. Unde conjecit Reiskius legendum πελια δε, *glaucum mare.* Codex ſane aliquis Vaticanus, nec nulli libri, πενια. Unde reſcribas, ſiquid adhuc emendandum.

——— ΠΕΝΙΑι δε παρ' αυταν

Θλιβομεναν καλυβην τρυφερον προσεναχε θαλασσα.

"*Mare ſuaviter adnatabat ad ipſorum caſulam,* afflictam PAUPERTATE." Non tamen video cur non ſtet παντᾶ. In litore poſitum erat hoc tugurium, et mare fere undiquaque proſpectabat. Singulari modo videtur hic illud τρυφερον adhiberi. Primario ſenſu ſignificat aliquid *tenerum, delicatum.* Idyll. XX. 7. Ὡς ΤΡΥΦΕΡΟΝ λαλεεις. *Quam* delicate *loqueris.* Ita in epigrammate inedito, Anthologiæ Ceph. MSS. Lib. I. Car. 200.

Ηδη επι ϛρατιης ορμας ετι, πως αδαης ων,
  Και ΤΡΥΦΕΡΟΣ; Τι ποιεις ȣτȣς; Ορω, μεταθȣ.
Οιμοι, τις σ' ανεπεισε λαβειν δορυ, τις χερι πελτην;
  Τις κρυψαι ταυτην την κεφαλην κορυθι;

Anne jam in exercitum properas, ita rudis,
  Et tenellus? ————
Hei mihi, quis tibi perſuaſit accipere haſtam, quis manu clypeum?
  Quis tale illud caput obtegere galea?

 Ibid.

Ibid. Carm. 163.

Ὁ ΤΡΥΦΕΡΟΣ Διοδωρος επ' ηϊθεους φλογα βαλλ{.

Tener *Diodorus in juvenes flammam jacit.*

Meleager, in epigrammate ανεκδοτω, quod legitur apud Hesychium Alberti, Tom. I. Col. 839. [MSS. Anth. Ceph. L. I. Carm. 113.]

Ω Χαριτες, τον καλον Αριςαγορην εσιδουσαι
Αντιον, εις ΤΡΥΦΕΡΑΣ ηγκαλισασθε χερας.

O Gratiæ, formosum Aristagoram adspicientes
Ex adverso, teneris *manibus amplexæ estis.*

Strato, in inedito hactenus, Anth. Ceph. MSS. L. I. 9.

Και ΤΡΥΦΕΡΑΙ κροταφων ξανθοφυεις ἑλικες.

Et molles *capitis flavi cincinni.*

Vide Meleagri lusum in V. Τρυφερα. Anth. VII. 10. Quod explicat illud Asclepiadis, Anth. Ceph. L. III. Erotic. III. Carm. 349.

Και ΤΡΥΦΕΡΗΝ ταχεως εν παροδω καλεσον.

Conferas et Sept. Interpp. Isaiæ, LVIII. 13. Και καλεσεις τα σαββατα ΤΡΥΦΕΡΑ. Hesychius, ΤΡΥΦΕΡΟΣ. Νεος, ἁπαλος, η ψιλος.

V. 18. Θλιβομεναν. —] Scribit Reiskius θλιβομενα.

V. 21. — Ηρεθον ωδαν.] *Sollicitare cantum.* Est, ut inquit Cl. Reiskius, cantandi conatu sese ad cantandum alternis invitare. Vid. Casaub. ad Athen. Animadv. VIII. vi. pag. 590. Vide et eundem ad Fragm. Sapph. CLXI. pag. 137. edit. Wolf.

V. 22. Ψευδονται. —] Omnino rescribe ex Aldina, et Vaticano secundo, Ψευδοντο.

V. 23. Ζευς.] Deest ea vox Aldino libro. Unde conjecit Reiskius, φερησι. Plena quidem et perfecta sententia. *Quando æstas affert longos dies.*

V. 25. Μη λαθομην; τι το χρημα; —] Ita potius interpunge,

Μη λαθομην τι το χρημα; ———

Numquid oblitus sum quid rei erat? ——

Fateor tamen eadem formula loqui Ulyssem, cum stupore videntem Bacchantes ad antrum Cyclopis. Euripid. Cyclop. v. 99.

Τι χρημα; Βρομιου πολιν εοιγμεν εισβαλειν.

Quid hoc rei? Bacchi urbem videmur appulisse.

Conferatur et Æschylus, Choeph. v. 9.

Τι χρημα λευσσω; ———————

Idem, Prom. v. 298. Ubi supervenit Oceanus Prometheo. Εα, τι χρημα; Similiter Aristoph. Ecl. 311. Τι το πραγμα;

V. 26.

V. 26. Ασφαλιων, &c.] Eſt in omnibus, quantum video, Codicibus. Macrobius ſcribit nomen hoc Neptuno inditum. Saturnal. I. 17. Ita bene convenire poſſit piſcatori. Servi nomen eſt, Menelai ſcilicet, apud Homeri Odyſſ. IV. 216. Vult Reiskius μεμφῃ, modo ſubjunctivo, pro imperativo μεμφε. Legit idem ασφαλιον, *tutius*, *cautius*, ſc. quam nunc feciſti, *vitupera bonam æſtatem*. Perſonarum Notæ, ſc. A. et B. deſunt Vaticano ſecundo. Legitur et α φιλε μη, monente Stephano. At forſan Ασπαλιων legi bene poſſit, vox familiaris et blanda, efficta ex ασπαλιευς, *Piſcator*. Nonnulli autumant, loci rationem poſtulare μαψιδιως, vel quid ſimile, ſc. *ſtulte*, *ſine cauſa*, &c. Unde non inſcite quidem, vir doctus Bernardus Martinus excogitabat, ὡς γ' ἁλιον μεμφῃ. Var. Lect. L. III. cap. xix. Heinſius tranſpoſitum quiddam a ſcriba, et ita verſiculos ſcribendos, cenſuit.

> Αυτοματως μεμφῃ το καλον θερος· ε γαρ ὁ καιρος,
> Ασφαλιων, παρεβα τον ἑον δρομον. ————

"Fruſtra accuſas pulchram æſtatem: Nec enim tempus unquam ſuam metam prætergreditur. Culpa illa, non penes æſtatem, ſed teipſum, eſt." Illud ε γαρ multum hic efficit contextus cohærentiæ. Quare ita interpungo, leniorique longe mutatione ſcribo.

> Ασφαλιων, ΜΕΜΦΑΙ το καλον θερος; ΟΥΚ' ΑΡ' ὁ καιρος
> Αυτοματως παρεβα τον ἑον δρομον; Αλλα, &c.

> *Aſphalion, culpaſne pulchram æſtatem? Nonne tempus*
> *Suo modo ſponte progreditur? Sed revera, &c.*

Μεμφαι, vel μεμφεαι, pro μεμφεσαι, Ionice. Paſſim permiſcet Theocritus, ut et alii plerique, Ioniſmos et Doriſmos. Codices hic, et libri vetuſti, male dant νεον pro ἑον.

V. 32. — Νικαξῃ, &c. —] Optime Scaliger Ὁς γαρ αν εικαξῃ κατα τον νοον, ετος. Emend. pag. 228. "Qui bene conjecerit, ille vates optimus." Illud νικαξῃ tamen eſt in probatis Codicibus et libris.

V. 35. — Εν φυλλοις. —] Quod Reiskio, quare neſcio, diſplicet. Intellige lectum e frondibus factum. E frondibus factum etiam fiebat ipſorum tugurium, v. 8. ſupr. Porro, in verſu ſequenti, idem vult, pro Ασμθνος εν ῥαμνω, Αϊονος εν ψαμμω. *In Arena Litoris.* Legit quidem Aldus Αλονος εν ῥαμω, Cui ſimile quiddam profert Vaticanus ſecundus. Ut vulgata lectio ſaltem vocaretur in ſuſpicionem. Palmerius vult εν θαμνω. pag. 810. Sed nihil certe mutandum.

Ibid. Κειμθνος εν φυλλοις, &c.] Laborioſa, et pluribus incommoditatibus obnoxia piſcatorum vita. Quo genere hominum ſcatebat ut plurimum Græcia. Vid. Moſch. Idyll. V. 9. Anthol. III. iv. 1.

V. 36. — Λυχνιον εν Πρυτανειω.] In Prytaneo apud Athenas erat lychnus, ſive ignis, ſemper ardens, vel Veſtæ vel Vulcano ſacer. Quin et in aliis Græciæ

Græciæ civitatibus omnibus erat Prytaneum, ac ſpeciatim Syracuſis, cum lychno ſemper ardente. Vid. Caſauboni Animadv. ad Athen. Lib. XV. cap. xix. pag. 993. Nequis Prytanei rem nomenque ſolis Athenienſibus proprium fuiſſe, et hoc carmen a Syracuſano poeta non profectum, reputaverit. Jam vero quærendum, multiſque doctis viris jam antea magna opera quæſitum eſt, quid ſibi velit piſcator noſter per illud το λυχνιον εν Πρυτανειω? Proverbialis ea certe locutio fuit: quo ſenſu hic adhibeatur, et cum loci ſententia connectatur, exponere conabor. Vitæ ſuæ, inopis et laborioſæ, piſcatores enarrant incommoda: "Sane non vivimus hic ſuaviter: in frondibus non molliter quidem cubamus hic, prope maris litus. Veruntamen ſpes non prorſus omnis excidit. Piſcatura nobis, *quaſi lychnus in Prytaneo*, nonnullas ſaltem commoditates adfert. Exinde ſaltem perennis et certa ſpes lucri. Hoc eſt, ſi cætera deſint omnia, Præſidium. Ut illa lucerna ſemper ardet, ita nobis nunquam defutura eſt, αγρα, piſcium captura." Interpretationem Joſephi Scaligeri non capio, qui locum refert ad id genus piſcationis quod noctu fit ad ignes. Alii afferunt δικτυον, alii δειπνιον, pro λυχνιον, ut B. Martinus, et J. Auratus. Sed cum λυχνιον ſit in omnibus, quos vidi, Codicibus, eorum rationes non adhibeo.

V. 38. Corruptus eſt, ſi quis alius, iſte verſiculus. Idem vero, qualis in Aldina legitur, verbatim, mirifica ſane ſcriptura, reperitur in Vaticano ſecundo. A Calliergo profecta eſt hodierna lectio, quæ certe non omni a parte ſana eſt. Verſiculus forſan aliquis intercidit. Non tanti quidem eſt locus, ut nos aliquid conjectando fruſtra torqueamus.

V. 39. Δειλινον ὡς κατεδαρθον.—] Reponi poſſit δειλινος. VESPERTINUS *obdormivi.* Vid. Miſcell. Obſ. IV. 195. Ita et adhibetur μεσημβρινος, ut ſupra vidimus, Idyll. VII. 21. Et, ΕΝΔΙΟΣ, οινοποτης, ευδει. MERIDIE *ebrius dormit.* Anthol. Lib. III. c. xxvii. Carm. 5. Ita et Homerus Odyſſ. IX. 336. de Cyclope.

> ʽΕΣΠΕΡΙΟΣ δ' ηλθεν καλλιτριχα μηλα νομευων.
>
> Veſpertinus *rediit villoſa pecora paſcens.*

Sic ἑσπεριος υφορβος. Odyſſ. XIV. 452. Απονεεσθαι ἑσπεριος. Ib. IX. 452. Alibique ſæpe. Macedonii Conſulis, Anth. Ceph. III. Erotic. Carm. 367.

> Οψομαι ʽΕΣΠΕΡΙΗΝ σε.———
>
> *Videbo* te veſpertinam.——*i. e.* vetulam.

Heſychius, ʽΕΣΠΕΡΙΟΝ ΞΕΙΝΟΝ. τον ἑσπερας ἡκοντα. Pindarus, Nem. VI. 66. Χαριτων ʽΕΣΠΕΡΙΟΣ ὁμαδῳ φλεγεν. Veſpertinus *Charitum concentu fulgebat.* Philodemus etiam, Anthol. VII. 92.

> ʽΟσσακι Κυδιλλης ὑποκολπιος ειτε καθ' ἡμαρ
> Ειτ' αποτολμησας ηλυθον ʽΕΣΠΕΡΙΟΣ.

Quoties

Quoties Cydilles in gremium veni
Sive ausus veni vespertinus.

Sic et πρωϊος εμπολης. *Matutinus* emptor. I. xl. 7. Necnon ορθριος *venit.* Hom. H. Merc. 143. Ita et νυκτερινος adhibetur, ni fallor. Sic et χθιζος ειληλυθεν. *Hesternus* venit. Idyll. XXV. 56. Ut et Homeri, χθιζος εβη. Iliad. I. 424. Et similia. Vide et Callim. Jov. 87. 88. Et Fragm. pag. 388. Tom. I. Ernest. Edit. et p. 434. Adhibeo et hic, quod superius adhibendum, Anthol. IV. xvi. 1.

Προς γαρ εμαν μελεταν ὁ ΜΕΣΑΜΒΡΙΝΟΣ ουρεσιν ωδος.

Ad meam cantionem meditatam meridianus *in montibus cantor.*

V. 40. — Εν ὡρα.] Piersonus vult αωρι. Verisim. p. 49. Sed nihil mutandum puto. Subintelligo, cum Reiskio, του δειπνου. Consulatur Casaubonus, Animadv. Athen. p. 268. Operose nugatur hic Palmerius, pag. 811.

V. 42. — Μεμαωτα. —] Stephanus attulit e libris suis βεβαωτα. Quod non habeo in meis.

V. 44. — Τραφερων. —] Anne τραφερος, *bene nutritus?* Vide sis Obs. Miscell. IX. 134. Et Arnaldi Lect. Gr. II. 7. Et Essenbach. ad Orph. Argon. v. 298. Scholiastes Oppiani ad Lib. I. Hal. v. 180. ΤΡΑΦΕΡΗΣ. ξηρας, της θρεπτικης ξηρας. Τραφερη απο του τρεφω. θρεπτικη γαρ ἡ γη. Η απο του ταρφω, του ξηραινω. Obiter moneo futuros Oppiani editores, servari in Bibliotheca Bodleiana, Scholia MSS. in duos priores libros Halieuticorum. MSS. Barocc. xxxvii. 38. pag. 63. Quæ nec plane cum editis eadem, nec omnino diversa sunt. Est quidem ubi deficiunt; in locis nonnullis tamen, editis uberiora sunt, ut exinde quæ nunc habemus augeri possint.

V. 48. Τω χερε τεινομενος, περι κνωδαλον ευρον αγωνα.] Ita refingo hunc versum, partim e Vaticano secundo.

Τω χερε τεινομεναι ΠΕΡΙΚΛΩΜΕΝΟΝ ευρον αγωνα.

Quemadmodum ex parte legit Aldus. Per illud περικλωμενον, intellige, *contortum* valde fuisse corpus in hoc certamine, sive opere. Habet idem Codex paulo inferius νυξας. Quod attinet ad illud Τω χερε, docte commodeque plura contulit Gisbertus Koen ad Grammaticum Leidensem, §. VIII. pag. 302. ad Calc. Gregor. Corinth. Est hoc quidem ex Attica forma.

V. 51. Και νυξη. —] Heinsius maluit νυξεν. c. xxiv. i. e. *me pupugit.* Repugnante quidem contextu. Laborant illa in fine versiculi, nec subveniri potest a Codicibus, viz. και ου φευγοντος ετεινα. Ita corrigo, exigua quidem opera, sed quæ valde locum sublevat.

——— ΧΕΡΑ, δ' ου φευγοντος, ετεινα.

" Eo non fugiente, extendi *manum.*" Posset et, alio quidem sensu, in priore versu, legi φευξεις, pro νυξεις. Dein repone, Και νυξ' ου χαλεπως.

Ppp V. 52.

V. 52. Ηνυσ᾽ ιδων τον αεθλον. —] Volunt Stephanus et Jos. Scaliger, ηνυσα δ᾽ ων. Ita mecum corrige, si placet Emendatoribus.

Ηνυσ᾽ ΕΓΩΝ τον αεθλον. ———

Ego *victor evasi.* ———

V. 53. Παντα τῳ χρυσῳ. —] Ex Vaticano secundo effeci,

Πανταχοι τῳ χρυσῳ. ———

Undiquaque auro. ———

Sed bene valet lectio vulgata et recepta.

V. 53. — Ειχε δε δειμα.] Secundus Vaticanus σημα. Anne *Signum impressum,* quo distingueretur? Sed ita sequens versus non belle connectitur. Nisi notam interrogationis ejus calci subjicias. "Habebat *Signum* impressum. Anne vero fuit Neptuno sacer aliquis piscis?" Codex memoratus habet τοι pro τι.

V. 55. — Της γλαυκας κειμηλιον Αμφιτριτης.] Homerus, Odyss. L. V. 422.

—— Ὁια τε πολλα τρεφει κλυτος Αμφιτριτη.

—— Qualia [cete] *multa nutrit Amphritite.*

Sic et L. XI. 97.

—— Ἁ μυρια βοσκει αγαστονος Αμφιτριτη.

—— *Qualia* [cete] *infinita alit gemebunda Amphitrite.*

Cæterum κειμηλιον est, in Thesauro reconditum. Dictumque hoc valde poetice.

V. 58. Και τον μεν πειστηρσι καληγον επ᾽ ηπεροιο.] Hæc fuit lectio Codicum, vel saltem similis.

Και τον μεν πιστευσαισι καλα γε ταν ηπρειαταν.

Unde hodiernam ingeniose Calliergus extricavit. Nam Aldus facit cum manuscriptis.

V. 62. — Ταρβω.] Aldus, cum Codicibus, Θαρρω. Quod revocavit in textum Reiskius. Θαρρειν τον ορκον, inquit, est hæc: Certus de se esse, nunquam se commissurum esse, ut pejeret.

V. 64. Ειδ᾽ ὑπαρ, &c. &c. —] Corruptissima sunt hæc, et nihil liquidi, me judice, præ se ferunt. Ειδ᾽ ὑπαρ forte est ex ingenio Callliergi. Vaticanus secundus dat, mendose certe, ειμε γαρ κνωσσων. Ex quibus tamen ita locum reficere aggredior, saltem quam proxime fieri potest, juxta Codicum auctoritatem.

ΕΙ ΜΕΝ ΑΡ᾽, ὡ κνωσσων, τα τυ χωρια ταυτα μαστευεις,
Ελπις ΤΩΝ ὙΠΝΩΝ· ζατει τον σαρκινον ιχθυν·
Μη συ θανης, &c.

Ad

Ad laborem piſcator hortatur ſocium ſuum. "Si tu quidem omiſſa ſomnolentia, diligenter eaſdem illas aquas exploraveris, et officium tuum rite feceris; tunc ſpes erit aliqua ſomniorum, nec ea prorſus vana futura ſunt: Age, ut verus piſcator, exquire CARNEUM piſcem, ne forte pereas fame et aureis illis ſomniis." Salſum quiddam emergit, ſi *Fames* et aurea *ſomnia* conjungantur. Ergo ſupremum verſiculum emenda;

Μη συ θανῃς λιμῳ ΚΑΙ ΤΟΙΣ χρυσειοισιν ονειροις.

Atqui referendus huc Lucianus, Somn. II. Wetſt. pag. 704. §. 1. Συ δὲ ὁρα ὁπως μη ὀναρ πλȣτων, λιμωτ‌τῃς ανεγρομενος. *Sed tu vide, ne dives per Somnium, excitatus deinde eſurias.*

Huic Idyllio, quantum in nobis fuit, inſtaurando manus admovimus. Plura tamen adhuc reſtituenda ſuperſunt. Fruſtra enim, ubi tam multæ fœdæque mendæ paſſim deprehenduntur, omnia ſuſpecta loca rite tentaveris, ſine ſubſidio Codicum; nec, ſi conjecturis ſolis ageremus, operam rependeret emendandi ſtudium.

IDYLLIUM XXII.

SPECIMEN hoc reputari possit Hymnorum, quos poeta noster composuisse traditur. Celebris erat ea ætate, multumque frequentabatur, ab optimis scriptoribus, Hymnologia. Porro hoc Argumentum est pars historiæ Argonauticæ : quam supra Theocritus attigit in HYLA. Vide Apollodorum, Biblioth. L. I. vii. §. 20. Scholiasten Apollonii Rhodii, L. II. 1. seq.

Cæterum, hæc argumenta fortasse Theocrito suggerebat Apollonii Rhodii poema. Ita crediderim, Incantamenta Apollonii occasionem dedisse nostri poetæ PHARMACEUTRIÆ. Eædem certe, quæ nimirum maxime nitescunt in poesi, fictiones et imagines, ad apparatum magicum spectantes, ab utroque scriptore seliguntur. Id quod suo loco facile fuisset, etsi prolixum, versibus prolatis et inter se comparatis, ostendisse. Sed non ita liquido constat an hic an ille tempore præcesserit.

V. 6. — Επι ξυρου ηδη εοντων.] Hoc, quicquid est, proverbii, prætereunt interpretes. Intellige extremum periculum. Homerus Iliad. X. 173.

> Νυν γαρ δη παντεσσιν ΕΠΙ ΞΥΡΟΥ ισταται ΑΚΜΗΣ,
> Η μαλα λυγρος ολεθρος Αχαιοις, ηε βιωναι.
>
> *Nunc enim jam res omnibus* in novaculæ sitæ sunt acie,
> *Vel valde triste exitium Achivis, aut vivere.*

Ubi bene Didymus Scholiastes. Confer Antholog. L. III. i. 21. De mortuis ad Thermopylas.

> ΑΚΜΑΣ εστηκυιαν ΕΠΙ ΞΥΡΟΥ Ἑλλαδα πασαν.
>
> Sub acie novaculæ *stantem Græciam omnem.*

Planius adhuc Lucianus, Jup. Trag. Wetst. II. pag. 645. §. 3. Εν εσχατοις, ω Ἡρα, τα θεων πραγματα, και τουτο δη το του λογου, επι ξυρου εστηκεν. *In ultimis, Juno, periculis res deorum, in novacula, quod est in proverbio, consistit.* Nec prætereundus, hinc enim illustrandus, Æschylus, Choeph. v. 883.

Εοικε

Εοικε νυν αυτης ΕΠΙ ΞΥΡΟΥ πελας
Αυχην πεσεισθαι. ———

Videtur nunc ejus cervix prope ſub novaculæ acie
Cadere. ———

Vide et Sophoclis Antigon. v. 1009. Euripid. Herc. Fur. v. 630. Etymol. Magn. Επι ξυρȣ. Et Eraſmi Chil. Proverb. *In Acie Novaculæ.*

V. 8. Ναων δ' αἱ, &c.] Vide ſis Homeri Hymn. in ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΥΣ. v. 6. ſeq.

Σωτηρας τεκε παιδας επιχθονιων ανθρωπων,
Ωκυπορων τε νεων, &c.

Videndus et Euripides, Helen. v. 1680. Ibidemque Barneſius. Adjice et quæ habet Brockhuſius ad Propert. I. xvii. 17.

V. 9. Αςρα βιαζομεναι. —] Fateor me hæſitare in hoc loco. Palmerius reponit αςρα τε αζομεναι. pag. 812. Corrigo,

Αςρα ΠΙΑΖΟΜΕΝΑΙ. ———

Laborantes. Subintellecto κατα ad αςρα. Videſis Albertianum Heſychium in V. Cæterum ita diſputat de hoc loco Cl. Sanctamandus in Schedis quibuſdam MSS. "Non jam, ita ac olim, de Αςρα βιαζομεναι cenſeo. Latini dicunt *Divos precibus onerare.* Virgil. Æn. IX. 24. Eadem fere eſt metaphora. Sed forte βιαζομεναι ſignificat *vim inferentes,* ut ſit, *reluctantibus* et *non faventibus aſtris.* Sic Demoſthenes adverſus Leptinem, p. 548. F. ΒΙΑι των πολλων. INVITA *multitudine.* Aut, VI *multitudinis.* Sic p. 609. E. ΒΙΑΖΗΤΑΙ λεγειν, eſt, *Judicibus* INVITIS (non *vi et* manu *coactis*) *dicere.* Et p. 612. C. ΒΙΑΖΟΜΕΝΟΙ τȣς νομους. VIOLATORES *legum.*" Confer Div. Math. XI. 12. Ἡ βασιλεια των ουρανων ΒΙΑΖΕΤΑΙ. Appoſite forte Popius noſtras alicubi.

And HEAVEN *is won by* VIOLENCE *of prayer.*

V. 16. — Αῤῥηκτοισι. —] Teſtatur Stephanus fuiſſe qui legerent αῤῥητοισι. Quod non in meis copiis extat.

V. 17. Ἑλκετε ναας
Αυτησιν ναυταισιν. —] Similis eſt Ellipſis præpoſitionis, συν, apud Apollonium Rhodium, I. 502.

Ουρεα τ' ὡς ανετειλε, και ὡς ποταμοι κελαδοντες,
Αυτῃσι Νυμφῃσι. ———

Quemadmodum exorti ſunt montes, et fluvii ſonantes,
Cum ipſis Nymphis. ———

Similiter apud Homeri Hymn. Merc. v. 84.

Αβλαβεως ὑπο ποσσιν εδησατο σανδαλα κȣφα,
Αυτοισιν πεταλοισι. ———

Sic et Æschyl. Prom. Vinct. v. 221. Apollon. Rhod. II. 33. 239. 750. III. 96. I. 823. 1195. Iliad. XI. 538.

V. 19. Αιψα δ' αποληγοντ'. —] Mecum relege,

Αιψα δ' ΑΠΕΛΛΗΓΟΝΤ' ανεμοι. ——

V. 21. Εκ δ' αρκτοι τ' εφανησαν, &c.] Respexit illud Homeri de Luna subito apparente. Iliad. XVI. 299.

Εκ τ' εφανεν πασαι σκοπιαι, &c.

V. 22. Φατνη. —] Nec astronomiam, nec geographiam, præcipimus in commentis hisce nostris. De astro, asinorum præsepi, consulatur Brodæus, VII. 14.

V. 24. Ἱππηες, &c.] INDIGITAMENTA sunt hæc, ut dicuntur, Dioscurorum; qualia reliquorum omnium fuere numinum. Frequentissime proferuntur ea et enarrantur, more antiquis solenni, apud Hymnos Orphei. Similiter etiam, inf. v. 135.

V. 25. — Αειδειν.] Tutius leges cum Reiskio αειδων, vel saltem αοιδην.

V. 27. — Πετρας εις εν ξυνιουσας.] Confer Apollon. Rhod. II. 565. seq. Pindari Pyth. IV. 370. *Concurrentia* saxa, memorat Juvenalis Sat. XV. 19. Nostrum vide Idyll. XIII. 22.

V. 29. Βεβρυκας, &c. —] Hujus loci lites Geographicas pete apud Palmerium, p. 814. Hoc autem breviter hic admonendum duxi. Bebrycas Asiæ populos fuisse, incolentes eam regionem quæ postea Mygdonia, deinde Bithynia dicta est. Raro memoratur ea gens a scriptoribus, præter poetas; cum jam vetustis mundi sæculis, una cum ipso fere nomine, penitus interierit. Vid. Potter. ad Lycophron. Cassandr. v. 516.

V. 30. — Εκ.] Rescribe, e veteribus libris, εξ. Agnoscit et idem Vaticanus nonus. Conferatur huc locus insignis ex Etymologico Magno, Voc. ΕΚ.

V. 31. Τοιχων. —] Athenæus, V. 207. De navi Hieronis instructissima. Ἱππωνες ησαν εκατερȣ των ΤΟΙΧΩΝ δεκα. *Equilia ex utroque navis* pariete *decem.* Subinde, p. 208. Ὑπηρχον δε των τοιχων εκατερωθεν, &c. *Erant extra parietes* [navis] &c. Plura etiam subinde porro. Τοιχος et de latere poculi, Athen. XI. 481. Vide et Orph. Argon. 557. 1093. 1152. Denique Anthol. III. ix. 6. Antipatri.

Ιχνος υπερ ΝΗΟΣ ΤΟΙΧΟΣ ερειδομενον.

Vestigium super Navis Latus *incipientem.*

V. 32. — Ὑπηνεμον ακτην.] "Male reddunt interpretes, *ventosam maris oram.* Ακτη Ὑπηνεμος est *littus tranquillum, vento non expositum. Under the wind.* Schol. ad Sophocl. Antigon. 422. ὙΠΗΝΕΜΟΙ. αντι του, ὑπο τον ανεμον." Quæ mihi per literas indicavit amicissimus Toupius.

V. 33.

V. 33. — Πυρεια. —] Intellige, cum Casaubono, instrumenta illa ex quorum collisione ignis extunditur. Ut apud Apollon. I. 1184. Cave hic Latinis interpretibus fidem facias.

V. 38. — Αἱ δ' ὑπενερθεν

Αλλαι, &c. —] Habet Vaticanus nonus αἱδ'. Sed nullus dubito, quin ita poeta scripserit:

—— ῾ΟΙ δ' ὑπενερθεν

ΑΜΜΟΙ κρυσταλλῳ, &c. ——

Quam in conjecturam video et incidisse Reiskium. ARENA *pellucida fuit.* Confer et Apollonium Rhod. III. 227.

Veruntamen insignem emendationem hujus loci Rhunkenianam, qui certe fefellit hactenus interpretes, a se novis rationibus auctam, humanissime mecum per literas communicavit eruditus amicus, J. Toupius. Qua lubens demerebor horum leporum studiosos. " Theocritus in Dioscuris, ver. 34.

Παντοιην δ' εν ορει θηευμενοι αγριον ὑλην,
Εὑρον αεννаον κρανανν ὑπο λισσαδι πετρη
῾Υδατι πεπληθυιαν ακηρατῳ· αἱ δ' ὑπενερθεν
Αλλαι κρυσταλλῳ ηδ' αργυρῳ ινδαλλοντο
Εκ βυθȣ. ——

Hæc non nisi *unius fontis* descriptio est. Quare nullus dubito quin Theocritus scripserit,

———— αἱ δ' ὑπενερθε
ΛΑΛΛΑΙ κρυσταλλῳ ηδ' αργυρῳ ινδαλλοντο
Εκ βυθου. ————

Quæ pulcherrima Cl. Rhunkenii emendatio. Λαλλαι sunt *calculi* sive LAPILLI *fluviales et litorales.* Hesychius: ΛΑΛΛΑΙ. λαλλας λεγȣσι τας παραθαλασσιȣς και παραποταμιȣς ψηφȣς. Quocum facit Etymologus, et Orion Thebanus in *Etymologia inedita.* ΣΤΙΑΣ vocabant Sicyonii. Scholiastes ad Apollon. Rhod. II. 1176. Στιαι, αἱ ψηφοι παρα Σικυωνιοις καλουνται. Καλλιμαχος.

———— ΠΟΛΥΣΤΙΟΝ τε Μετωπην.

Verba sunt Callimachi in Jov. 26. ubi hodie legitur πολυστειον. quod perinde est. Hinc Στιοκονια. quæ Vox rarissima restituenda Hesychio: Στια, ψηφος. οἱ δε Στιας. δηλοι δε και στενοχωριαν και λιθοκονιαν. Legendum, ΣΤΙΟΚΟΝΙΑΝ, sive ΣΤΕΙΟΚΟΝΙΑΝ, και λιθοκονιαν. Nos Angli, ROUGH-CASTING. Λαλλακονιν vocat alibi Hesychius: Λαλλακονις. ψηφωδης κονις. Idem Λαλλακονις et Λαλλοκονια. Sed hæc viris doctissimis minus perspecta sunt. Porro, ut *calculos litorales* et παραποταμιȣς alii Λαλλας, alii Στιας vocabant; sic nonnulli Χεραδας, nonnulli Κροκαλα, nonnulli denique nomine haud minus honorifico ΚΑΧΛΗΚΑ, sive ΚΑΧΛΗΚΑΣ, appellabant. de quo viri docti ad Thucydidem et Heliodori Æthiopica. Scholiastes ad Theocrit. VI. 12.

Καχλα-

Καχλαζοντα, αντι του ηχουντα. ὁ τροπος ονοματοποιΐα. η Καχλαζειν, το ψοφειν, το κυμα φερομενον επι ΤΟΥΣ ΚΑΧΛΗΚΑΣ. Confer Etymologum V. Καχλαζω. Suidas: Καχληκες. λιθακες εν τοις ὑδασι. Ἡιρειτο δε ὁποσον ΚΑΧΛΗΚΟΣ του εμφερομενου τοις εδαφεσι. Quem locum non intellexit Interpres. Καχληξ εμφερομενος τοις εδαφεσι, eſt *glarea* ſive *calculi, qui in fundo fluvii circumferuntur*. Sunt autem verba, ut videtur, commentatoris alicujus ad Samuel. i. XVII. 40. Sed hoc hariolari eſt. Noſtram autem interpretationem unice firmat Joſephus, Antiq. Jud. V. 1. cujus verba adſcribam. Πορευτος εδοξεν ὁ ποταμος, του μεν βαθους εποχημενου, του δε ΚΑΧΛΗΚΟΣ, τῳ μη πολυν ειναι μηδ' οξυν τον ῥουν ὡσθ' ὑποφερειν αυτον τῃ βια, ΕΠΙ ΤΟΥ ΕΔΑΦΟΥΣ κειμενου. Qui locus inſignis eſt. Cæterum ad noſtrum Theocritum elucidandum egregie facit Lucianus, *Dialog. Marin.* III. 2. Οιδα ουκ αμορφον την Αρεθουσαν, αλλα διαυγης τε εςι, και δια καθαρου αναβλυζει, και το ὑδωρ επιπρεπει ΤΑΙΣ ΨΗΦΙΣΙ, ὁλον ὑπερ αυτων φαινομενον ΑΡΓΥΡΟΕΙΔΕΣ." Atque hactenus Toupius. Confer AUCTARIUM Emendat. ad Heſychium Albert. Tom. II. 420. Ubi inquit harum rerum peritiſſimus Rhunkenius, hanc emendationem mirifice placuiſſe idoneo priſcæ elegantiæ judici Samueli Muſgravio. Quæ certe doctis viris non minus eſt placitura porro, ita e refertiſſimo Toupii penu locupletata.

V. 40. — Πεφυκεσαν. —] Ita habet Vaticanus nonus. Idem affert e Codicibus, neſcio quibus, Brodæus, et præfert illi πεφυκασιν, quod eſt in veteribus editionibus.

V. 42. Ανθεα τ' ευωδη, λασιαις φιλα εργα μελισσαις.] Simili fere formula, novæ plantæ, ερνεα νεοθρεπτα, dicuntur, apud Apollonium Rhod. III. 1400.

——— Αλωηων ΠΟΝΟΣ ανδρων.

——— *Vinitorum hominum* labos.

V. 43. — Επιβρυει αν λειμωνας.] Amant ut plurimum loqui de apibus et melle Græci poetæ; quibus abundabat utique Græcia. Nemo tamen Theocrito ſuavius aut frequentius. Prolixum foret locos adducere. Unum tamen citabo, ea maxime ratione, quoniam occaſio belle ſe nobis obtulit, ut emendetur. Quod prius tamen faciendum fuerat. Idyll. VII. 81.

Ὡς δε τιν αἱ σιμαι λειμωνοθε φερβον ιοισαι
Κεδρον ες αδειαν, μαλακοις ανθεσσι μελισσαι.

Et quomodo ipſum ſimæ aluerunt, ex pratis venientes
Cedrum in dulcem mollibus floribus apes.

Ita hodie locus legitur. *In cedrum.* Sc. *Arcam qua paſtor includebatur.* Quæ ſcite corrigit Palmerius, in notulis propria manu ſcriptis ad exemplar Theocriti in Bibl. Bodl. olim Harleian. ſive Comitis Oxoniæ.

Ὡς δε τιν αἱ σιμαι, λειμωνοθε φερβον ιοισαι
ΚΗΡΟΝ ες αδειαν, μαλακοις ανθεσσι μελισσαι.

"*Quomodo*

"*Quomodo ipſum ſimæ apes aluerunt novis floribus, redeuntes e pratis ad* SUAVES FAVOS." Supervacuum illud et frigidum V. Κεδρος, quæ et minus apte et facile dicitur *dulcis*. Tum ex hac emendatione, nova fit et pulchra imago apum rite e pratis redeuntium ad operam favorum. Vel poſſis interpretari, "*ad favos ſuaves novis floribus.*" Jam vero plures hic audio de genere τȣ Κηρος, *cera*, bellum doctiſſimo viro protinus indicentes. Veruntamen eadem turba moveri poſſit de genere του Κεδρος: quod vocabulum, cum non ſit *arbor*, ſed *lignum*, ut hic, vel maſculo, vel ſaltem neutro, proferri ſolet et debet. Homerus, Odyſſ. V. 60.

——— Τηλοθι δ' οδμη
ΚΕΔΡΟΥ τ' ΕΥΚΕΑΤΟΙΟ θυȣ τ' ανα νησον οδωδει.

——— *Procul vero odor*
Cedrique facile-fiſſi *thuriſque per inſulam redolebat.*

Veruntamen huc referendus idem Palmerius, ad Diodor. Sicul. Tom. II. Weſſeling. L. XV. p. 8. Et ad Idyll. VII. 78. Sed in viam revertamur, in diverticulum tamen amœniſſimum digreſſi.

V. 44. Ενθα δ' ανηρ ὑπεροπλος. —] Inſignis profecto Pictura hominis immanis, craſſis illis fuci tractibus, et audacioribus quibuſdam notis, egregie perfecta, quales poetæ recentiores aut faſtidiunt aut horreſcunt. Hæ ſunt terribiles illæ Gratiæ, quas apud primævos ſcriptores tantopere miramur. Ipſum porro inveniunt, ſecum in vaſta et ignota ſolitudine ſub dio ſedentem, propter arduum montem, ubi copioſa erat et umbroſa ſylva, cum magna vi grandium et excelſarum arborum. Longe quidem, me judice, hac Amyci ſpecie ac deſcriptione, Theocritus Apollonium Rhodium ſuperavit; ut in cæteris etiam partibus hujus argumenti.

V. 47. — Ὁια Κολοσσος.] Quæ non infrequens apud Græcos alluſio. Lucianus, Imag. Wetſt. II. pag. 477. §. 17. Αυτη δε ΚΟΛΟΣΣΙΑΙΑ το μεγεθος εϛι. *Hæc autem* Coloſſæa *magnitudine eſt.* Idem, Hermot. I. pag. 814. §. 71. Καν πτηνος θελη τις γενεσθαι, καν ΚΟΛΟΣΣΑΙΟΣ το μεγεθος. *Nec ſi volucris fieri quis velit, nec ſi* Coloſſæa *magnitudine.* Idem, Somn. II. pag. 739. §. 24. Ὁμοιον οντα τοις μεγαλοις εκεινοις ΚΟΛΟΣΣΟΙΣ, &c. *Magnis illis* Coloſſis *æqualem*, &c. Apollonius, II. 38. De hoc noſtro Amyco.

Αλλ' ὁ μεν ὀλοοιο Τυφωεος, ηε και αυτης
Γαιης ειναι ἐικτο πελωρ τεκος, &c.

Sed ille pernicioſi Typhoei, vel ipſius
Telluris monſtroſus videbatur partus, &c.

Confer et Val. Flacc. IV. 202. Qui in ſequentibus, mire conſentit cum iis quæ narrantur apud S. S. in pugna Davidis et Goliæ, v. 232.

Illum Amycus, nec fronte trucem, nec mole tremendum,
Vix dum etiam primæ ſpargentem ſigna juventæ,
Ore renidenti luſtrans obit, et fremit auſum.

 Samuel.

Samuel. I. xvii. 42. *Et cum Philiſtinus vidit Davidem, cum riſu dedignabatur eum, erat enim adoleſcens, et rubicundo ore formoſus. Et dixit Philiſtinus, anne canis ſum*, &c.

V. 54. Χαιρ' ξειν', &c.] Talis generis poemati forte minus apte, certe minus uſitate, ſubſuitur in medio dialogus. Atqui Theocrito noſtro, quantum quotieſque potuit, δραματικως, et inductis perſonis inter ſeſe invicem colloquentibus, omnia agere et tractare familiare fuiſſe videtur. Mire quidem convenit Amyci oratio perſonæ ejus modo deſcriptæ. Torvum quiddam non minus loquitur, ac tuetur.

V. 59. Τοιος, &c.] Ita Stephanus, contra Codices, et libros priores. Sed forſan οιον ορας legendum. *Qualem vides.* Non incommode prorſus Homerus, Odyſſ. IX. 3.

> ——— Καλον ακȣεμεν εςιν αοιδȣ
> Τοιȣ δ' οιος οδ' εςι. ———
>
> ——— *Honeſtum eſt audire cantorem*
> *Talem qualis ille eſt.* ———

V 61. — Ουκ' εν ετοιμῳ.] Leonidas, Anthol. III. xxiii. 16.

> Αι, Αι, λυγρα παθȣσα Περιςερι. 'Ως ΕΝ 'ΕΤΟΙΜΩι
> Ανθρωποις δαιμων θηκε τα δεινοτατα.
>
> *Hei! Hei! gravia paſſa, Periſteri! Quam* prompte
> *Hominibus dæmon fecit atrociſſima!*

Vide ſis ad Idyll. XXIII. 2. Vide et Didymum ad Iliad. IX. 425. V. ετοιμη.

V. 64. Αργυρος, &c.] Lege,

> ΑΡΓΥΡΟΝ, η ΤΙΝΑ μισθον ερεις, ῳ κεν σε πιθοιμην;

V. 66. 'Αμματα. —] Legendum certe ομματα. Ut in Vaticano nono. Stephanus hodiernam primus invexit, et poſteris tradidit. Habemus ομμασι τοις ορθοισι, Idyll. V. 36.

V. 67. — Σφετερης μη φειδεο τεχνης.] Vid. Hoelſlinum apud Apollonium Rhod. III. 186. De ſignificationibus V. σφετερης. Quod et alibi attigimus.

V. 69. Εγγυς, &c.] Ita ſcribendum verſiculum vult Reiskius.

> Εγγυς. 'Ορας ȣ συ μ'; ΑΜΥΚΟΣ κεκλυσθ' ο πυκτης.
>
> *Prope adeſt. Non tu me vides?* Amycus *nominabitur ille pugil.*

Quod ex Aldina ingenioſe effingitur, viz.

> Εγγυς ορας ου συ με. αμος, &c.

Ibid. — Γυννις. —] Ait Æm. Portus in Lexico Dorico, vocabulum hoc eſſe poeticum, metrique gratia gemino ν ſcriptum. Sed ita extat in ſolutæ orationis ſcriptoribus. Confer Cl. Bernardum, ad Thom. Magiſtr.

giſtr. Vol. I. p. 64. Neceſſarium fuiſſe putat Cl. Reiskius, in ejuſmodi certaminibus, ut congreſſuri mutuo nomina ſua ederent; ne ita eveniret, ut conſanguinei inter ſe concurrerent. Hinc apud Homeri Heroas, longæ, in ipſis conflictuum periculis, de genere ſuo fiunt enarrationes. Piaculum credebant, ſi homines inter ſe prorſus ignoti, nulla læſi injuria, ſeſe mutuo interimerent. Neceſſarium itaque erat, ut Amycus nomen ſuum Polluci diſerte traderet, præſertim rogatus. Hæc vir doctus; ne novam lectionem, quaſi pro libitu tantum, videretur hic intuliſſe. Confer Val. Flacc. IV. 205.

V. 75. Η ῥ' Αμυκος —] Ejuſdem quantitatis eſt apud Apollonium V. Αμυκος, alioſque. Habet tamen Oppianus, Αμυκοφονον Πολυδευκην. Cyneget. I. 362. Ut videas proſodiam recentioris Helleniſmi.

Ibid. — Κοχλον ἑλων. —] Veteres εχων. Non tamen e Codicibus. Concha hic, non Tuba, ſignum dat Amycus. In quo mira ſimplicitas, et apparatui cætero valde conveniens. Tuba quidem, vel ſimile aliquod inſtrumentum Muſicum, non ita Amycum decuiſſet, ut nempe Bebrycas ſuos κομοωντας, vir ſævus, in ſui ſubſidium, convocaret. Tubas tamen nondum repertas fuiſſe forſan aliquis reponat. At poetæ, qui recentiori ætate rem veterem deſcribunt, moreſque priores, talia non adeo diligenter advertere ſolent.

V. 76. — Ὑπο σκιερας πλαταυιστου.] Agathias, quaſi tinnitum cantus Theocritei repercutiens. Anthol. VII. 76.

——— Ὑπο σκιεραις κυπαρισσοις.

Sic et habemus, Idyll. XVIII. 44.

——— Σκιεραν καταθησομεν ες πλαταυιστον.

V. 80. Οἱ δ', &c.] Conferat lector Amyci cum Polluce periculoſiſſimum certamen apud Apollonium, II. 30. Necnon Valerium Flaccum, IV. 245. Apollonio ſane, auctore ſuo, Flaccum inferiorem cenſeo; quippe quod Flaccus minus ſimplex ſit, et omnia, ſublimitatis affectato ſtudio, magnificentius efferat, et inflatius. Utroque præſtantior Theocritus, quod utroque ſimplicior. Tantum illi cedit Apollonius, quantum Flaccus Apollonio.

V. 98. — Πληγαις μεθυων. —] Audax, ſed nec minus egregia, metaphora. Frequenter poetæ dicunt, Ebrium eſſe, curis, amore, dolore, &c. animi ſcilicet affectibus. Sed hic Μεθυειν metaphorice ponitur cum non *abſtracto*. Quod rarum. Forte profluxit illud Noſtri ex certamine Ulyſſis et Iri, apud Homerum, qui ſimplicius ſemper loquitur et apertius. Odyſſ. Σ. 239.

Ηστ᾽ ἦ νευστάζων κεφαλῃ, ΜΕΘΥΟΝΤΙ εοικως.

Confer cætera cum Theocrito.

V. 100.

V. 100. Ως ιδον ἑλκεα λυγρα.—] Vide doctum virum, Gisbert. Koen, ad Gregorium Corinth. pag. 149. cxxxvi. Qui hic ex V. ιδον defendit lectionem quam profert Corinthus, Idyll. XV. 25.

Ὡν ιδες, ὡν ειπαις και ιδοισα τυ μη τῳ ιδοντι.

Quæ luculenta lectio, leviter tamen a Koenio tacta. Ita superfluum fit illud διηγησαιο αν. Sed vide nos ibidem.

V. 103. — Ετωσια χερσι προδεικνυς.] Vid. supr. ad VII. 48. Confer Apollon. III. 613. IV. 303. 1484. et Callim. Dian. 61.

——————— Επι μεγα μοχθησειαν.

——————— *Strenue laborarent.*

Ibi vide Stephanum.

V. 112. Αι.—] Lege οι. Scilicet Amyco.

V. 114. Απλομδιος, &c.] Aldus habet απτομδυς. Unde Reiskius extudit ιπτομδυς. Aldina extat in nono Vaticano. Ex quo repone, in fine versiculi, χροιη, non dative, &c. viz.

——————— ΧΡΟΙΗ Δ' ΕΤ' αμεινων.

Ibid. — Χροιη αμεινων.] Per pallorem enim metus exprimi solet. Nihil tale vultus Pollucis indicabat, sed contrarium plane. Apposite Homerus, Iliad. XVII. 732.

Αλλ' οτε δη ῥ' Αιαντε μεταστρεφθεντε κατ' αυτους
Σταιησαν, των δε ΤΡΕΠΕΤΟ ΧΡΩΣ.———

Sed quando Ajaces conversi contra ipsos
Constitissent, eorum mutabatur color.———

Quod sequitur mihi per literas indicavit Cl. Toupius. "Legendum αμεινω. Cæterum hunc locum pessime contaminavit Cl. Reiskius."

V. 117.—Ὡς εθελεις συ.—] Lege οσσ', ut in dicto Vaticano.

V. 122. Deest hic versiculus omnibus editionibus ante Stephanum, qui primus in medium protulit. Memoratur tamen a Brodæo. Desideratur ille quidem in plurimis meis Codicibus: et an a Stephano prodierit, an a Brodæo, dubitaveris. Certe textus eo facile carere potest.

V. 125. Εκ δε χυθη.—] Lege, cum nono Vaticano, εκ δ' εχυθη.

V. 126.—Πυκνοι δ' αραβησαν οδοντες.] Forte πυκνα, adverbialiter.

V. 129. Κειθ' αλλοφρονεων, &c.] Memorat Plinius Amyci tumulum, lauro veteri obtectum, In Ponto circa Heracleam. Ubi et portus, inquit, Amyci est, Bebryce rege interfecto clarus. Nat. Hist. XVI. Cap. ult. §. 89. Quod hic operæ pretium duxi notandum.

Altera pars hujus Idyllii.

Hic ad Castora transit poeta. In vetustis libris, ut nec in nono Codice Vaticano, nulla fit divisio. Pauci tamen intercidisse versiculi videntur.

V. 138.

V. 136. Τυνδαρίδα, ταχυπωλε, &c.] Indigitamenta sunt hymnologica. Ταχυπωλος germanum sibi habet ταχυπειθεις. Idyll. II. 138. VII. 38. Habetur et, e contra, βραδυπειθεις. Anthol. VII. 75.

V. 138. — Κορας. —] Sc. Phœben et Thelayram.

V. 140. — Λυγκευς και ὁ καρτερος Ιδας.] Vid. Schol. ad Homeri Iliad. X. 553. De Ida. Lynceus memoratur ab Orpheo, Argon. v. 1186. Sed passim celebris est apud Argonauticos scriptores. Narratur historia pugnæ inter Idam et Lynceum et Dioscuros, propter Leucippi filias, apud Pindari Scholiastem, Nem. X. 112. Vide et Pyth. IV. 207. Et Apollodori Biblioth. L. III. c. x. §. 2.

V. 142. — Ἁμα. —] Stephani est. Libri veteres, et Codices, αρα.

V. 147. Ἡμιν τοι, &c.] Ita versum corrige e Vaticano nono:

ΚΑΜΙΝ τοι, &c.

Quin et videsis Schol. ad Pindari. Olymp. IX. 16. V. ἑδνον. Ubi vapulat poeta, quod ἑδνα pro *dote uxoris* posuerit. Ita tamen et Apollonius Rhod. II. 239. Ubi loquitur Phineus de nuptiis suis funestissimis.

Κλειοπατρην ἙΔΝΟΙΣΙΝ ἐμον δομον ηγον ακοιτιν.

Cleopatram cum dote *ad domum meam duxi uxorem.*

Dicitur tamen Chalciope αεδνος. Ibid. II. 1153. Fortean, *Mariti* dote vidua. Sic fortassis et Homerus, Iliad. IX. 146.

——— Φιλην ΑΝΑΕΔΝΟΝ αγεσθω
Προς οικον βασιληος, εγω δ' επιμειλια δωσω
Πολλα μαλ', ὁσσ' ουπω τις ἑη επεδωκε θυγατρι.

——— *Dilectam sine* dote [viri] *abducat*
Ad domum Pelei, vero ego dotem addam
Ingentem valde, quantam nemo suæ dedit filiæ.

Septem scilicet oppida, incolis et omnibus copiis abundantia. Ubi facit Dydimus cum Scholiaste Pindari. Cujus, posterioris utique, sunt verba, ἙΔΝΑ γαρ διδοασιν οἱ ανδρες. ΦΕΡΝΑΣ δε αἱ γυναικες. Hesychius tamen, ἙΔΝΑ. Φερνα, τα μεν ὑπο των μνηστηρων ΤΑΙΣ ΜΝΗΣΤΕΥΟΜΕΝΑΙΣ διδομενα. Sed non est nostrum lites grammaticorum componere. Confer Iliad. XIII. 366.

V. 148. Τασδε πολυ προτεροις. —] Reiskius subjecit notulam interrogationis præcedenti versui, legitque Η ὑμιν. Quare ita hunc constituit.

Τωνδε πολυ προτεροις ἡμων γαμος ὁυτος εν ορκῳ.

Ex veteribus plerumque libris. Adstipulatur etiam Codex nonus Vaticanus, hic sæpe vocatus ad partes.

V. 151. Ανδρα. —] Leucippum videlicet.

V. 153. — Ταδ'. —] Bene repone στας, e nono Vaticano. In versu proximo, dant μαστευειν Aldinæ; sed hodierna lectio forte vera est, nam profert idem Codex μναστευειν.

 V. 158.

V. 158. — Σισυφις ακ]α.] Forte αια. Vide Conſtantini Lexicon, V. Σισυφις. Dicam tamen hic, quod prius erat dicendum, de Pane τῳ ακτιῳ, Idyll. V. 14. Ibi quidem neſcio quæ, garriunt Scholiaſtæ, de Apolline, litorum et piſcatorum præſide. Multo tamen aptius et rectius Pan, *litoralis* eſt dicendus, et piſcatorum præſes. Apud Anthologiam, frequentia Pani donaria fiunt a PISÇATORIBUS: nec magis in ſylvis, quam litore, colebatur. Triplicis enim venationis numen erat et patronus. Vide carmina, plus minus viginti, huc facientia, Anth. IV. xxii. Vel ex hoc uno diſce cætera. Carm. 12.

Τȣνεκα, Παν, τον μεν τι δι' αιθερος, ὁν δ' απο λοχμης,
Τον δε δι' ΑΙΓΙΑΛΩΝ θες πολυαγροτερον.

Quapropter, Pan, hunc [venatorem] *in aere, illum in ſylvis,*
Iſtum vero in LITORIBUS, *fac multa capientem.*

Qui quidem Panis character nullibi notatur a mythographis. Quin et hinc, ut id obiter notem, lux accedit Æſchylo. Perſ. v. 448. Cæcutiit enim Scholiaſtes in locum.

V. 164. — Ἀπαν πα]ρωϊον αἱμα.] Florentina affert, quod bene recipi poſſit, ματρωϊον, genus *maternum.* Nam de *paterno,* modo dixerat. Habet hic Codex nonus Vaticanus Δ]ακεδ]ον. Quod expendant docti. Ἀπαν Stephani eſt.

V. 166. — Παντες.] Mavult hic Cl. Valckenarius ανακτες. Epiſt. ut ſupr. p. 40. Sed ſtet vulgata. *Nos* OMNES *ex univerſo conſenſu,* &c. Ita Codex nonus Vaticanus.

ΝΩΪΝ γαμον ΣΦΩΪΝ δ' αλλον επιφραζομεθα ΠΑΝΤΕΣ.

Ubi libri nonnulli veteres, pro σφωϊν, σφωϊ, σφῷ σφῶν.

V. 167. Ισκον. —] Male vulgo accipiuntur hæc verba: Ισκον τοιαδε πολλα. Non enim poetæ illa ſunt, ut putarunt, qui notis parentheſeos verſum hunc cum proximo incluſerunt: ſed Lyncei ipſius. Nec vertendum, *dixerint,* ſed *dicebam.* Pendet oratio ab illis ſuperioribus, 152.

Η μαν πολλακις ὑμμιν ενωπιος αμφοτεροισιν
Αυτος εγω ταδ' εειπα. ———

Ισκειν pro *dicere* accipiunt poetæ, ſed οἱ μεθ' Ὁμηρον. Nam poeta, et ΙΛ. Λ. et ΟΔ. Π. pro *aſſimilare* poſuit, quod uſitatius eſt, εἰσκειν. ut in Hercule Leontophono, Αςερι παντες εἰσκον. Lycophron, ισκων παρεξειν κωνθιαν ὁσοι σκοπλω. Scholia, Ὁμηρος μεν επι τȣ ὁμοιȣν· Λυκοφρων δε επι του λεγειν. ſic apud Apollonium ſæpe. Caſaub. LECT. Theocr. c. xx.

Apollonius utitur hac voce, Sc. *Dicebat.* III. 396. Ubi Scholiaſtes, Το δε ΙΣΚΕΝ, Ὁμηρικως. Vid. et ibid. infr. ad v. 439. 489. 555, &c. Vid. et ibid. Schol. ad v. 937. Et IV. 92. 411. 1586. Vid. et Schol. ad. I. 834.

V. 170.

V. 170. Αμφω, &c.] Vide Palmer. ad Paufan. Lib. IV. Meffen. Excercitat. pag. 387.

V. 127. — Εχθεα λυσαι.] Mei Codices, et libri nonnulli, habent εγχεα λυσαι. Paulo melior noftra.

V. 173. — Εμος. —] Commode Reiskius refcribit ὑμος: i. e. *Frater tuus, O Caftor*, &c.

V. 179. — Και κυρας.] Reiskius hic punctum fubjicit. Ita quidem bene admitti poffit δε, pro και, ex Vaticano nono. Idem adeo in fequenti dat τωσδ' ολιγω, fine puncto. Pro ὡσδ'.

V. 184. Hic et fequens verficulus defunt Vaticanis quibufdam. Quorum poftremum ita Florentina exhibet.

Ὡς δ' αὐτως αχρας επναξατο δυρατος ακμας.

Ita ut Καςωρ fit in fequenti, pro Καρτερος.

V. 187. — Πονον. —] Vaticanus memoratus ποθον.

Ibid. — Πονον ειχον.] "Pro πονον, ποθον. Ad confirmandam hanc fecundam lectionem, adduci poffit illud Homericum, *Hafta*, Λιλαιομενη χροος ασαι." Salvinius, MSS. *Sanctamand.* Sed vide ad Idyll. VII. 139. Ubi et hæc repone Apollonii Rhodii, II. 651.

Ειρεσιη δ' αλιαςον ΕΧΟΝ ΠΟΝΟΝ.——

Indefinenter remigando LABORARUNT.——

V. 206. — Λαοκοωσα. —] De matre Lyncei et Idæ multa docte differit Scholiaftes Apollonii Rhod. I. 152. Ubi et hic Theocritum adhibet. Erant ex Argonautis Lynceus et Idas.

V. 207. — Σταλαν. —] Vid. Cic. Tufc. Quæst. Lib. I. Not. Davifii, pag. 23.

Ibid. Η γαρ εγε ςαλαν, &c.] Vide Lycophronis Caffandram, v. 559. Et ibidem Comment. If. Tzetis. Necnon Adnotat. G. Canteri. Et Comment. J. Meurfii.

"Hiftoriam hanc tangit Pindarus, Nem. X. v. 121.

——— Αυτικα γαρ
Ηλθε Ληδας παις διωκων. Τοι δ' εναντα ςαθεν τυμβω σχεδον πατρωω.
Ενθεν αρπαξαντες αγαλμ' αϊδα, ξεςον πετρον
Εμβαλον ςερνω Πολυδευκεος.

——— *Statim enim*
Venit Ledæ filius perfequens. Illi vero contra fteterunt, fepulcrum prope paternum.
Inde quum corripuiffent ftatuam Plutonis, politum faxum,
Injecerunt pectori Pollucis.

Ubi

Ubi inepte interpres. Αγαλμ' αϊδα, *Statuam Plutonis.* Immo vero, *Sepulchri ornamentum.* Hesychius, ΑΪΔΑΣ. τυμβος, ταφος. Σπηλαιν τυμβȣ vocat Theocritus." E Cl. Toupii literis ad me datis.

V. 212. — Ουκ επ' ελαφρῳ.] Valckenarius ΕΝ ελαφρῳ. Epist. ut supr. p. 40. *In facili.* Quod tamen margini olim Stephanus adscripserat, et affert a quodam Codice Brodæus, MISCELL. VII. 14. Ingeniosa quidem conjectura. Contendit tamen Cl. Reiskius ΕΠ' ελαφρῳ tantundem valere; subauditque vel αγωνι, vel κινδυνῳ, &c. "Contentio cum Tyndaridis versatur in conditione periculi non exigui neque levis." Confer Cl. Wesselingium, ad Herodot. L. I. pag. 59. 86. Necnon Cl. Valckenarium, ibid. L. III. pag. 275. 23.

V. 213. — Κρατεοντες. —] Quod Stephanus, probante etiam Brodæo, emendavit, legendo κρατεοντε. Unde effecit Reiskius αυτοι γ' εκρατεον τε. *Ipsi præstabant aliis.* Refingi possit et in κρατεοντι.

V. 221. — Λιγεαν. —] Brodæus, parum recte, magis probat λιγεῶν, ut in Florentina. Pro quo, habeo in nono Vaticano λιγεω. Habetur ibidem recte, in carminis principio, Ὑμιν δ' αυ και εγω. Miro lepore præditi sunt hi versiculi, et suavitate vere Theocritica conditi.

V. 222. — Ὡς εμος οικος ὑπαρχει
Τοια φερω. —] Elegantissima hæc, Atticisque gratiis dictata. Similiter fere Euripides, Electr. v. 359.

Ξενιων κυρησεθ', οἱ' εμος κευθει δομος.

Munera hospitalia accipietis, qualia mea occultat domus.

V. ult. — Γεραων. —] Pro γεραιων, Ionice. "*Munerum* pulcherrimum est cantus." Longe minus eleganter, immo inscitia dialectus Ionicæ, legit Palmerius, γερα εστι. Exercit. 813. Quocum tamen fecisse videtur Latinus interpres.

IDYLLIUM XXIII.

VER. 2. — εθ' ὁμοιω.] Bene legere possis cum Heinsio εν ὁμοιω. Sic εν ἑτοιμω. Idyll. XXII. 61. Vid. Not. ad Idyll. XXII. 212. Quomodo Euripides, εν ευσεβει. Helen. v. 1293. Sic et Euripides, in Theseo, apud Athen. p. 454. citante Cl. Valckenario, Epist. p. 40.

—— Το πεμπτον δ' ουκ' ΕΝ ΕΥΜΑΡΕΙ φρασαι.

Cui Valckenarius et hoc adjecisse poterat ex Euripid. Helen. v. 1243.

ΕΝ ΕΥΜΑΡΕΙ γουν σην κασιγνητην θανειν;

An leviter *ferre sororis tuæ mortem?*

Veruntamen antiqua lectio proculdubio servanda est, viz. ουκ εθ' ὁμοιω. Hoc enim habuit Noster ex Homero, Odyss. XVI. 182.

Αλλα δε ειματ' εχεις, και τοι χρως ΟΥΚ' εθ' ΌΜΟΙΟΣ.

Alia vestimenta habes, et corpore neque item similis.

Confer Bion. Idyll. VIII. 5.

V. 5. — Πολι παιδια. —] Stephanus, Heinsio comprobante, mavult ποτικαρδια. Sed nihil immutandum censeo. Horatius de Lycida. Lib. I. Od. iv. De hujus nempe generis amore.

——— Quo calet JUVENTUS
Nunc omnis. ———

Epigramma ανεκδοτον. Lib. I. Car. 103.

Ὁ τρυφερος Διοδωρος επ' ΗΙΘΕΟΥΣ φλογα βαλλει.

Tener Diodorus in juvenes *jacit flammam.*

Necnon Philippus in Ανεκδοτω, apud Pierson. Verosim. pag. 84.

Ηνικα μεν καλος ης, Αρχεστρατε, χ' αμφι παρειαις
Οινωπος, ψυχας εφλεγες ΗΙΘΕΩΝ.

Quum formosus eras, Archestrate, et genas
Purpureus, animas accendebas juvenum.

 Nimirum

Nimirum V. ΠΑΙΔΙΟΝ non ſemper ſignificat *Puerulus.* Ariſtænetus de Acontio Cydippen jam uxorem ducente. L. I. Epiſt. x. pag. 58. Edit. Pauv. Ουν ευθεως, ω καλλιςον ΠΑΙΔΙΟΝ Ακοντιε, δυοιν θατερον η γαμον η θανατον διελογιζου βληθεις. *Quippe tu ſtatim, Aconti, venuſtiſſime* Puer, *ubi ſaucius factus es, alterutrum apud teipſum conſtituiſti, aut mortem aut nuptias.* Atqui forte ſit ibi vox blandientis. Idem tamen, ibidem. pag. 67. Τοιαυτα μεν Ακοντιος ΤΟ ΠΑΙΔΙΟΝ διελεγετο προς τῳ σωματι μαραινομενος και τον νουν. *Talia loquebatur, mentem ſimul et corpus marcidus,* adoleſcens *Acontius.* Ubi cultiſſimus Mercerus, "Το ΠΑΙΔΙΟΝ, pro μειρακιον."

V. 7. Ουδε τι, &c.] Quomodo hæc conveniunt cum præmiſſis? Pulcher erat, et forma bona præditus, iſte puer, ut vides, v. 2. Nunc vero dicitur, nullum habuiſſe oris nitorem, nec oculorum jubar, nec roſeas genas. Anne poeta vult, quod illi defuerint amabiliores et *elegantiores* illæ gratiæ? Ita vero locum cum reliquis connectendum poſſe puto, atque adeo explicandum. "Nihil fecit iſte puer in gratiam infelicis amatoris; nihil mutui retulit. Se prorſus ſecluſit, nec illi indulſit pulchrum illud os, genaſque purpureas, quorum adſpectu propiori ſaltem ſe ſolaretur ardens amator: Nec permiſit, ut ſecum is unquam colloqueretur, oſculumque carperet. Nec erat *oratio* nec *oſculum.* Nullæ aderant earum blanditiarum, quibus communiter excipi ſolent amantes." Contextus eſt ita, me judice, quaſi conjunctim comprehendendus et intelligendus. Interea conferas huc eximium Pindari fragmentum, de Theoxeno puero, apud Athenæum, Caſ. L. xiii. pag. 601.

Ibid. Των πυρσων.—] Per quæ vult Reiskius, quod non Segmenta, ſive cincinnullos, rutilæ ſuæ, ſc. flavæ, comæ, mittebat puer ad amatorem ſuum, in deſiderii ſolatium. Quemadmodum, Idyll. II. 10. Stabit et illa quidem ſententia cum noſtra loci interpretatione.

V. 8. — Λιπαρον.—] Iis quæ diximus ſupra, [II. 51.] ad Λιπαρας εκτοσθε παλαιςρας, adjice, apud Lucianum in Amoribus, occurrere αἱ λιπαραι παλαιςραι, II. Wetſt. pag. 400. §. 3. Locus etiam in eodem Idyllio, id quod jam antea fuit animadvertendum, clare illuſtratur a Luciano. Ad v. 100. Idyll. II. Mittit, ancillam Theſtylida Simætha, ut ſpecularetur Philinum ſuum, circa Timageti palæſtram,

> Κ'ηπει κανιν εοντα μαθοις μονον, ἀσυχα νευσον·
> Κ'ηφ', ὁτι Σιμαιθα τυ καλει, &c.
>
> *Cum ipſum ſentias eſſe ſolum, occulte innue;*
> *Et dic, Simætha te vocat,* &c.

Quomodo ſæpe juvenes explorabant puellæ Græcæ, iiſque conſilia ſua nuntiabant. Apud Lucianum, Droſe meretrix mittit Ancillam ad perquirendum amaſium ſuum. Επεμψα την Νεβριδα περισκεψομενην αυτον, η εν αγορα, η εν παιδικη. Ἡ δε περιπατουντα εφη ιδουσα μετα του Αριςαινετου, νευσαι πορρω, &c.

&c. *Neuridem misi, quæ illum circumspiceret, aut in foro commorantem alicubi, aut in palæstra. Ea autem rediens deambulantem vidisse se ait cum Aristæneto* [*Præceptore suo,*] *atque innuisse illi a longe,* &c. Dial. Meretr. Wetst. III. pag. 306. Dial. X. Memorantur et apud Alciphronem, θεραπαινιδων διαδρομαι, *famularum discursationes,* ad adolescentem revocandum. Epist. L. I. 37. Quin et apud eosdem Dialogos Luciani Meretricios, modus reducendi juvenem amatum per incantamenta, eadem ipsa ratione ac forma describitur, quibus utitur Simætha in eodem Idyllio. viz. Dial. IV. pag. 288. edit. ut supr. "Δεησει δε τι αυτȣ, &c. *Oportet autem ipsius viri præsto esse aliquid, velut vestes, aut soleas, aut pilos paucos, aut quid ex eo genere.* Bacch. *Has de clavo suspensas suffitu ex odoribus facto imbuit, de sale etiam aliquid in ignem conjiciens, pronuncians simul nomina utriusque.* Tum prolatum de sinu rhombum intorquet, *carmen simul volubili lingua dicens,* &c. *Hæc tum fecerat,* cum non ita multo post Phanias — *ad me venit ab illo incantamento maxime adductus,*" &c. Cum Lucianus esset in manibus, malui hæc alieno loco, potius quam nullo, proferre.

V. 9. — Φιλαμα τι κουφιζον. —] Vaticanus secundus, quod possit admitti, κουφιζειν agnoscit. Ut et Aldina. In quo latere credit Reiskius, vel τι κȣφιζεν *quod levasset,* vel, ȣχι φιλημα[τ'] εκȣφιζεν τον ερωτα.

V. 10. Οια δη θηρ υλαιος. —] Apollonius Rhod. I. 1243.

——— Ηϋτε τις ΘΗΡ
ΑΓΡΙΟΣ, &c. ———

——— *Veluti aliqua* fera
Sæva, &c. ———

Ubi Scholiastes intelligit *Leonem,* sic a poetis κυριως dictum. Sic et L. II. 45. Ita et Heyschius, V. ΘΗΡ. Ita Callimachus, Fragm. Bentl. CCXI. Confer et Nosttrum, Idyll. XXV. 63. Et alibi. Necnon Æschyl. Agamemn. v. 1072. Hom. Iliad. ο. 633. XII. 184. &c. &c.

Ibid. — Υποπτευηισι. —] Esse putat eruditissimus Ernesti, qui forte hic corrigant οπιπτευηισι. Ad Callimach. Del. v. 62. Reiskius nihil mutat.

V. 11. — Αγρια δ' αυτω.] Αρια Aldus et Calliergus, Unde conjicit Reiskius, Aldum dedisse voluisse ευρεα. Sed habet ηρια Vaticanus secundus. Nonnulli libri, vetustiores quidem, ȣτως. Verum est αγρια. *Labra sævitiæ plena.* Vid. ad v. 10. supr. et confer Homer. Iliad. XXIV. 41.

V. 12. — Ειχεν αναγχην.] Heinsius hic conjecit ειδεν. c. xxv. At receptam lectionem longe pulchriorem puto, simpliciorem, significantioremque. Adeo fuit ille puer imperiosus, et in amatorem ferox, ut penes oculos ejus ipsa esset NECESSITAS. Audacem metaphoram minuunt hic interpretes Latini, vertendo αναγκαν, *Truculentiam.* Apud Horatium Necessitas impersonata profertur, sæva ille quidem fortunæ comes. Od. I. XXXV. 17. Hic et a Reiskio, equidem invitus, abscedere cogor.

V. 13.

V. 13. — Φευγε δ' απο χρως,
'Υϐριν τας οργας περικειμενος. —] Corrigit ingeniose Valckenarius, Epist. ut supr. pag. 33. 34.

—— Φευγε δ' απο χρως
'ΥΒΡΙΚΤΑι, οργαν ΠΕΡΙΕΙΜΕΝΩι. ——

Mallem tamen adhuc 'ΥΒΡΙΝ τας οργας. Quasi *extremam acerbitatem iracundiæ.* Vel possit legi πεϱειμενος. "Fugit *color*, qui quidem *nunc* [non ille ipse sane qui *fugit*,] indutus erat iracundiam atrocissimam." Ita elleiptice quodammodo, et minus accurate, poetæ. Vulgatam tamen lectionem defendit, exemplis allatis, Dorvilius ad Chariton. Aphrodis. ANIMADV. pag. 68. Interea versus quidam intermedius excidisse possit.

V. 15. Ην καλος· εξ οργας ερεθιζετο μαλλον εραστας.] Corrupta hæc valde in Codicibus, et libris vetustis, extant. Præsens lectio loci diu tentati, probabilis quidem et perspicua, emersit tandem e conjecturis, Stephani, Casauboni, et Danielis Heinsii. "Attamen ita pulcher erat Puer: immo, ab hac ipsa iracundia, magis accendebatur amator." Est quod expressit Martialis, haud ineleganter, ad Diadumenum puerum, L. V. xlvii.

Et placet IRA mihi plus tua quam Facies.

Adhibendus et Aristænetus, L. I. viii. pag. 50. Edit. Pauv. 'Η δε ηρυθριασε μετ' οργης· και γεγονε το προσωπον θυμεμενη καλλιων, το δε ομμα, και περ αγανακτεσης, ηδυ. *Succensens erubuit illa, fuitque pulchrior iratæ vultus, et oculus, quamvis excandescentis, suavis.*

V. 16. — Ηνεικε τα συμφορα τας Κυθερειας.] In Vaticano secundo, portentum hoc apparet: Ενι και το σαμφασατος. Nihilo melius Aldina et Florentina. Tandem Calliergus, nulla tamen autoritate dedit,

—— Ουκ ανεηκε τα δακρυα τας Κυθερειας.

Deinde, pro δακρυα, ut propius quiddam Codicibus, in medium protulit τα συμφορα Stephanus. Valckenarius excogitavit demum τα πυρφορα. "Tela *ignita* Veneris." Epist. ut supr. p. 34. Sane et sensui consuluit, et Codicum vestigiis inhæsit, Reiskius, postremum relegendo, Ταδ' αμϐροτα τας Κυθερειας. "Adversi et irriti casus in amando." Græci vulgares β ut φ pronunciant, et ρ ut λ. Sic ex αμϐροτα natum αμφλοτα. Nonnulla et ipse conjectavi. Sed cum in tanta obscuritate Codicum nihil extat ad quod conjecturas rite exigas, nihil fidenter afferre possum. Nec ita conjecturam finis. Horum nonnullis saltem simile poetam scripsisse putaverim.

Ibid. — Εκλαιε ποτι συγγοισι μελαθροις.] Quomodo vigilarent amatores, morasque propter amasii fores anxii traherent, plura canunt epigrammatistæ. Hinc natum elegans epigramma, nunquam editum, Meleagri: qui sane longe festivius ibi, quam hic noster, egisse videtur. MSS. Antholog. C. Cephal. Lib. I. Car. 72.

Ηγρευθην

Ηγρευθην εμπροσθεν εγω ποτε τοις δυσερωσι,
Κωμοις ηϊθεων πολλακις εγγελασας.
Και μ' επι σοις ὁ πλανος Ερως ΠΡΟΘΥΡΟΙΣΙ, Μυϊσκε,
Στησεν, επιγραψας ΣΚΥΛ' ΑΠΟ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣ.

Captus eram jam antea ab averſis amori,
Comeſſationibus juvenum ſæpe irridens.
Jamque me ad tuas fores *volucer Amor, O Muïſce,*
Locavit, inſcribens, " Spolia a ſapientia."

V. 20. Λαϊνε πεη.—] Frequens hoc ſenſu. Simili ratione αδαμαντινος. Idyll. III. 39. Επει εκ αδαμαντινα εντι. Quomodo Lucianus, Luc. II. Wetſt. pag. 579. §. 11. Επει με τον παλαι ΑΔΑΜΑΝΤΙΝΟΝ, ὡς ελεγον αἱ γυναικες, &c. *Quandoquidem me* adamantinum *quondam, uti mulieres dicebant,* &c. Necnon epigramma P. Silentiarii, Miſc. Lipſ. IX. iii. pag. 481. De Sapphone molliſſima puella.

——— Μαλθακα παντα μελη.
Ψυχη δ' εξ ΑΔΑΜΑΝΤΟΣ απειθεος. ———

——— *Mollia membra omnia.*
Anima autem ex ADAMANTE *cedere neſcio.* ———

Adhibet Eunapius de viribus corporis. Αθρυπτε και ΑΔΑΜΑΝΤΙΝΟΥ σωματος. Vit. Philoſ. pag. 178. edit. Plantin. 1568.

V. 22. Κωρε θελω λυπην κεχολωμενον.—] Secundus Vaticanus,

Κωρ' εθελω λυπης ποχολωμενος. ———

Unde ego ita verſum corrigo et lego.

Κωρ', εθελω, λυπης ΠΟΧ' ἉΛΩΜΕΝΟΣ. ———

Vel ὁλωμενος. " Non amplius volo te, *quondam* [ut prius] *dolore captus.*" Ea lectio Vaticani manavit in Aldinam. Hodiernam Stephanus arripuit a Florentina. Reiskius reſcribit,

Κωρε θεω λυπης [λυπαις] τεθολωμενος. ———

V. 23. — Ημεν, &c.] Ita lego, partim e ſecundo Vaticano, et contextum pungo, ex Aldina.

——————— Η ΜΕΝ αταρπον
Ξυνον, τοισιν ερωσι το φαρμακον ενθα το λαθος.

——————— *Ubi dicunt* [*eſſe*] *viam*
Communnem, ibi ſc. *ubi oblivio eſt medela illa amantibus.*

Sunt qui λαθας legerunt, monente Stephano.

V. 25.—ʽΟλον αυτο, &c.] Ita Euripides, εκπιειν ʽΟΛΟΝ πιθον. Cyclop. v. 216. *Bibere totum dolium.* Quin et peculiaris et idiomaticus usus nonnunquam V. ὁλος. Vide et confer Idyll. III. 33. XXIX. 4. Epigr. XVI. 6. Affero et epigramma Stratonis, ineditum hactenus. MSS. Anthol. Ceph. I. 174.

> Τις σε καλεστεφανωσε ροδοις ʽΟΛΟΝ; Ει μεν ερασης,
> Αʼ μακαρ, ει δʼ ὁ πατηρ, ομματα κʼ αυτος εχει.

Who crowned you all over *with roses?* Meleager etiam in inedito hactenus, Ibid. MSS. L. I. 143.

> ʽΗδυς ὁ παις, και τʼ ουνομʼ εμοι, γλυκυς εστι Μυϊσκος,
> Και χαριεις· ινʼ εχω μη ουχι φιλειν προφασιν·
> Καλος, γαρ ναι Κυπριν, ʽΟΛΟΣ καλος. Ην δʼ ανιηρος,
> Οιδε το πικρον Ερως συγκερασαι μελιτι.

> *Dulcis puer, et etiam nomen ejus mihi dulcis est Muïscus,*
> *Et gratiosus; ut nec habeam quo minus eum amem prætextum:*
> *Pulcher, imo per Venerem,* totus pulcher. *Quod si difficilis,*
> *Novit Cupido amarum cum melle miscere.*

Necnon Antipater, Anthol. Planud. L. I. xxix. 1. De Antiodemide, mollissima muliere.

> ——Ην γαρ ʽΟΛΗ πανταλαροισι γαλα.
>
> ——*Erat enim* tota *in vasculis lac.*

Lucianus Dial. Meretr. Wetst. III. pag. 307. Και ʽΟΛΩΣ περι το μειρακιον εστι. TOTUS *est in hoc adolescentulo.* Vide quæ notavimus ad Idyll. XV. 148. Et confer Platon. de differentia inter ΠΑΝ et ʽΟΛΟΝ. Theætet. p. 140. edit. Ficin. Accipe et alium fere sensum, Apollon. Rhod. IV. 1166.

> Τερπωλης επεβημεν ʽΟΛΩι ΠΟΔΙ.——
>
> *Voluptates adimus* toto pede.——

Confer et Lucilii epigramm. Anthol. II. xxv. 1. Erinnæ, IV. v. 7. Antiphili, VII. 122.

V. 26.—Ποθον.—] Codex memoratus dat χολον. Ποθον forte importavit Calliergus. Conjicit Reiskius τον ἑον κοτον. *Tuam Iram.* Sed quomodo bibens sedabit *alterius* Iram? Proprii pectoris æstum, qualiscunque is fuerit, rectius bibendo diceretur aliquis extinguere. Forte χολον retinere debemus, "*Vehementem animi perturbationem,* non literaliter *Iram.* Veruntamen hæc ex CANTICIS Salomonis fortasse expressa sunt et adumbrata. VIII. 6, 7. Κραταια ὡς θανατος αγαπη, σκληρος ὡς ᾁδης ζηλος· περιπτερα αυτης περιπτερα πυρος, φλογες αυτης. ʽΥδωρ πολυ ου δυνησεται σβεσαι την αγαπην, και ποταμοι ου συγκλυσουσιν αυτην. Verosimile est quidem valde, Theocritum, Septuaginta veteris Testamenti Interpretibus æqualem, et in aula Ptolemæi una florentem, hoc evolvisse Canticum, suavitate omni delibutum, atque exinde

exinde nonnulla in ſua Idyllia percommode tranſtuliſſe. Quod et voluit pater admodum reverendus, omnigena doctrina excultiſſimus, Eccleſiæ noſtræ reipublicæque literariæ maximum lumen et ornamentum, ROBERTUS LOWTH, Epiſcopus Oxonienſis. Cujus vide Præl. Academ. xxx. pag. 396. edit. 1763. 8vo. Confer et huc Idyll. XVIII. 30. 26. XX. 26.

V. 27. — Επιϐαλλομαι. —] Forte cum Reiskio leges επιτελλομαι. *Mando, denuncio,* tuis foribus ultimum Vale.

V. 28. Και το, &c.] Vid. Idyll. XXVII. 8. Virgilius, Ecl. II. 18.

> Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Nemeſianus, Ecl. IV. 20.

> Reſpice me tandem, Puer O crudelis, Iöla!
> Non hoc ſemper erit: perdunt et gramina flores;
> Perdit ſpina roſas, nec ſemper lilia candent.

Sed frequentiſſimus eſt apud poetas locus.

V. 30. — Μαραινεται. —] Reiskius conjecit μελαινεται. Idem mavult in ſequenti de Nive, ἀνικα ταλφθῃ, pro παχθῃ. *Cum a vernis Zephyris intepuerit.* Non enim, inquit, nix liqueſcit, cum induruerit. Brodæus vult, *poſteaquam* congelata eſt, Nix liqueſcit. At *præſens* quiddam ſignificat ἁνικα.

V. 32. Και καλλος καλον εςι το παιδικον, αλλ' ολιγον ζῃ.] Illuſtrabo hic, quaſi in tranſitu, quoniam mihi locum revocat hoc argumentum, nonnullos Horatii verſiculos, quorum venuſtas pleroſque fere criticos vel fugiſſe vel fefelliſſe videtur. Lib. IV. Od. 10. *In Ligurinum puerum.* v. 1, 2.

> O crudelis adhuc, et Veneris muneribus potens,
> Inſperata tuæ veniet cum pluma ſuperbiæ.

Interpretes non viderunt metaphoram, quam hic, et per totam odam, præ oculis habuit poeta. Aſſimilat Horatius, communi ſatis et obvia alluſione, formam juvenilem et vergentem, veri et hyemi. Male ergo legitur *Pluma* pro *Bruma*. *Superbia* illa ακμη eſt ætatis, *brumæ* tandem ceſſura. Sequitur, v. 3.

> Et quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ.

"Mox, inquit, urgente illa eadem *Bruma*, ſive Senio, comæ tibi decident, ut folia ex arboribus." Ubi et ambiguum quiddam ineſt in V. *Comæ*. Quæ et *frondes* communiter ſignificat. Ut comæ etiam capiti, ita arboribus etiam frondes decori. Dein, v. 5.

> Nunc et qui color eſt puniceæ prior flore roſæ,
> Mutatus Ligurinum in faciem verterit hiſpidam.

Ubi, continuata adhuc metaphora, in illo *puniceo flore roſæ*, ver agnoſcis; ut, e contra, illud *Hiſpidam* eſt hyemis character et epithetum. Appoſite

ſite Galenus Pergam. in Suaſoria ad Artes, Cap. viii. Αμεινον ουκ' εςιν εγνωκοτας τὴν μεν μειρακιων ὡραν τοις ηρινοις ανθεσιν εοικυιαν, ολιγοχρονιον τε την τερψιν εχȣσαν. — Το δε Γηρας, καθαπερ χαλεπον εφεδρευοντα χειμωνα. *Itaque ſatius eſt illos laudare, qui puerorum formam vernis floribus eſſe ſimilem, oblectationemque momentaneam habere, judicarunt. — Senectutem, tanquam hyemem moleſtam, imminere.*

V. 33. Ἡξει καιρος εκεινος, &c.] Frequens amatorum ſpretorum vox, et quaſi convitium. Philoſtratus, in Epiſtolis. ΜΕΙΡΑΚΙΩι. Εξ αδαμαντος, και πετρας, και Στυγος. Ταχεως σε θεασαιμην γενειωντα, και παρα αλλοτριαις θυραις κειμενον. *Ex adamante, et petra, et Styge,* [*compoſitus es.*] *Cito videam te barbeſcentem, et ad alienas fores jacentem.* Philoſtr. Epiſt. pag. 889. ed. Par. Necnon Strato, Carm. 180. Anthol. Ceph. Lib. I. Satis quidem lepide.

> Μνησθηση τȣτων, υπερηφανε. Και συ φιλησεις,
> Και κωμωδησεις τὴν ΑΠΟΚΛΕΙΟΜΕΝΗΝ.
>
> *Recordabere, ſuperbe puer, hos ſermones. Et ipſe amabis,*
> *Et ages fabulam* SCORTUM EXCLUSUM.

Diocles, ibid. MSS. Carm. ined. 40.

> Ἡξει τις τȣτȣ χρονος εκδικος, ειτα δασυνθεις
> Αρχη, Χαιρε λεγειν ȣκ' αποκρινομενοις.

Ubi corrigo, αρξη. Strato etiam ibid. MSS. I. 172. Carm. ined.

> Ἡξει σοι πωγων κακον εσχατον αλλα μεγιςον,
> Και τοτ' επιγνωση τι σπανις εςι φιλων.

V. 36. — Εξενθων ηρτημενον. —] Repudiat Lennepius, εξενθων, et ſubſtituit, εξ ȣδων. Ad Coluthum, Add. et Corr. pag. 208. Certe mox ſequitur παρενθης. Sed ſilent hic Codices mei, nec opus eſt mutatione. "Quando mox egrediens, et aperta janua, me ſuſpenſum, &c." Implicantur hic *Fores*, quia ſpretus juvenis ante *fores* amati crudeliſque pueri querelam fundit. Vid. Dorvil. Animadv. Chariton. Aphrodiſ. p. 496. Adhibendus huc Ovidius, qui manifeſto reſpexit hoc Idyllium. Metam. xiv. 733.

> Dixit: et ad poſtes ornatos ſæpe coronis,
> Humentes oculos, et pallida brachia tendens,
> Cum foribus laquei religaſſet brachia ſummi;
> Hæc tibi ſerta placent, crudelis et impia, dixit.

V. 38. Επιασπειςας. —] Teſtatur Cl. Dorvillius Codices nonnullos habere επισπειρας. Ubi ſupr. pag. 146. Illud in meis quidem Codicibus haud reperio. Veriſſima eſt et perelegans hodierna lectio.

V. 39. — Πυματον με φιλασον.] Bion. I. 46. Venus ad Adonida mortuum. Mutatis quidem vicibus.

— Το

——— Το δ' αυ πυματον με φιλασον.
Τοσαυτον με φιλασον, όσον ζωῃ το φιλαμα·
Αχρις απο ψυχης ες εμον στομα κεις εμον ἡπαρ
Πνευμα τεον ῥευσῃ. ———————

——— *Jamque postremo me osculare.*
Tantillum me osculare, donec vivit osculum:
Donec ab anima in meum os et in meum jecur
Spiritus tuus fluxerit. ————————

Moschus osculi Veneris, Adonidi mortuo impressi, meminit, III. 69. Osculum hoc inter præcipua morientibus officia præstanda numerabatur.

V. 42. — Ειγε, &c. —] Altera Aldina legit ειν, cum Vaticano secundo. Mendose certe. Ego probo præsentem contextum, qui legitur in Calliergi et Stephani libris.

V. 43. Χωμα, &c.] Ita Calliergus. Reiskius κοιλυ, quod, ut a libris, ita e Codicibus meis defendi possit.

V. 44. Καν απικη. —] Ita lege: quamquam Vaticanus habeat secundus απιης. Quod primo fortasse fuerit interlinearis glossa. Idem dat, pro επαυσον, οπασον.

V. 45. — Καλος δε μοι ωλεθ' εταιρος.] Vult hic Cl. Toupius ΚΑΛΟΣ. Majusculis scilicet, inscriptionum more. Ad Suid. III. 103.

V. 46. — Το σοι στιχοισι χαραξω.] Quæ, vir elegans, ad Coluthum, Lennepius emendat. pag. 62. v. 211.

——————— ΤΟΣΟΙΣΙ στιχοισι ΧΑΡΑΞΩΝ.

Sc. "Inscriptionem his versibus insculpturus." Sane agnoscit, pro το σοι, τοσοις, Vaticanus secundus. Itaque scribe στιχιοισι. Vulgatis Inscriptionibus, apud poetas, amatorum tumulis vel urnis apponi jussis, addam hoc Meleagri ineditum Epigramma, ex MSS. Anthol. Const. Cephalæ, Lib. I. Car. 78.

Ην τι παθω, Κλεοβουλε, το γαρ πλεον εν πυρι παιδων
Βαλλομενος, κειμαι λειψανον εν σποδιη,
Λισσομαι, ακρητω μεθυσον, πριν ὑπο χθονα θεσθαι
Καλπιν, επιγραψας ΔΩΡΟΝ ΕΡΩΣ ΑΙΔΗ.

Siquid patiar Clobule, (nam multum in igne amorum
Jactatus, jaceo quod reliquum est in cinere,)
Oro, mero ebriam fac, priusquam sub terra ponas,
Urnam, ei inscribens DONUM AMOR PLUTONI.

Mendas ad alia festinanti non vacat eluere. Mecum tamen forte releges, in principio carminis, Ην 'ποθανω. Vel potius Ηνγε θανω. Ex his enim recoxit epigramma Greg. Nazianz. CLXXII. In Anecdot. Muratorii, p. 158.

ΛΙΣΣΟΜΑΙ, ΗΝ ΓΕ ΘΑΝΩ, ποταμω δεμας, &c.

V. 47. Τȣτον Ερως εκ]εινεν. —] Solenne erat mortis cauſam monumentis inſcribere. Qua de re docte agit et diſerte Brockhuſius, ad Tibullum. III. ii. 27. Vide ſis et eundem, ad Propert. I. vii. 24. de V. *Jaces*, ſc. κειται, ſupr. apud v. 44.

V. 49. Λιθον. —] Vult Heinſius, mutandi pruritu, μιτον. Mox et πετραν, pro εδραν. c. xxv. Sed omnia ſana ſunt.

V. 51. — Εμβαλλε. —] Aldus εβαλλε. Ex more, inquit Reiskius, novæ Græcitatis: cui βαλλειν ſimplex pro *induere* longe eſt frequentiſſimum. Ita quoque Codex ſecundus Vaticanus. Ut facile credas deſcriptum fuiſſe a quodam bene perito ſequioris illius et Byzantinæ Græcitatis. Cujus ibi veſtigia paſſim comparent; ut et in aliis libris quamplurimis, manu Græce exaratis. Monſtra illa proſodiæ, quæ nonnunquam deprehendimus in hujuſmodi Codicibus, exinde potiſſimum nata fuiſſe puto; quod ſcribæ, qui et ipſi Græci erant recentes, non valde priſcis Græcis auctoribus lectitandis plerumque exercitarentur, ubi, ut pridem notavi, caduca paulatim poeſi, parum metricis legibus conſulebatur. Hinc in novis illis ſuis ſcripturis ita contra proſodiam peccantibus, quod rectum fuit et legitimum pro ſuo modulo dabant. Aures eorum novo illi cantui aſſuefecerant: qui facile manavit in ſcripturam. Ita certe facilius antiquam veritatem deſerebant hi ſcioli.

V. 52. — Εκυλιοσεν υπεκ ποδος. —] Ex Aldina, viz. εκοιλησεν αυτε ποδος, efficit Reiskius, εκυλισεν απαι ποδος. Hauſta eſt illa Aldina ex Vaticano ſecundo. Vulgatam, ſi rite conjicio, Calliergus extudit.

V. 54. — Ετυλιχθη. —] Ita Codices mei. Quod et probat Caſaubonus, c. xx. Prolixius hanc vocem expoſuit Æmilius Portus in Lexico Dorico, ſed, ut mihi videtur, parum recte. Potes intelligere, "non commovebatur, non agitabatur animo, puer, tale facinus aſpiciens." *Flectere*, et *delinire*, alii volunt, quod certe minus ſimplex. Cl. Valckenarius optime reſcribendum jubet ελυγιχθη. Epiſt. ut ſupr. p. 62. Vid. Idyll. I. 97. 98. Novum certe eſt, et inuſitatum, illud ετυλιχθη ταν ψυχαν.

V. 55. — Νεον φονον. —] Pro his eſt lacuna in meis Codicibus. Ita ut quæ hodie afferuntur ſuſpecta videantur. Ibi quidem legi poſſit εον, pro νεον. Sed ſtet vulgata. Recentem cædem non plorare, notante Reiskio, nefas erat, et animi ferocis indicium.

V. 56. Ἑιματα ταυτ' εμιαινεν εφαβικα. —] Intelligit Reiskius veſtes floridas, pictas, tenui filo; in quibus ſeſe jactitabant adoleſcentuli pulchelli, forma et ætatis flore fidentes. Quas illa polluit, quippe qui geſtaverit, cum nefas eſſet eas geſtare.

Ibid. — Ες αθλον.] Vel αθλω, ut in Codicibus meis, et libris veteribus. Unde facias αθλως, vel αθλȣς.

V. 59. Ιϛατ', &c.] Ita Codex ſecundus Vaticanæ.

Ιϛατ' ὑπο κρηπιδας ες ὑδατωδ' εφυπερθεν.

Similiter

Similiter Aldus. Ex quo Reiskius ita hæc legit.

> Εισα]' απο κρηπιδος ες ὑδατα. Τω δ' εφυπερθεν
> ῾Αλατο και, &c.

Sine ulla auctoritate Calliergus hodiernam lectionem protulit. Florentina ῾Υδατων. Δ' εφυπ. Refert Athenæus, id quod diligenter hic obſervandum puto, veteres in Gymnaſiis Amoris ſtatuam locare ſolitos. Quin et Samios Amori Gymnaſium dedicaviſſe. Caſ. Lib. xiii. pag. 561. 562. Annon hinc poeta noſter explicandus et intelligendus? Ratio autem cur Amoris ſtatua in Gymnaſiis haberetur, in propatulo videtur eſſe; nempe quod amoris adeo frequens eſſet cauſa Palæſtra: quodque ΕΡΑΣΤΑΙ illuc confluerent, ad amaſiorum ſuorum pulchritudinem ſuſpiciendam.

V. 61. — Κακον δ' εκτεινεν εφαβον.] Tradit Conon, Aminiada quendam deperiiſſe Narciſſum puerum, qui, qualis hic noſter, pulcherrimus, et ὑπεροπ]ος εραςων. Quare præ Narciſſi foribus ſe tandem infelix amator occidit; Deum, ſcilicet Amorem, precatus vehementer, ut ultor ſibi fieret. Conon. Narrat. XXIV. pag. 264. Inter Hiſt. Poetic. Gr. Pariſ. 1675. Jurat Gnatho, apud Longi Paſtoralia, Εμαυτον αποκτενω προ των Δαφνιδος θυρων. *Meipſum occidam ante Daphnidis fores.* Quem fruſtra ſcilicet amabat. L. IV. pag. 164. Edit. Jung. Confer Propert. L. II. xi. 32. Qui forſan hinc interpretandus.

V. 61. Αἱμα. —] Conjecit Reiskius poetam dediſſe ναμα: ſtabilitque hanc ex Aldina conjecturam, ubi legitur ἅμα, illud ν facile excidiſſe putans. Veruntamen Vaticanus ſecundus clare dat ἅμα.

V. 62. — Μισων. —] Vox fuiſſe videtur dedecoris et contemptus, ita ſimpliciter et abſolute poſita. Quemadmodum pueris apud Græcos probroſum ducebatur nullos amatores habere.

V. ult. — ῾Υμμες Αἰτας. —] Vaticanus ſecundus habet ευητες. Quod revera eſt αἰτες. Sæpe enim in chartis manuſcriptis ευ et α, η et ι, permutari vides. Præterea Doricum eſt αι in ες convertere, teſte Scholiaſte noſtro ad Idyll. I. 92. Unde vera vox, ſc. αἰται, pulchre emergit. Αἰτης eſt *amaſius.* Hæc ideo ſententia contextus eſt. "Gaudete *Amantes*; mortuus eſt enim, juſtumque ſupplicium merito ſubiit, crudelis ille difficiliſque Puer: Vos autem *Amaſii*, hinc moniti, veſtros amatores, quicunque illi fuerint, amare diſcite; nam deus, ut videtis, rite judicare novit."

IDYLLIUM XXIV.

QUIDAM tribuunt hoc Idyllium Moſcho aut Bioni. Profecto ſuaviſſime dormituros infantes Alcmena mater, lautos jam, et lacte impletos, conſopire ſatagit. Inſunt tamen in eodem nonnulla præterea, ſublimius excogitata et dicta, quæ Bionis et Moſchi genium non modo minime ſapiunt indolemque, ſed eorum vires longe videntur excedere. Equidem nihil video, quo minus hoc carmen Idylliis poetæ noſtri rite poſſis annumerare. Eſt quidem ubi Theocritus inſurgit, et carminis heroici majeſtatem feliciter exprimit. Sed vide quæ diximus ad initium Idyllii ſubſequentis.

Hujus hiſtoriæ picturam, ſane egregiam, deſcribit Philoſtratus junior, in Iconibus, pag. 841. Ed. Par. Tit. ʽΗΡΑΚΛΗΣ ΕΝ ΣΠΑΡΓΑΝΟΙΣ. Ubi forte reſpiciebat artifex hoc ipſum poema. Ita et pictorem illum, qui de Polyphemo et Galatea tabulam fecit, ob oculos habuiſſe CYCLOPA noſtri poetæ crediderim. Philoſtrat. Icon. II. p. 810. Vid. et ad Idyll. VI. 34. Deſcribit etiam Philoſtratus junior Picturam, de Cupidine et Ganymede talis ludentibus, ubi Venus auream pilam, Jovis Ludicrum dictam, filio ſuo pollicetur. Puer autem pendet a matris peplo, præmium promiſſum poſtulans. Adhibetur et Phaſis fluvius, aliaque Argonautarum rem ſpectantia. Icon. p. 844. Tit. ΑΘΥΡΟΥΝΤΕΣ. Quod eſt figmentum, lepidum quidem, Apollonii Rhodii, L. III. 114. ſeq. Ita pictores veteres paſſim ſolebant ſcenas et hiſtorias inſigniores, e poetis ſelectas, adumbrare. Vide et epigramma in Simulachrum Herculis infantis adhuc, et geminos ſerpentes elidentis. Anthol. IV. viii. 4.

V. 4. *Χαλκειαν κατεθηκεν επ' ασπιδα.*—] Non ineleganter ſcribit auctor Argumenti Latini, hujus Idyllii. "Eſt vero inprimis illuſtris ac venuſta imago, quum Alcmena pueros Herculem atque Iphiclum in ſcuto æreo quod hoſti occiſo maritus ademerat, ponit, ſcutumque, ceu cunas, movet: et precationem addit, ut pueri feliciter dormiant. Dulcis hic eſt ſcuti uſus, et jucundus poſt res bello geſtas finis, pacata educatio ſobolis." Vide ſis Gronov. Obſervat. II. 1. Idyll. XIII. 20. Schol. Pind. Edit. Oxon.

Oxon. pag. 326. ad Nem. I. 60. ſeq. Et Idyll. XIII. 20. Apollodor. Bibliothec. L. II. iv. §. 8. Salmaſ. ad Solin. Tom. I. pag. 21. Edit. Traject.

V. 7. Ευδετ', &c.] Votum matris ſuaviſſimum numeroſis valde mellitiſque verſiculis exprimitur. Eadem ferme næniolæ formula Danae utitur in eximio fragmento Simonidis apud Dionyſium Halicarnaſſeum, Edit. Upton. pag. 261.

——— Κελομαι ευδε βρεφος, &c.

Hujuſcemodi de Cantilenis adi Quintilian. I. 10. Vide et Caſaubon. ad Theophraſti Charact. pag. 201. edit. ut ſupr.

V. 9. — Ευναζοισθε, και ολβιοι αω ικοισθε.] Multi veterum dant ευναζοισθε. Vide Valckenarii Epiſt. prædict. pag. 61. Vaticanus ſecundus affert ηω ιδοιτε.

V. 16. Οικε. —] Vox Reiskio ſuſpecta: quæ certe parum contextui reſpondet. Ita tamen, aut ego fallor, omnes mei Codices.

V. 17. — Εξειλυσθεντες. —] Florentina εξεκυλιατον. Quo de vocabulo, vid. Callimach. Erneſt. I. pag. 153. Ad Del. 33.

V. 19. Ερχομενοις. —] Conjecit eruditiſſimus Pierſonus δερκομενοις. Scite quidem, et more ſuo. VEROSIMIL. I. pag. 49. Sed neſcio annon ſimplicior hodierna lectio. Præterea raro ponitur ea vox abſolute; vel legitur cum adverbio, vel hoc modo. Idyll. VI. 11. Εις αλα ΔΕΡΚΟΜΕΝΑ. Phanocles in Elegia, edit. Oxon. 8vo. pag. 26. v. 6. Θαλερον ΔΕΡΚΟΜΕΝΟΣ Καλαιν. Antipatri Theſſ. Epigram. apud Rhunken. Epiſt. Crit. I. 38. ΔΕΡΚΟΜΕΝΑ λοξαις κοραις. Epigram. ined. Meleagri MSS. Ceph. Lib. I. 58. Φανιον εις χαροπον ΔΕΡΚΟΜΕΝΑΝ πελαγος. Et ſimilia plurima paſſim. Quod proxime accedit, eſt hoc Incerti, Anth. IV. ix. 13.

——— Ουκ εθελησας
Θαμβος απαμβλυναι πενθει ΔΕΡΚΟΜΕΝΩΝ.

——— *Nolens*
Admirationem obtundere dolore SPECTATORUM.

Cæterum hic, ut ſtatim vides, ſubauditur et implicatur accuſativus Caſus. Habet Homerus πυρ οφθαλμοισι δεδορκως. Odyſſ. XIX. 446. Et Euripides καλον ομμασι δεδορκως. Cyclop. v. 509. Plura colligere ſupervacaneæ eſſet diligentiæ.

V. 22. — Φαος δ' ανα οικον ετυχθη.] Forte velis lumen ex oculis ſerpentum. Sublimior tamen longe, magiſque poeticus erit ſenſus, ſi intelligas lucem quandam miram et portentoſam, quæ, media quidem caligine, comitabatur hæc nocturna monſtra. Eam fuiſſe mentem poetæ, diſcas e ſequentibus; ubi Alcmena ſubito terrore expergefacta exclamat: "Nonne vides, ut, nocte etiam intempeſta, undiquaque *colluceant* hi parietes, cum jam procul eſt aurora?" Quæ certe non poſſunt explicari de ſolis oculis ſerpentum. Mox vero, belluis illis proſtratis, Rurſum *caligine* magnus thalamus

lamus est repletus." Quæ caligo proculdubio non fiebat, eo quod oculi serpentum mortuorum flammam, sive lucem, spargere desinebant: sed quod, cum jam serpentes enecarentur, in illo ipso temporis puncto, Lucis hujus admirandæ Spectaculo, sive VISIONI, quasi cuidam incantationi, statim finis imponebatur. Φοβερωτατα sunt ista, quæque facultatem imaginatricem vehementer percellunt. Qualia nempe non raro videmus in speciosis illis Tassi, vel Ariosti, miraculis.

V. 38. Ου νοεεις, &c.] Annon hæc ex Homero? Ubi Telemachus et Ulysses nocturno tempore lustrant armamentarium palatii regii. Odyss. XIX. 37. Infit autem Telamachus.

> Ω πατερ, η μεγα θαυμα τοδ' οφθαλμοισιν ορωμαι,
> Εμπης μοι τοιχοι μεγαρων, καλαι τε μεσοδμαι,
> Ειλατιναι τε δοκοι, και κιονες υψος εχοντες
> Φαινοντ' οφθαλμοις ωσει πυρος αιθομενοιο.

> *O pater, certe magnum miraculum hoc oculis video;*
> *Prorsus mihi parietes domorum, pulchræque sedes,*
> *Abiegnæque trabes, et columnæ altæ,*
> *Lucent oculis, tanquam igne ardentes.*

Conferatur Sophocles, Trachin. v. 880.

Ibid.—Νυκτος αωρι.—] Ita Idyll. XI. 40. Qua de formula omnia occupaverunt, otiumque mihi fecerunt, viri docti ad Mœrida Atticist. V. Αωρι. Edit. Pierson. pag. 32. Necnon ad Thomam Magistr. in V. Vol. I. p. 13. Dictum est hoc ex elegantia et puritate sermonis Attici.

V. 49. Στιβαρως. —] Vaticanus memoratus non male habet στιβαρᾶν.

V. 54. — Χειρεοσιν απριξ ἀπαλαισιν εχοντα.] Apposite Mœris Atticista. ΑΠΡΙΞ. το ταις χερσιν αμφοτεραις κατασχειν βια. Edit. Pierson. pag. 84. Ubi vide doctorum virorum commenta. Confer et rationes elegantissimi Ruhnkenii, ad Timæum. V. Απριξ. *Tenaciter.* Vide et ad Idyll. XV. 68.

V. 55. Συμπληγδην. —] Reiskius, ex auctoritate præcipue Brubachianæ, refert hanc vocem ad ιαχησαν. "Famulis *una* vociferantibus." Sed augetur certe imago pueri Herculis serpentes manibus constringentis, eandem si referas ad εχοντα. Pro quo relege, si placet, ἑλοντα.

V. 56. Ἑρπετα, &c.] Præclara imago Herculis infantuli, belluas illas mortuas patri blande porrigentis, et cum risu puerili projicientis ad ejus pedes. Quæ quidem et terrorem, et leniores illos affectus, una excitat.

V. 60. — Δειους. —] Calliergus δεινης. Sed non hic a Codicibus meis recedam.

V. 62. — Εμνασατο κοιτου.] Sic ναυτιλιας μιμνασκετο. Idyll. XIII. 27. Exempla plurima collegit Cl. Rittershusius ad Oppianum, Hal. I. 291. Quibus addam illud Coluthi de Venere, v. 155.

Στηθος

Στηθος απαν γυμνωσε, και ουκ' ΕΜΝΗΣΑΤΟ ΜΑΖΩΝ.

Omne pectus nudavit, neque curam habuit papillarum.

Quod omnino est ex idiomate Græco. Quare ibi de V. Εμνασατο, litem non amplius Eruditi moveant.

V. 63. — Ορθον αειδον.] Quibus et quam diversis vocibus *gallicinium* Græci significaverint, abunde disserit Petr. Horreus, Obs. ad Herodot. c. xx. p. 189.

V. 65. — Κρεος κατελεξε νεογμον.] Refingo a Vaticano secundo.

—— ΤΕΡΑΣ κατελεξε νεογμον.

V. 69. Ανθρωποις. —] Alii ανθρωπους. Nostram dant Codices. Sed perinde est.

V. 75. — Καταςρεψοντι. —] Protinus, e Vaticano secundo, repone, κατατριψοντι.

V. 76. Αλκμηναν ονομασι. —] Vide Euripidem, Hippolyt. 1428. Alcest. v. 445. Et Homer. Odyss. L. XXIV. 196. 199. Vide et quæ notavimus ad Idyll. XVIII. 29. Atqui veteres vel Heroinas vel Heroas non modo pro Cantilenis popularibus habebant Græci, quod omnium gentium commune, sed ipsa forsitan HEROICA POEMATA, prolixiora illa, et a bonis poetis composita et elaborata, recitare solebant, et inter convivia CANERE. Id quod non obscure deprehendisse visus sum mihi, in hisce versiculis Apollonii Rhodii; ubi loquitur poeta, ejus in fine, de suo ipsius opere. Argon. IV. 1773.

—— Αιδε δ' αοιδαι
Εις ετος εξ ετεος ΓΛΥΚΥΡΩΤΕΡΑΙ ΕΙΕΝ ΑΕΙΔΕΙΝ
Ανθρωποις. ——

—— *Hæc vero carmina*
Ex anno in annum sint usque JUCUNDIORA AD CANENDUM
Hominibus. ——

Sive. "*Quo frequentius* RECINETUR, et ad partes vocabitur, *hæc cantilena succedentibus annis*, inter convivia festis diebus celebranda, *eo majore cum voluptate semper ab auditoribus excipietur.*" Jam vero poemata propria cecinisse traditur Homerus, CANTORUM SUAVISSIMUS, ut forsan ipse de seipso testatur, Hymn. Apollin. v. 169. Porro huc pertinet locus Herodiani Grammatici, in Prosodia inedita, MSS. Barocc. Bibl. Bodl. 179. fol. 9. Ειρηται δε προσωδια, απο του προσαδειν και αρμοζειν τη υποκειμενη λεξει. Η απο του προς αυτας ΑΔΕΙΝ ΤΑ ΠΟΙΗΜΑΤΑ. Est ille tractatus epitome majoris operis. Vixit autem Herodianus ille circa tempus Antonini.

V. 81. — Πυρα Τραχινιος εξ.] Legendæ hic Sophoclis *Trachiniæ*. Vide et Athenæum, L. XII. 462. seq. Herculis rogum frequentissime πυραν vocant auctores Græci. Exempla plurima collegit Cl. Hemsterhusius ad Lucian. Timon. Wetst. I. pag. 112. §. 6.

V. 84.

V. 84. — Νεϐρον εν' ευνα.] Ita monſtra ab Hercule olim profliganda prædicit Tireſias. Iſta ſtylo prophetico, velo obducta allegorico, quaſi μυϛικως, enuntiantur. Anne hæc e ſacris literis? Vid. Iſ. II. 6. 25. 65.

V. 86. — Ευτυκον εϛω.] *Promptum, expeditum.* Magis proprie, *Bene compoſitum, ornatum.* Callimachus, Ἁ θεος ΕΥΤΥΚΟΣ ερπει. *Dea in promptu incedit.* Lav. Pall. 3. Ad quem locum Spanhemius bis hanc vocem Æſchylo reſtituit.

V. 92. — Ὑπερ ποταμοιο. —] Canterus, ad Lycophronem vult *trans fluvium*; ut, apud Euripidem, ὑπερ κεφαλας. Ad Caſſandr. v. 226.

V. 93. — Ὑπερ ϐερον. —] Hæc in unum bene compingit Brodæus, Miſcell. VII. 17. Vide Danielis Heinſii Not. in Sil. Ital. III. 181. Necnon Lampridium Alardum, ad Val. Flacc. III. 442.

Ibid. Ρωγαδας ες πετρας. —] Legit εκ Stephanus. Bene: nam hæc ipſa dictio occurrit apud Apollonium Rhod. IV. 1448.

Ρωγαδας εκ πετρας πιεν αϲπετον. ———

Ex rupe prærupta bibit affatim. ———

V. 95. — Ὡς νενομιϛαι.] Confer Cl. Valckenarium ad Phœniſſ. Euripid. v. 346. p. 124.

V. 97. — Καθυπερτερω. —] Mire hic luditur in vocibus καθυπερτερω et καθυπερτεροι. Quis vero fuerit Jupiter ille καθυπερτερος, in marmoribus nempe veteribus, EXUPERANTISSIMUS dictus, eximie diſſeruit, antiquitatis omnes interpres, Spanhemius, ad Callimachum, II. 42. Jov. v. 91.

V. 101. — Νεον φυτον ὡς εν αλωα.] Comparatio ſimplex et pulcherrima, a poetis primævis frequentata. Proxime tamen Noſter ad Homerum videtur accedere. Iliad. XVIII. 57. De Achille.

——— Ὁ δ' ανεδραμεν ερνεϊ ιϲος,
Τον μεν εγω θρεψαϲα, φυτον ὡς γϐνω αλωης.

——— *Hic autem crevit plantæ ſimilis,*
Hunc autem ego educatum, plantam velut in fertili terra.

Apud Odyſſeam, comparat Ulyſſes Nauſicaam recenti germini palmæ creſcentis juxta aram Apollinis in Delo. L. VI. 162. Dicitur etiam Telemachus, L. XIV. 175. fuiſſe,

——— Τον επει θρεψαν θεοι ερνεϊ ιϲον.

——— *Quem poſtquam dii nutriverant plantæ ſimilem.*

Confer Idyll. XVIII. 30. Quin et Euripides, Hecub. 20. Loquente Polydoro.

——— Ὡς τις πτορθος ηυξομεν. ———

——— *Quaſi ſurculus creſcebam.* ———

V. 103. Γραμματα, &c.] Hinc diſce, quæ fuerant artes quibus pueri ſolebant inſtitui, ſæculis illis heroicis. Qualia quidem tempora ſuperſtitioſa quadam veneratione contemplamur, cum veteri ſimplicitate inſignia, tum

tum rerum gestarum magnitudine, et vetustate ipsa sacra; ubi nondum luxus corpora effregerat, ipsumque una animum ad omnem mollitiem turpitudinemque deflexerat. Porro, qua ratione quaque cura, filios suos, disciplinis præsertim heroicis, imbuerent Veteres, abunde docet et luculenter E. Feithius, Antiq. Homer. Lib. II. §. 3. pag. 251. Argentorat. 1743. Vide etiam Bernardi Martini Var. Lect. II. 15. pag. 98. Edit. 1755. Aristot. de Rep. L. VIII. c. iii. pag. 450. Tom. II. edit. Paris. Et Philostratum, de Achille a Chirone instituto, Heroic. pag. 705. Ed. Par. Et Icon. II. pag. 782. Ad Homeri Hymnos, Merc. tradit Barnesius, Linum Herculi præceptorem fuisse in Musicis. Not. ad v. 51. Idem quoque docet Ælianus, Var. Hist. III. 32. Confer Jo. Tzetis Chil. I. xxxvi. v. 113. Wesselingium ad Diodor. Sicul. II. L. III. pag. 236. Eumolpus, inventor μουσικης αρχαιας, Thrax fuit. Strabo, Lib. X. p. 471. B. edit. Par. Porro apud Philostratum Juniorem, Apollo Hyacinthum puerum, quem deperierat, se docturum promittit, sagittandi, musicæ, lyræ, luctæ, peritiam. Icon. pag. 859. Ed. ut supr. Porro de veterum studio in musicis, plura adfert Athenæus, L. V. pag. 184.

Libet his opponere, quoniam opposita se invicem luculenter illustrant, educationem illam mollem et luxuriosam, qua scilicet, ætate sequiori sed satis antiqua, Cumæam juventutem flagitiossime corrumpebat Aristodemus. Dionys. Halicarnass. Antiq. Rom. Tom. I. L. vii. pag. 409. edit. Oxon. Sustulit nimirum ille gymnasia, quibus prius adolescentes utebantur. Jussit etiam pueros more virginum comam alere, eamque colore flavo inficere, cincinnos facere, et reticulis capillos religare; pictis atque talaribus togis indui, et in umbra degere. " Ηκολουθουν δε αυτοις εις τα διδασκαλεια των ορχηστων και αυλητων, και των παραπλησιων τουτοις μουσοκολακων, παραπορευομεναι Παιδαγωγοι Γυναικες σκιαδια και ῥιπιδας κομιζουσαι, και ελουον αυτους αυται, κτενας εις τα βαλανεια φερουσαι, και μυρων αλαβαστρους και κατοπτρα. *Pueros illos etiam comitabantur, ad ludum saltatorum et tibicinum et aliarum hujusmodi illecebrarum, puerorum Magistræ Mulieres, cum umbrellis et flabellis: et ipsæ lavabant eos, allatis ad balnea pectinibus, unguentorum vasculis, et speculis.*" Hisce nequitiis instituebantur mares, usque ad annum ætatis vigesimum.

V. 105. — Επισκοπον ειναι οἱστων.] Feliciter, ut videtur, rescribit Heinsius, επι σκοπον ἑιναι οιστον. c. XXV. Cujus generis emendationem vide apud Luciani Piscat. I. Wetst. pag. 591. §. 21. Age vero, siquid hic mutandum, verique quid habeant conjecturæ, magno doctus et munitus exemplo, rursum rescribere non verebor.

Τοξον δ' εντανυσαι, και ΕΠΙΠΛΟΚΟΝ ειναι οἱστων.

Homerus, Odyss. XXI. 397. De Ulysse sagittandi peritissimo.

Η τις θηητηρ και ΕΠΙΠΛΟΚΟΣ επλετο ΤΟΞΩΝ.

Certe aliquis perspicax et dolosus est arcuum.

Zzz Addam

Addam, nec Theocriti ſimplicitatem, nec Græcæ linguæ idioma, ferre επισκοπον hoc in loco. Quæ vox aliquod *regiminis*, *ſupervifionis*, fere ſemper in ſui ſignificatione ſecum fert. Heſychius. ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ. βασιλευς, επηκοος, φυλαξ, εποπτης, κατασκοπος. Ubi vide doctiſſimos adnotatores. Confer et Hom. Odyſſ. VIII. 163. Duriorem metaphoram fatebere. Quam ſaltem tollit vel Heinſii vel noſtra conjectura.

V. 106. Ευρυτος, εκ πατερων, &c. —] Eurytus inſignis erat jaculator. Ejuſdem, quippe qui fuerit Argonauta, mentio fit apud Apollonium Rhod. I. 88. Apud Homerum, negat Ulyſſes ſagittando certaſſe ſe olim voluiſſe cum Euryto, Odyſſ. VIII. 224. Vid. et L. XXI. 32. Necnon Luciani Piſcat. I. Wetſt. p. 576. §. 6. Legi poſſet et πατερος, ut in Calliergo, aliiſque veteribus. Confer huc Apollodorum, Biblioth. L. II. iv. §. 9.

V. 115. Θαρσαλεως τις εμεινεν. —] Lego,

ΘΑΡΣΑΛΕΟΣ τις εμανεν. ———

V. 127. Ὁπποκα, &c.] Pulcherrime circumſtantias illas, ſive digreſſiunculas, de magiſtris et præceptoribus pueri Herculis, poeta noſter intexuit; ipſorum vitas et hiſtoriam breviter attingens.

V. 135. — Εν κανεῳ μεγας αρτος.] Panis ille Doricus vilioris erat generis, operariis præberi ſolitus. Intellige panem craſſum, non delicatum. Olim conjeceram legendum, Εκ κανεῳ. Sed vulgata lectio eſt ex idiomate Græco. Adæus in Epigrammate, Anthol. Ceph. Edit. Oxon. pag. 40. Car. 507.

Ταν οἶν, ω Δαματερ επουγμιε, ταν δ' ακερωτον
Μοσχον, και τροχιαν ΕΝ ΚΑΝΕΩι φθοϊδα.

Ovim tibi, Ceres meſſis præſes, et nondum cornutam
Vitulam, et rotundam in caniſtro placentam.

Quod epigramma, ut id obiter notem, primus edidit integrum Jacobus Merrick, vir harum literarum ſcientiſſimus, ad Tryphiodorum, Indic. Vocab. pag. 107. Similiter Lucianus, Αρτους οκτω ναυτικους ΕΝ ΓΥΡΓΑΘΩι. *Octo Panes Nauticos in* Caniſtro. Meretr. Dial. pag. 989. D. edit. Bourdelot. Homerus etiam, Odyſſ. I. 247.

Σιτον δ' δμωαι παρενηνεον ΕΝ ΚΑΝΕΟΙΣΙ.

Panem in caniſtris *vero ancillæ expediebant.*

Idem, ibid. L. III. 442. Eadem plane formula.

——— Ἑτερη δ' εχεν ΟΥΛΑΣ
ΕΝ ΚΑΝΕΩι. ———

——— *Altera habebat* molas
In Caniſtro. ———

Confer Iliad. IX. 217. Et Odyſſ. XVI. 51. XVII. 335. 343. XVIII. 119. XX. 255.

V. 136.

V. 136. — Ασφαλεως δε φυτοσκαφον ανδρα κορεσαι.] Eleganter Alciphron et festive, de servo quodam Phryge edacissimo. Εσθιει μεν γαρ ΤΕΣΣΑΡΩΝ ΣΚΑΠΑΝΕΩΝ σιτια. *Comedit enim* quatuor fossorum *cibos*. Epist. L. III. 39. pag. 357. Bergler.

Porro edacem valde, nec minus bibacem, fuisse Herculem, testatur Athenæus; adeo ut in scenam induceretur, a poeta nescio quo, de voracitate cum Lepreo quodam certans. L. X. p. 411. Confer Aristophan. Vesp. 60. Ran. 62. Quinetiam ejusdem Av. 1689. Pac. 741. Frequenter quidem populo VORAX HERCULES a poetis scenicis, risus causa, proponi solebat. Vide supr. ad Idyll. IV. 34. Et Anthol. IV. viii. 40. Ubi aliquis jurat per Βυθοιναν Ἡρακλεα. Confer et Lucian. Wetst. II. Amor. pag. 401. §. 4. Quomodo autem Hercules, hospitio exceptus a Pholo Centauro, crudis carnibus, pro tostis, apud ejus antrum vesci maluerit, et commune Centaurorum dolium releverit; extat insignis locus apud Apollodorum, L. II. c. iv. §. 4. Cum quo confer Polyæn. Strat. Lib. I. c. iii. 1. pag. 16. Lugd. Bat. Unde nostro lux insuper accedit, Idyll. VII. 151. 152.

> Αρα γε τον τοιονδε Φολω κατα λαινον αντρον
> Κρητηρ' Ἡρακληι γερων εστασατο Χειρων;

Cum quibus unice tamen conferenda sunt illa Luciani, Conviv. III. Wetst. pag. 428. §. 14. Εχων αμα τον σκυφον εν τη δεξια, οιος ὁ ΠΑΡΑ ΤΩι ΦΟΛΩι ἩΡΑΚΛΗΣ ὙΠΟ ΤΩΝ ΓΡΑΦΕΩΝ ΔΕΙΚΝΥΤΑΙ. *Tenens dextra Scyphum qualis ille* APUD PHOLUM HERCULES A PICTORIBUS REPRÆSENTATUR. Qua de Herculis figura vide elegantissimi viri Leonardi Augustini, Gemm. Antiq. Part. I. pag. 5. edit. 1694. 4to. Qui scilicet eam minus scite vocat Italice, *Hercule Folense*. Porro vetustissimum fragrantissimumque fuisse vinum, quod Herculi deprompsit Pholus, auctor est Diodorus Siculus, Bibliothec. L. IV. Tom I. pag. 258. edit. Wesseling. 1743. Confer Macrob. V. §. 21. Tzetis Chil. xxxvi. v. 170.

V. ult. — Ασκητα. —] Vide Casaubonum ad Theophrasti Characteres, pag. 234. Vid. et ad Idyll. I. 33. Habet Homerus εν λεχει ασκητω. *In lectica elaborata, bene polita.* Odyss. L. XXIII. 189. Sic et paulo subinde, Ἑρμιν' ασκησας. *Fulcrum expoliens.* v. 198. Sed de veste sæpe dicitur ea vox, et cum singulari proprietate. Idem Homerus de Veneris chamyde, Iliad. XIV. 179.

> Αμφι δ' αρ αμβροσιον ἑανον εσαθ', ὁν οἱ Αθηνη
> Εξυσ' ΑΣΚΗΣΑΣΑ, τιθει δ' ενι δαιδαλα πολλα.
> *Circum autem divinam chlamydem induit, quam ei Minerva*
> *Expolivit* elaborans, *intexuit autem ingeniosa multa.*

Apollonius etiam de tunica splendidissima. I. 742.

> Εξειης δ' ΗΣΚΗΤΟ βαθυπλοκαμος Κυθερεια.
> *Deinceps ibi* elaborabatur *pulchre comata Venus.*

Reiskius

Reiskius affert judicium viri cujusdam ignoti, sed non indocti, qui negat huic Idyllio finem deesse. Initium vero ait ille desiderari, in quo omnia fuissent enarrata, quæ Hercules Tyrinthe gessisset, antequam Amphitruo Thebas concederet. Herculem autem jamdum hoc tempore appellari, qui tum dictus fuisset Alcides, vel Alcæus. Quæ mihi non prorsus improbabilia videntur. In editione Calliergi, aliisque ejus sequacibus, Græca quadam notula monetur; finem hujus Idyllii, et sequentis initium, desiderari. Quæ, quantum ego e chartis clarissimi Sanctamandi possum colligere, non extat in scriptis libris, sed ab ipso Calliergo profecta est. In Vaticano quidem secundo, cum versiculo octogesimo quinto definit hoc Idyllium: casu certe aliquo, vel incuria scribæ vel inscitia. Supplevit Græce finem hujus Idyllii J. Camerarius, in Theocrito Latine verso ab Eboano Hesso. Francof. apud Brubach. 1545. Signatura, M. 5. Est ea versio accessio editionis Camerarianæ.

IDYLLIUM XXV.

HUJUSCE carminis initium manifesto periit. Ad lacunam supplendam, versus plus quadraginta, una cum argumento Græco, qualitercunque confinxerat imperitus quidam grammaticaster et ignotus, quos adfert Scaliger, Emendat. pag. 229. Eos in Codicibus meis omnino desidero. Porro censet Cl. Valckenarius, idoneus arbiter, hujus Idyllii conditorem esse a Theocrito diversissimum; ipsiusque magnam partem ex Homericis dictionibus conflari. Var. Lect. Vers. Hom. Leovardiæ, 1747. pag. 58. Profecto luculentissimum mihi semper visum est poema, Theocriti simplicitate dignissimum. Saltem tamen ab aliquo bono veterique satis poeta profectum fuisse, vel hinc concesseris, quod nonnulli docti viri ejus auctorem Pisandrum crediderint, Eumolpo æqualem; qui nempe scripsit HERACLEIDA, sive Herculis labores, duobus libris. Hoc vero carmen, ut et illud superius, fragmentum fore majoris alicujus operis, infra disputatum videbis; ad v. 84. De Pisandro illo, vide Vossium de Poet. Græc. pag. 15. Edit. Amst. 1654. Et Epigram. XX. Denique nullus hujus Idyllii legitur titulus, in Codice nono Bibliothecæ Vaticanæ. Notandum est octo hexametros occurrere in Anthologia Planudis, hoc cum titulo, ΑΛΛΟ ΠΡΟΒΛΗΜΑ. In quibus quærit Alcides de multitudine boum Augiæ. Cui respondet Augias: locosque memorat ubi pascuntur, quotque numero. Anthol. L. I. c. xlvi. Car. 6. Vid. Pindar. Isthm. VI. 69. Vide sis et ad v. 9. infr.

V. 1. — Βοων επιβουκολος ανηρ.] Βοων redundare videtur. Simili tamen ratione, Homerus, Hymn. Ven. 55.

—— Εν ακροπολοις ορεσιν πολυπιδακος Ιδης,
Βουκολεεσκεν ΒΟΥΣ. —— ——

Ita etiam Iliad. XXI. 488. Cæterum ipsam formulam, totidem etiam verbis, manifeste suppeditabat Homerus, Odyss. III. 422.

—— Ελασῃ δε βοων ΕΠΙΒΟΥΚΟΛΟΣ ΑΝΗΡ.

Sic et XX. 235. XXI. 199. XXII. 285. &c. Ita et dicitur Melanthius, αιπολος αιγων, Odyss. XVII. 396. Sic et rursum, XX. 173. XXI. 175. XXII. 135. 142. &c. Sic et Apollonius Rhod. III. 1342. βουπελαται τε βοων. Ubi Schol. οἱ βουκολοι. Pari forma habemus apud eundem, Βουπολιαι τε βοων. I. 627.

V. 2. — Χερσιν. —] Ubi nonus Vaticanus habet φρεσιν. In proximo etiam dat ὡς pro ὁσσ'. Magis tamen est notandum, quomodo principium carminis hujus ibi exaretur. Ut et in altero Benedictinorum.

Τονδ' ὁ γερων προσεειπε ΦΥΤΩΝ ΕΠΙΟΥΡΟΣ ΑΡΟΥΡΕΥΣ.

Quæ si lectio vera est, explicanda tantum est ab iis quæ præcesserant, et nunc interciderunt.

V. 7. — Ευτειχες Αυγειαο.] Nonus Vaticanus, cum Benedictino prædicto, εὐφρονος. Sed malo receptam.

V. 9. Αλλ' αἱ μεν ῥα ναοντος. —] Simili prorsus ratione, Bubulcus apud Odysseam, greges, armenta, stabula, pascua, regis Ulyssis, ipso quidem præsente, dinumerat et enarrat. L. XIV. 100.

Δωδεκ' εν Ηπειρῳ αγελαι, &c. &c.

Male vetustiores hic αλλαι habent. Reiskius omnino rejicit illud ῥα ναοντος, et reponit ῥαγδωντος, epithetum fluvii. Certe ναοντος otiosum est. Sed Vaticanus nonus attulit veram carminis hujusce lectionem.

Αλλ' αἱ μεν ῥα ΝΕΜΟΝΤΑΙ επ' οχθαις αμφ' Ελισουντος.

Sed hi pascuntur *ad ripas Elisuntis.*

Sic et Benedictinus alter. Quod unice convenit. Nisi forte ΠΑΡ' οχθαις, pro επ', huc inferas. Intellige hic locos et fluvios Elidis, regionis fertilissimæ, cui scilicet Augias, Phylei pater, imperitabat. De quibus consulendus Strabo, Stephanusque Byzantinus. Confer et Hom. Iliad. II. 422. Vid. et ad v. 11. infr. Jam vero ad v. 15. pro Μηνιυ αν μεγα τιφος, legit Πηνειου, Cl. Palmerius in notis MSS. ad exemplar Theocriti, olim honoratissimi Comitis Oxoniæ, nunc Bibliothecæ Bodleianæ. Confer tamen eundem ad Diodor. Sicul. L. IV. Tom. I. p. 259. Edit. Wesseling. Ipsumque etiam Cl. Wesselingium. Peneus perfluebat urbem Elidem, ut tradit Strabo, Lib. VIII. 337. A. Paris. Edit. Vid. et ibid. 353. Veruntamen urbs Elis, ut idem testatur ibid. pag. 336. D. non condita erat Homeri ætate, ante quam hæc omnia evenerunt. Versu nimirum 153. infr. Phyleus et Hercules dicuntur URBEM ingredi, Τω δ' εις ΑΣΤΥ, &c. Sic et v. 56. Quod videtur indicare auctorem hujus poematis esse juniorem longe Pisandro Camirensi. Vel saltem mentio urbis hujus, est anachronismus. Nisi quod Pylum urbem intellexerit poeta: sed Augias eam partem Elidis tenebat quæ fuit Epeorum, juxta Strabon. L. XI. pag. 456. A. Αυγεας ὁ της Ηλειας και των ΕΠΕΙΩΝ αρχων. *Augeas Eleæ ditionis et* EPEORUM *princeps*

princeps. Ita infr. v. 166. Phyleus narrat aliquem dixisse εν πλονεσσιν ΕΠΕΙΩΝ, i. e. inter populares suos et subditos. Vid. et VIII. p. 355. B. Strab. Commode Homerus, Odyss. XIII. 275.

Η εις Ηλιδα διαν οπε κρατεεσιν ΕΠΕΙΟΙ.

Aut magnam Elida ubi fortes dominantur Epei.

Apud nostrum, v. 43. dicitur Augias αρχος Επειων, rex Epeorum. Interea non dissimulo, dicere Diodorum Siculum, Herculem expugnasse URBEM Elida. Ut supr. pag. 278. Την ΠΟΛΙΝ ἑλων κατα κρατος, &c. Quin et in textu nostro, illud ασυ possit significare regiam villam, sedem vel aulam regis.

V. 11. — Βεπρασιοιο. —] Tradit Strabo, Buprasium fuisse Eleæ regionis locum cum ejusdem nominis vico non incelebri, qui suo tempore nomen tantum retinuit. VIII. pag. 340. C. Confer Holstenium in Stephanum Byzant. V. Βεπρασιος. Et Homer. Iliad. XXIII. 630. Sed geographiam poetæ nostri non est animus expedire. Quod lubens equidem peritioribus harum rerum relinquo.

V. 12. Ἑκαςυις.] Lege ἑκαςεις, e dicto Vaticano Codice.

V. 15. — Επι μελιηδεα ποιην

Λειμωνες φορεουσι, &c. —] Eleganter et verissime rescribo, ex Vaticano nono.

——— Επι ΠΟΛΥΕΙΔΕΑ ποιην

Λειμωνες ΘΑΛΕΘΟΥΣΙΝ ὑπο ΔΡΟΣΩι, ειαμεναι τε.

——— *Ubi* multiformem *herbam*

Prata progenerant sub rore, *et loca irrigua.*

Consentit et Benedictinus. Revocant hæc mihi in mentem versiculum Nonni suavissimum, Dionys. Lib. III. 15.

Ειαρινais εγελασσε λελεμενον ανθος εερσαις.

Vernis ridebat ablutus flos roribus.

Cujusmodi liquidis et bene tornatis carminibus unice delectabatur ætas illa.

V. 18. — Επιδεξια. —] Duobus vocabulis nonus Vaticanus, cum veteribus.

V. 21. — Νομιοιο.] Nomen Apollinis apud Callimach. APOLL. 47. In sequenti, teste Stephano, nonnulli legebant αλσεs, pro αγνον. Amœnissimum prospectum depinxit hic poeta, Venerum ruralium, vel Theocritus, vel siquis alius, peritissimus artifex.

Ibid. — Αγριελαιος. —] Idem quod Κοτινος, Idyll. XXVII. 10. Videant hic commode rei Botanicæ studiosi Trillerum ad Thomam Magistr. Vol. II. pag. 551. Edit. Bernard. Adi notam sequentem.

Ibid.

Ibid. — Χλωρη τ' αγριελαιος. —] Strabo, L. VIII. pag. 353. Parif. edit. C. memorat, in agro Pifæo, Jovis templum, vix trecentis ftadiis ab Elide fitum. Προσκειται δ' αλσος ΑΓΡΙΕΛΑΙΩΝ. *Ante quod* Oleaftris *lucus eft confitus*. Quanquam Pifæus ager non rite fub Augiæ ditionem cadebat, qui folum Eleam poffidebat, ut idem teftatur, ibid. pag. 355. B. Fiebant ex oleaftro coronæ victorum in certaminibus Eleis vel Olympicis, hic nempe celebratis. Vid. Anthol. Idyll. IV. 7.

V. 30. Πυροφοροι τε γυαι. —] Apollonius Rhodius, I. 796.

Πυροφορυς αροωσι γυας. ——

Jugera arant frumentifera. ——

Omnia fere huc pertinentia vel occupavit, vel indicavit, univerfa Græcæ linguæ peritia præditus, Valckenarius ad Phœniff. Euripid. v. 648. feq. pag. 248.

V. 31. — Προς εσχατιας. —] Codex Vat. memoratus δ' επ'.

V. 34. — Το τοι. —] Ubi nonus Vaticanus habet μοι, non malo fenfu.

V. 46. Δημυ κηδομενος, &c.] Ita in Codice dicto.

Δημυ κεχνομενος δια δε κρινουσι θεμιςας.

Quæ fi lectio concedatur, faltem δια δε κρινουσι in parenthefi includas.

V. 50. — Επιδευεα.] Ita Calliergus, unde γ' επι δηνεα Reiskius efficit. *Alium hominem aliis artibus delegavit Deus.* Confer Apollonium Rhod. III. 65. Αγεραςον εθηκεν. Frequentiffima formula.

V. 51. — Αγρωτης.] Codex memoratus αροτρευς, ut v. 1.

V. 63. — Χειροπληθη τε κορυνην. —] " Vox κορυνη penultimam nunc brevem nunc longam habet. Nicand. Alex. 409.

Δεινην βρωμηεντος εναλδησασα ΚΟΡΥΝΗΝ."

E Cl. Toupii Lit. ad me datis.

Ibid. Δερμα θηρος ὁρων. —] Sc. Leonis. Vid. ad XXIII. 10. Pindarus, Ifthm. VI. 69. Ubi Hercules de feipfo.

Ὥσπερ τοδε ΔΕΡΜΑ με νυν περιπλανατᾳ
ΘΗΡΟΣ. ——

Quemadmodum hoc exuvium *me nunc circumdat*
Leonis. ——

V. 64. — Μεμαεν δε μιν εξερεεσθαι.] Mirandum videatur, Επιβυκολον hunc noftrum nondum quæfiviffe nomen Herculis, vel potius ipfum Herculem non fponte fua, cum primum nempe ftabula accederet, aperuiffe. Qua de re hæc accipe. " Indecorum putabant antiqui hofpitem aliquem ignotum de nomine fuo interrogare. Apud Phæacas Homericos, hofpitio et convivio excipitur Ulyffes, nulli Phæacum cognito ejus nomine, quod nec aliquis adhuc audebat exquirere. Hoc erat antiquitus inter

Hofpitii

Hoſpitii jura et conſuetudines. Cum tamen apud omnes antiquorum hominum gentes res maxime ſacra fuit, apud Boreales nationes utplurimum vigebat, Hoſpitalitas. Inquit Tacitus De Germanis: "Quemcunque mor-"talium arcere tecto nefas habetur: pro fortuna quiſque apparatis epulis "excipit. Notum ignotumque, quantum ad jus hoſpitii, nemo diſcernit. "Abeunti, ſiquid popoſceris, concedere moris; et poſcendi invicem eadem "facilitas." De Morib. German. cap. xxi. Scoti veteres, ut dicitur, iique præſertim qui Montani nuncupantur, per totam noctem fores apertas habebant, nequis illis etiam dormientibus excluderetur hoſpes. Quinimo, nunquam de qua gente eſſet hoſpes interrogare ſolebant; nedum ut quærerent, quid ejus nomen, quo iturus eſſet, quidve ageret, antequam per unius anni ſpatium apud ſe diverſatus eſſet. Contra bonos mores et hoſpitii leges peccabat, qui talia importune percontabatur ante præſtitutum tempus. Porro, quod Macbethes, apud Shakeſperium noſtrum, interficeret Duncanum, ideo flagitioſum magis, quod hoſpes ejus eſſet Duncanus. Magna ex parte, pendet ejus facinoris atrocitas e violato Hoſpitalitatis jure populari: quod ſaltem ut integrum rite ſervaret, maximo tenebatur obſtrictus religionis vinculo regulus ille Scotus. Id quod hactenus a commentatoribus haud animadverſum video." Hæc mecum communicavit Frater meus, Josephus Warton, in Collegio Wintonienſi Protodidaſcalus: cujus ingenio atque eruditioni plura atque optima certe debuiſſent hæ notulæ, ſi per graves ejus et multiplices occupationes in erudienda juventute Wiccamica licuiſſet.

V. 68. Τȣς δε κυνες, &c.] Omnia hæc de canibus, ex Odyſſea manifeſto deſumpta ſunt. L. XIV. 29.

> Εξαπινης Οδυσηα ιδον κυνες ὑλακομωροι,
> Ὁι μεν κεκληγοντες επεδραμον. ———
> *   *   *   *   *   *   *   *
> Τους μεν ὁμοκλησας σευεν κυνας αλλυδις αλλῃ
> Πυκνῃσι λιθαδεσσιν. —————
>
> *Repente autem Ulyſſem viderunt canes latratores,*
> *Qui quidem clamantes accurrerunt.* ———
> *   *   *   *   *   *   *   *
> *Hos quidem acclamans* [bubulcus] *canes pepulit alio alium*
> *Crebris lapidationibus.* —————

Omnia veriſſime deſcribunt, ideoque ſuaviſſime, Græci poetæ. Ita et canes adblandiuntur Telemacho, XVI. 4. Olet hoc carmen, ut verum fatear, Odyſſeam.

V. 84. — Ἱζον. —] Valckenario placet ἱζον ιοντες, Ex Iliad. X. 470. Var. Lect. Verſ. Hom. pag. 59. Reiskio ηξαν ab αγω, aut ῄξαν ab αϊσσω, aut ἱξαν, ab ἱκω. Codex memoratus habet ἱζον.

V. 85. Ηελιος, &c.] Opportunum, vespertinum nempe, tempus optime selegit poeta, quo posset una congregatas ostendere copias Augiæ. Et pulcherrima profecto exhibetur hic imago oviumque boumque, immensa multitudine, a pascuis ad stabula revertentium. Hæ regum fuere olim divitiæ. Hujuscemodi descriptionem vide sis apud Oppianum, Cyneg. I. 139.

Post hunc versum, in editione Calliergi, necnon in aliis pluribus ante Stephanum, legitur iste titulus, ΕΠΙΠΩΛΗΣΙΣ, Sc. *Circuitio.* Notans, hic eam partem poematis incipere, qua caulas suas et stabula, rei familiaris inspiciendæ cognoscendæque gratia, comitante filio et Hercule, circumgreditur rex Augias. "Ejusmodi, inquit Cl. Reiskius, Tituli PARTICULARUM singularium, a majoribus operibus veluti separatarum, probe teneri debent; quia grammatici poetas secundum ejusmodi Particulas citare solent. Quis nescit Homerum ita distributum esse, et ita citari solere? Viz. Εν τω ΚΑΤΑΛΟΓΩι, εν τη ΝΕΚΥΙΑι, εν ταις ΛΙΤΑΙΣ, εν τη ΨΥΧΟΣΤΑΣΙΑι, &c? Ita quoque hujus Idyllii pars prima Αυγειυ ΚΛΗΡΟΣ citabatur, media ἡ ΕΠΙΠΩΛΗΣΙΣ, tertia denique seu postrema Ἡρακλης ΛΕΟΝΤΟΦΟΝΟΣ." Unde colligit vir eruditus et solers, tam hoc carmen, quam superius, fragmentum magni operis esse quod Pisander ille prædictus de rebus ab Hercule gestis condidit.

Ibid. — Επηλυθε πιονα μηλα
Εκ βοτανας, &c. —] Hoc ex Homero forsan habuit, qui ex hac circumstantia, ita suavissime, iisdem verbis vespertinum tempus designat. Odyss. XVIII. 170.

> Αλλ' οτι δη δειπνηςος ην, και ΕΠΗΛΥΘΕ ΜΗΛΑ
> Παντοθεν εξ αγρων. ——————
>
> *Sed quando jam cœnandi tempus, et* venerunt oves
> *Undique ex agris.* ——————

V. 92. — Γινεται οντων.] Egregie reficiendus est versiculus e nono Vaticano.

> —————— Γινετ' ΙΟΝΤΩΝ.

Intellige "Nubes *euntes, iter facientes.*" Quod longe magis poeticum. Nequid dicam de cursu carminis. Ex eodem Codice, lege, in sequenti, προτεροισι.

V. 100. — Απειρησιων. —] Ita Codices. Calliergus αρυσιπερ. Affertur in editione Brubachii, ανηριθμων, viz. 1558. Quod non est in editione 1545.

V. 101. Ἑιςηκει. —] Vult esse a Syracusana voce ἑςηκω, et proinde usum hic a Syracusano vate, Spanhemius, ad Callim. II. 57. ad Apollin. 15. Concedo quidem: sed quis fuit auctor hujus poematis?

V. 105. Πινεμθαι λιαροιο· πεπλωυτο δε παγχυ γαλακτος.] Ita melius interpungas et constituas hunc versiculum.

Πινεμθαι

Πινεμθμαι λιαροιο (πεπλυντο δε παγχυ) γαλακτος.

Ut biberent de dulci (eo enim repleti erant) lacte.

V. 106. — Τρεφε πιονα τυρον.] W. Xylander, in Scholiis ſuis Græcis, reponit γαῤῥον. Intelligens ηδυσμα γαλακτος πηγνυμενον. Quid autem velit haud capio. Τυρον certe eſt vera lectio. Τρεφε eſt prorſus abjudicanda, cujus in locum ϛρεφε refer, ex Vaticano nono. Annon aliquam machinam *verſabant*, ad conficiendum deinde caſeum ? Sed hoc non placet.

V. 126. — Συναμ'. —] Germaniſſima ſunt συν et ἁμα. Antipater Sidon. Anthol. III. xii. 7.

Την και ῾ΑΜΑ χρυσῳ και αλυργιδι, και ΣΥΝ ερωτι
Θρυπτομενην. ———————

Illam et cum-auro *et* cum-veſte *purpurea, et* cum-amore
Deliciantem. ———————

Ubi, ut id obiter notem, vides elegantem uſum præpoſitionum, qui frequens eſt apud Theocritum. Quod ſupra pluribus attigi. Cujus eſt et exemplum non prætereundum, in politiſſimo carmine Meleagri, Anthol. VII. 103.

Ηδυμελεις Μυσαι ΣΥΝ πηκτιδι, και λογος εμφρων
ΣΥΝ πειθοι, &c.

Suaviter canentes muſæ, cum-tibia, *et ſermo ſapiens*
Cum-ſuadela, &c.

V. 127. — Μεν αλλοι.] Reiskius vult τε μεταλλοι. Codex vero memoratus habet γε μεν.

V. 135. — Βοων ἑνεκ' αγροτεραων.] Inſigne exemplum poetas ſolere genere fæminino animalium nomina ponere, licet et de maſculis intelligant. Vide Miſc. Obſ. I. 115.

V. 136. — ῾Ορμην.] Bene Codex Vaticanus dictus affert οσμην. Quod editur in Florentina. Conſtructione ſatis facili.

V. 140. — Φαεθων μεγας, &c. —] Confer Apollonium Rhod. III. 245.

——— Επωνυμιην Φαεθοντα
Εκλεον, ὑνεκα πασι μετεπρεπεν ηιθεοισι.

——— *Phaethonta cognomine*
Dixerunt, quod univerſæ præluceret juventuti.

Erat et equi nomen. Vid. Lexicon Apollonii, MSS. apud Bibliothec. Coiſlin. pag. 464.

V. 155. Λαοφορυ δ' επεβησαν ὁθι. —] Ita relego.

Λαοφορυ δ' ΑΠΕΒΗΣΑΝ ῾ΟΤΕ. ———

Eſt tamen ὁθι in ſæpe dicto Codice.

V. 157.

V. 157. Η ρα δι' αμπελεωνος απο ςαθμου τελανυςο.] Hic et, ut in ſtabulis præſepibuſque pecorum et armentorum, verſamur obiter in vinea. Quemadmodum fit in Odyſſea, toties hic adducta. Cujus quidem poematis in pulcherrimis vitæ ruſticæ ſimpliciſſimæque ſcenis exprimendis, eximia venuſtas eſt.

V. 162. — Αχουσας.] Lege Ακουσα.

V. 163. Ὡς ει περ. —] Corrige, quod terſum magis, ac nitidum,

Ὡς ΠΕΡ ΕΓΩ. ———

Ubi dictus Codex Ὡς ειπερ.

V. 164. — Ὡς νεος ακμην.] Non prætereunda lectio Codicis toties allati, ὡς μεσος ακμης.

V. 168. Θηελον, αινολοεντα. —] Idem fere ſonat verſiculus Callimachi, Hymn. Del. 92.

Θηριον, αινογενειον. ———

Monſtrum horrida barba inſigne. ———

V. 170. — Αργεος εξ ἱεροιο. —] Ob Junonis Argivæ cultum. Vide Spanhem. de Uſ. et Præſt. Numiſm. Tom. I. Diſſ. ix. pag. 661. edit. Londin.

V. 185. — ὁλοφωιον ερνος.] Lennepius, ad Coluthum, reponendum maluit εθνος. pag. 101. Non prorſus improbat ερνος Dorvillius, ad Charitonem, pag. 351. Concedit tamen εθνος ſæpe uſurpari de beſtiarum generibus. Elegans eſt ſane et probabilis Lennepii politiſſimi conjectura. Cæterum, more non prorſus abſimili, locutus eſt Virgilius, Georg. II. 151.

——— *Sæva leonum*
SEMINA. ———

Vide Caſaubon. ad Theophraſti Characteres, XXI. 153. Confer et Homeri Ορνιθων εθνεα πολλα. Iliad. II. 459. Μυιαων εθνεα. Ibid. 469. &c.

V. 186. Τῳ. —] *Propterea, Quare.* Quod firmat exemplis Cl. Valckenarius, ad Euripid. Phœniſſ. v. 157. pag. 53.

V. 188. Γλωσσης μαψιδιοιο, &c.] Oppianus, Hal. V. 541.

——— Η γαρ αν αγρης
ΜΑΨΙΔΙΗΣ ἁλιον και ετωσιον εργον αροιντο.

——— *Profecto enim capturæ*
Fruſtraneæ *vanum et inanem laborem ſuſciperent.*

Ubi male docti viri μαψιδιως tentarunt.

V. 222. Αλλα κατα ςαθμους χλωρον δεος, &c.] Præclara deſcriptio formidinis et ſolitudinis. Appoſite Archias, de hoc Leone tandem interfecto. Anthol. IV. viii. 8. Ruſticos adloquitur.

Ποιμνας εξελασασθε. Παλιν μυκηθμον ακουοι
Ηχω, ερημαιης εννεατειρα ναπης.

Stabula

Stabula rurſus emittite. Rurſus mugitum audiat
Echo, deſertæ inhabitatrix convallis.

Præterea pulcherrrimam ſolitudinis imaginem, ſive picturam deſertæ regionis, exhibuit Apollonius Rhodius, in hiſce verſiculis; quos, quia ſuaviſſimi ſunt, et poetam noſtrum quadantenus exprimunt, hic adſcribere viſum eſt. IV. 1247.

——— Ουδε τιν' αρδμον,
Ου πατον, εκ' απανευθε καταυγασσαντο βοτηρων
Αυλιον, ευκηλω δε κατειχετο παντα γαληνη.

——— *Neque rivulum aquæ,*
Neque ſemitam, neque procul cernebant paſtorum
Caſam, ſed omnia quietiſſimo tenebantur ſilentio.

Conferas et eundem, ibid. v. 1341.

V. 225. — Χαλεπον τε προσωπον.] Rectiſſime reſcribe ex Vaticano nono.

——— ΧΑΡΟΠΟΝ ΤΕ προσωπον.

Vox nimis generalis χαλεπον. Supra, v. 142. Χαροποιο λεοντος. Et Χαροποι λεοντες. Odyſſ. L. XI. 610. Et Anthol. IV. viii. 41. Δερμα τετου ΧΑΡΟΠΟΥ λεοντος. De hac ipſa fera.

Ibid. — Χαιτας — αυχμηρας.] Lucianus, Somn. Wetſt. I. pag. 8. §. 6. Και αυχμηρα την κομην. *Et comam ſquallida.* Confer quæ diximus ad XIV. 4.

Ibid. — Πεπαλακτο. —] Hanc vocem reſtituere conatur Homero Cl. Valckenarius, ex hoc loco inductus, Sc. Iliad. XXII. 402. Var. Lect. Verſ. Hom. pag. 58.

V. 228. Εν ριω υληεντι. —] In cacumine ſylvoſo. Valckenarius contendit poetam ſcripſiſſe εν δριω. Ubi ſupr. Age vero, ſiquid hic mutandum, provocamus ad Codices, ubi hic legitur, in nono nempe Vaticano, aliiſque.

Εν ΤΡΙΒΩι υληεντι. ———

In ſemita *frondoſa.* ———

V. 234. — Λαμυρως δε χανων υπεδειξεν οδοντας.] Egregie quidem reſtituimus hunc locum ex nono Vaticano, qui toties in hoc Idyllio nobis facem præluxit.

——— ΛΑΜΥΡΑ δε χανων υπ' οδοντας εφηνε.

——— *Terribiliter* hians *oſtendit dentes.*

Confer Hom. Iliad. XX. 168. Vide et Idyll. VI. 38. Annon hic inſignis eſt uſus V. λαμυρος? Senſu longe alio communiter adhiberi ſolet. Meleager, Anth. VII. 108. De Cupidine.

——— ΛΑΜΥΡΟΙΣ ομμασι πυκνα γελα.

——— Lepidis *oculis crebro ridet.*

Verterem potius, *protervis.* Quod eſt magis e contextu. Ubi referas ομματι μειδιωντι σεσαρως. Idyll. VII. 20. Quin et aliquis in Cephalea, L. III. Erotic. Carm. 335.

Ἡ ΛΑΜΥΡΗ μ' εἰρωσε Φιλαινιον. ———

Laſciva *me vulneravit Philenium.* ———

Hæc illuſtrare poterint rationes Arnaldi, Gr. Lect. I. xiii. p. 89. Quin et egregie Cl. Hemſterhuſius ad Thomam Magiſtr. Vol. II. p. 568.

V. 242. — Μακρην δε, &c.] Homerus, Iliad. XX. 170.

Ουρη δη πλευρας τε και ισχια αμφοτερωθεν
Μαστιεται, ες δ' αυτον εποτρυνει μαχεσασθαι.

Cauda vero lateraque et lumbos utrinque
Verberat, ſeque ipſum excitat ad pugnam.

Ita vero ſeſe ad pugnam excitare ſolere leonem, referunt hiſtoriæ naturalis auctores. Quin et ſubitus aſſultus leonis in Herculem, dorſique inflexio, quam porro comparatione aptiſſima illuſtrat poeta, ex ipſa natura depinguntur.

V. 251. — Πηδησεν υφ' ορμη.] Eſt απ' ορμη in editione Camerariana, 1545. Dein αφορμη in illa, 1558. Stephanus ut hodie eſt. Vera lectio reperienda eſt in Vaticano nono.

——— Πηδησε ΣΥΝ ορμη.

V. 252.—Αθροον αλτο.] *Derepente* inſiluit leo. Vide quæ de V. αθροος annotata dedimus, ad Idyll. XIII. 50. et XV. 72. Confer et Apollon. IV. 24. 34. Apud quem et habemus τȣ δ' ΑΘΡΟΟΣ εκχυτο θυμος. SEMEL *evomuit animam.* Hoelſlino interprete, Lib. II. 97. Necnon, ΑΘΡΟΟΙ εις υδωρ δυπτοντες κεφαλας. Proni *capita mergebant.* Ib. I. 1007. Lucianus, Amor. Wetſt. II. p. 412. §. 14. ΑΘΡΟΩΣ πολυ τȣ Χαρικλεȣς εμμανεστερον ανεβοησεν. REPENTE *furioſius etiam quam Charicles exclamavit.* Hoc plane ſenſu. Notandum eſt tamen ἄθροος et ἀθρόος eſſe diverſas voculas. Confer Pind. Pyth. II. 66.

V. 263. Νωσαμβρος.—] Hoc verbum occurrit inter Callimachi Fragmenta. Edit. Erneſt. Tom. I. pag. 553. Adeo ut cadat ſtatim ratiocinatio viri doctiſſimi, criticique ſagaciſſimi, Daweſii, hoc Idyllium Callimacho tribuentis. Miſcell. Crit. pag. 101. Confer doctiſſimum Weſſelingium, ad Herodot. L. IX. p. 717. 47.

V. 265. — Πολυῤῥαπτον τε φαρετρην.] Ego repono,

——— ΠΟΛΥ-

—— ΠΟΛΥΓΡΑΠΤΟΝ τε φαρετρην.

Intellige pharetram *verſicolorem*, pulcherrimis coloribus depictam. Hoc artificio pollebant Orientis populi, et pharetras ita ornatas geſtare decorum putabant. Hodiernam lectionem ſi mavis, erit pharetra *noviter ſuta, confecta.*

V. 269. Ουραιους επιβας. —] Sc. ποδας. "*The Extremities of his feet.*" Dixit Lucianus Τα ουραια της υλης. Quod reddunt interpretes, *verſus caudam ſitas ſylvæ paries*, ſc. *extremas*. Var. Hiſt. Tom. II. Wetſt. pag. 99. §. 35.

V. 271. Απνευστον ψυχην δε πελωριον ελλαβεν αδης.] Nonnulli αμαυδιστην. Ita Codex multoties citatus.

——— ΠΕΛΩΡΙΟΣ ΕΛΑΧΕΝ αδης.

Πελωριος eſt in Florentina.

V. 279. — Οφρα μοι ειη.] Ita hæc corrige, e nono Vaticano.

Ερκος Ενυαλιου ταμεσιχροος ΙΩΧΜΟΙΟ.

Ερκος apponitur cum δερμα, v. 227. Munimentum *pugnæ*, eſt munimentum *in pugna*. *Munimentum* PUGNÆ *Martis cutem vulnerantis*. Quæ lectio ſapit antiquam ſimplicitatem. Altera frigida eſt et commentitia. Vide ſis Heſychium, V. Ιωχμος.

V. ult. — Πηματα. —] Codex unde tam multa hoc in poemate luculenter emendavimus, quique cum eo deſinit, hic κηδεα profert. Quam lectionem malo; non quod editam receptamque improbem, ſed quod auctoritati librorum manuſcriptorum primas deferendas, ubi duæ lectiones pariter valent, exiſtimem. Conſentit in multis Benedictinus recentior cum nono Vaticano, in hoc carmine.

Atqui videtur cum Principio Finis etiam carminis hujus, injuria temporis, intercidiſſe. Sane ſi conceſſeris Herculem penitus abſolviſſe narrationem omnem de cæde Leonis Nemæi, ſaltem credideris aliquod repoſuiſſe Phylea. Forte et credas, alia etiam nonnulla, de Geſtis ſuis, Herculem interrogatum deinceps expoſuiſſe. Jam vero plura alia connectuntur cum rebus præſentibus, eaque ſequuntur, quæ poetam noſtrum, quiſquis ille fuerit, veroſimile eſt attigiſſe. Poſtea enim Elidem expugnabat Hercules, ipſum Augiam interficiebat, revocatoque in patriam Phyleo regnum tradebat. Ut diſcimus e Diodoro Siculo, Lib. IV. pag. 279. ſeq. Tom. I. edit. Weſſeling. Nequid dicam de Augiæ ſtabulo ab eodem purgato. Vid. Tzetis Chil. xxxvi. v. 178. Certe non hic poeta ſubſiſtebat, ut Herculem apud Augiam diverſantem, quaſi mediis in rebus, tam cito et abrupte relinqueret.

Atque

Atque hic, cum totum carmen jam tandem percurrimus et enarravimus, dicam in fine quod ſentio de ejus auctore. Certe Theocrito non eſt indignum. Durior eſt tamen et abruptior Theocriti ſtylus. Cæterum inſunt in hoc Idyllio, verſiculorum facilior curſus, periodi rotundiores et expeditiores, dictio liberior et uberior. Ejus denique ſtylus a ſcriptore profectus videtur, cui familiare fuit heroica facta decantare. Importuni grammatici, cum viderent hic ex parte agi de paſtoribus et curatione pecorum, vel conſulto, vel ex inſcitia, protinus hoc carmen commode referebant ad ſyllogen ſuam Poematum Bucolicorum, ſive Theocriteorum. Quod ſi Theocrito prorſus abjudicaveris, haud equidem repugnabo quo minus ſcriptum fuerit a Piſandro Camirenſi, poeta antiquiſſimo.

IDYLLIUM XXVI.

HOC argumentum tractat Euripides in Bacchis. Confer Cl. Valckenar. Diatrib. ad Euripid. Hipp. cap. ii. p. 16. Apud Ovidium quoque fabula Penthei narratur, Metam. III. 701. Eandem pluribus etiam persequitur Oppianus, Cyneget. IV. 289. Addam Nonni Dionysiac. Lib. XLV. XLVI. Porro tritum fuit nomen apud Tragicos, præsertim recentiores, Agave. Vide Philostratum, Icon. I. ΠΕΝΘΕΥΣ. pag. 758. Par. ed. Citat Thespidis Penthea Julius Pollux, VII. 13. Non quod ullam fabulam Thespis ipse reliquerit. Erat tamen argumentum Tragicorum Græcorum vetustissimis temporibus. Vide Bentl. Dissertat. Phalarid. XI. p. 244. Porro, *Pentheus membratim discerptus* erat una tabularum in delubro Bacchi, Long. Past. L. IV. p. 143. edit. Jungerm.

V. 1. Reponit Valckenarius μαλλοπαρηος. Epist. ut supr. pag. 42. Margo Stephani agnoscit μαλλοπαρηος. Calliergus vero μαλοπαραους. Adi Hesychium, V. Μαλλοπαραυος.

V. 3. Λασιας δρυος.—] Sic. Epigr. V. 5. εγγυς ΛΑΣΙΟΥ δρυος. Callimachus etiam, ΛΑΣΙΗΙΣΙΝ υπο δρυσιν. Hymn. Dian. 192. Est et, apud Græcos poetas, aliis arboribus hoc epithetum tributum. Dat et Apollonius Rhodius, ΛΑΣΙΟΙΣΙΝ υπο δρυες ακρεμονεσσιν. *Sub hirsutis ramis quercus.* II. 1274.

V. 4. — Ασφοδελον τον υπερ γας.] Anne genus quoddam humilius Asphodeli? Anne vult Asphodeli speciem distinctam ab illa quæ crescebat apud Elysium? Postremum Brodæo placuit.

V. 5. Εν καθαρω λειμωνι.—] Confer Misc. Obs. Vol. iv. Tom. 3. pag. 353. Ibi forte, in Inscriptione Wheleriana, ΚΑΘΑΡΟΣ τοπος est, ut hic, *locus* VACUUS.

V. 7. — Πεποναμενα. —] Intellige Simulacra Semeles et Bacchi, affabre facta et ornata: quæ gestabantur in his sacris.

V. 17. — Επ' ιγνυ' ανειρυσασαι.] Ingeniose Reiskius, κατ' ιγνυαν ειρυσασαι.

V. 22. Ινω δ' αυτ', &c.] Opportune Lucianus, Saturnal. III. Wetſt. pag. 391. §. 9. Διεσπασαντο, ὡσπερ τον Πενθεα αἱ Μαιναδες, και αἱ Θρατ7αι τον Ορφεα, η τον Ακ]αιονα αἱ κυνες. *Diſcerperent, ut Penthea Mænades, Thraciæ Orpheum, aut Actæonem canes.* Confer Jo. Tzetis Chiliad. Edit. Aur. All. Gr. Poet. pag. 365. Tom. II. v. 580.

V. 25. — Πεφυρμεναι αιματι. —] Eadem dictio occurrit in epigrammate ανεκδοτω, a me ſuperius adducto, ad Idyll. V. 95.

V. 26. — Πενθημα. —] Inſignis apud veterem ſcriptorem luſus verborum, planeque mirificus.

V. 27. Ουδ' αγελω. —] Reiskius cum nobis reponit Ουκ' αν εγω.

V. 29. Ειη δ', &c.] Scaliger vult ut hoc ſit ετη ΔΗ. Emendat. pag. 230. "Qui Pentheo pejora fecerunt, ad nonum aut decimum annum non perſeverabunt, [ex quo ſc. Bacchum infenſum fecerint,] quin eos divina ultio perſequatur."

V. 30. Αυτος δ' ευαγεοιμι κ ευαγεεσσιν ἁδοιμι.] Ita fere Callimachus, Hymn. in Del. v. 98.

—— Ευαγεων δε, και ευαγεεσσι μελοιμην.

—— *Sed ſancti mihi, et ego ſanctis curæ ſim.*

Antipater in Pindarum, Anthol. III. xxv. 28.

Πιεριχαν σαλπιγγα, τον ΕΥΑΓΕΩΝ βαρυυμνων
Καλκευταν, κατεχει Πινδαρον ἁδε κονις.

Piericam citharam, et ſanctorum *grave ſonantium* Hymnorum
Conditorem, Pindarum hæc habet pulvis.

Ubi tamen aliter, et neſcio annon verius et elegantius, eam V. interpretatur Toupius, ad Suid. V. Χαλκευτης. Verum ut clarius conſtet de vi V. Ευαγεεσσι, occaſionem et hic opportune ſatis arripio, locum Orphei emendandi. Argon. 165.

Αγχοθι Πηνειοιο, και ΕΥΛΑΓΕΟΣ Μελιβοιας.

Quinam vero MelibϾ Lepores? Alii, nec incommode, conjecerunt ευθαλεος. Ego ita lego.

Αγχοθι Πηνειοιο, και ΕΥΑΓΕΟΣ Μελιβοιας.

Prope Peneum, et ſanctam *Melibœam.*

Sæpe urbes et regiones *ſanctæ* dicebantur. Ita et una tantum literula ſubmovetur. Paulo infelicius, ut mihi videtur, harum literarum ſatis ſciens, videtur V. ευαγης enucleaſſe, G. Arnaldus, ad duos locos Euripidis, Lect. Gr. I. ix. pag. 58. Habetur ευαγεως, *ſancte, pie, rite,* apud Apollon. Rhod. II. 107. III. 1203. IV. 1129. Quin et occurrit, eodem ſenſu, Επ' ευαγεεσσι θυηλαις. *Piis ſacrificiis.* I. 1140. Necnon Λοιβαις ευαγεεσσιν. II. 717.

II. 717. Quod vertit Hoelſlinus, *Puris libationibus.* Confer adhuc Auctar. Emendat. Heſych. Albert. 1490. 13.

V. 31. — Αιετος ἐτος.] Bene reponi poſſit et ἐτως. Recte Latinus interpres *Augurium.* Ita οιωνος paſſim *augurium.* Bonæ *avis*, pro bono *omine*, notiſſimum. Confer Apollon. Rhod. I. 304. Iliad. II. 366. Ne plura citem. Nummum profert Cl. Spanhemius, ubi Jupiter puer αιγιοχος, ſive capra vectus, oſtenditur, cui comes additur AQUILA. Ad Callimach. II. 19. Vide et ibid. pag. 632. Et Servium ad Virgil. Æn. I. 394. Scaliger αιετον hic vocat ΓΝΩΜΗΝ, quæ ſequitur tamquam bonum omen, ſcil. Ευσεϐεων παιδεσσι, &c. v. 32. Emendat. pag. 230. Hunc verſiculum in Theocrito optimum eſſe judicavit Philippus Melancthon, magnus reformatæ religionis vindex, Theocriti non ita peritus arbiter.

V. 34. — Επιγουνιδα. —] Tumorem femoris quem faciebet fœtus geſtatus επιγουνιδα vocat, Homerico verbo. Scaliger, Emendat. pag. 230. Hæc ita interpretatur Palmerius, pag. 813. "Lætatur Bacchus, quem, in Dracano nivoſo, ſummus Jupiter depoſuit, cum magnum femur ſolviſſet." Fabula ibi docte narratur ex explicatur. Confer tamen Cl. Weſſelingium, ad Diodor. Sicul. Tom. I. L. III. p. 235.

V. 36. — Ἡρωίναις.] De quibus conſulatur Illuſtriſ. Spanhemius, ad Callimach. II. 254.

Quæri poſſit, ad quod genus, ſive claſſem, carminis, rite reponi debuerit hoc Idyllium? Eſt integrum quidem poemation, integram, brevem tamen, hiſtoriolam complectens; quale pars potius, vel epiſodia quædam, magni alicujus poematis haberetur. In officinis, ſive Scholis, rhetorum natum videtur; ubi forte, ingenii exercitandi gratia, argumenta ſpecioſa, ex antiqua hiſtoria, potiſſimum fabuloſa, deprompta et ſelecta, nonnunquam ſeparatim proponebantur elaboranda carminibus. Vel forte poſſit eſſe aliquid ex HEROINIS noſtri poetæ.

IDYLLIUM XXVII.

HOC Idyllium Mofcho plerique tribuunt. Inter Theocritea recenfetur a Calliergo; qui, licet idoneus grammaticus, et bonus librarius, ad hafce res difcernendas haud adeo felici guftu fortaffis utebatur. Theocriti tamen effe nunquam inducar ut credam. Lepidum fane eft poemation: longe tamen abeft a Theocriti fimplici feveroque lepore. Equidem nefcio an non vel Mofcho recentius fit; cum jam majorem cultum ornatumque cœpit accipere Mufa Bucolica, jamque crebrior exemplarium numerus exifteret ad imitandum. Primævis, et, ut dicuntur, Originalibus fcriptoribus, non licet effe tam concinnis. De Titulo hujus carminis vide fis Cl. Spanhem. ad Callim. Del. v. 324. Pallad. v. 66. Porro Veneris Cæftui Homerico intexebatur ΟΑΡΙΣΤΥΣ. Iliad. XIV. 216. Adprime tamen huc facit Homerus, Iliad. XXII. 126.

> Ου μεν πως νυν εςιν απο δρυος, ουδ' απο πετρης,
> Τῳ ΟΑΡΙΖΟΜΕΝΑΙ, ἍΤΕ ΠΑΡΘΕΝΟΣ ΗΪΘΕΟΣ ΤΕ,
> ΠΑΡΘΕΝΟΣ ΗΪΘΕΟΣ Τ' ΟΑΡΙΖΕΤΟΝ ΑΛΛΗΛΟΙΣΙ.
>
> *Non quidem ullo modo nunc licet a quercu, five a petra,*
> *Huic* confabulari, ceu virgo adolefcenfque,
> Virgo adolefcenfque, colloquuntur inter fe.

Ubi Didymus. ΟΑΡΙΖΕΣΘΑΙ. γυναικωδεις προσδιαλεγεσθαι λογους. Οαροι γαρ γυναικες. Quemadmodum locutus eft ex parte, Scholiaftes Apollonii Rhod. I. 45. Quibufcum faciunt etiam lexicographi. Confer et eundem Apollon. III. 1101. Hinc explicandus Mufæus, Her. Leandr. v. 230.

> Παννυχιων δ' ΟΑΡΩΝ κρυφιους ποθεοντες αεθλους.
>
> *Nocturnarum* confabulationum [v. congreffuum] *clandeftina defiderantes certamina.*

Ubi male hodie, ut videtur, Latinus interpres, CONJUGUM *certamina.* Poffis etiam rectius convertere *Nuptiarum.* Hefychius, ΟΑΡΑΣ. γαμους.

V. I.

V. 1. Ταν, &c.] Affert sex versiculos e loco nescio quo, commentitios ut puto, Scaliger, huic Dialogo præfigendos. Emendat. p. 230. In Florentina quidem scribitur, Λειπει ἡ αρχη. Sed nihil deesse videtur. Hunc versum tribuo puellæ, proximumque pastori. Hoc sensu. *Inquit Illa.* "Sane Vos pastores egregie ludificatis puellas: pastor erat Paris ille, qui olim Helenam, etsi prudentem, fefellit. *Respondet Pastor.* "Et hæc est Helena quidem, quæ me, *alterum* bubulcum, osculata est." Itaque lego, cum Scaligero, αλλον, quod non refero ad Parida, sed ad τον βωκολον. Alii alia conjecerunt; et adhuc alii alia pro suo lubitu conjecturi sunt. Ita distribuit duos hosce versiculos Florentina; nempe primo Ν. sc. Νηις, alteri Δ. sc. Δαφνις, præscribens. Eadem, pro Κορη etiam, in Titulo dat Νηις. Annon huc referendum, quod dicitur in altero Idyllio, Daphnida, valde adolescentem, NAIADEM uxorem duxisse? Idyll. VIII. 93. Quod attinet ad Parida, *bubulcum*, dicitur idem simpliciter apud Euripidem, Ανηρ βετας. Hecub. v. 646. Rursum, ιδαιον βουτην. ibid. v. 494. Ita apud Longum Sophistam, ΕΚΕΙΝΟΣ ην ποιμην. Αιπολος εγω. Ille [Paris] *erat opilio: caprarius ego.* Ubi V. Παρις subintelligitur. Daphn. Chl. L. III. pag. 137. Edit. Jungerm. Ita, quasi bubulcorum summus, adducitur.

Ibid. — Πινυταν. —] Σωφρονα, Συνετην, ut habet Hesychius. Omnibus enim animi, non minus quam formæ, dotibus instructissima fuit Helena. Vid. ad Idyll. XVIII. 32. Quod et passim tradit Homerus in Odyssea. Conferatur Apollonius Rhod. IV. 65. Ubi Medea ad Lunam, Και ΠΙΝΥΤΗ περ εῦσα. *Quamvis* cata *sis.* Quin et ad Nostrum redi, Idyll. XVII. 34. De Berenice.

> Οια δ' εν ΠΙΝΥΤΑΙΣΙ περικλειτα Βερενικη
> Επρεπε θηλυτεραις. ————

Confer et Idyll. XV. 110. Ubi comparatur Arsinoe Helenæ.

V. 4. Εστι γαρ, &c.] Idem versus occurrit, Idyll. III. 20. Proverbiale quiddam fuisse, κενεον φιλαμα, testatur, quod modo præcessit, ΚΕΝΟΝ το φιλαμα ΛΕΓΟΥΣΙΝ.

V. 5. Το στομα, &c.] Idem quod luculentius, nec ineleganter, expressit Catullus ad Juventium, puerum formosum, postquam illi, dum luderet, basium dolo surripuisset. Carm. xcix.

> Nam simul id factum est, multis diluta labella
> Guttis abstersisti omnibus articulis.

Florentina dedit και αποπλυνω.

V. 7. — Αζυγα κωρην.] Ex recentiori hellenismo, ni fallor, est V. αζυξ. Vid. ad Idyll. XII. 15. Lucianus, Αναστας εκ της ΑΖΥΓΟΥ Κοιτης. *Surgens de* cœlibe *lecto.* Amor. Tom. II. Wetst. pag. 446. §. 44. Confer et Apollonium, IV. 1191. Jam vero quod dixi hic, et superius, hujusmodi compositum esse ex recentiori Hellenismo, id tantum volui, recentiores scrip-

 tores

tores licentius et frequentius ejus usum sibi indulsisse. Habet quidem Homerus δίζυγες ἵπποι. Iliad. V. 195. Quin et facta de V. ζυγον persæpe. Atqui adcommodatius ad hunc locum, vocat Pallada chorus, apud Aristophanem, Thesmoph. v. 1150.

——— Παρθενον
ΑΖΥΓΑ ΚΟΡΗΝ.

——— *Virginem*
Conjugii inexpertem puellam.

Habet et Euripides πωλον ΑΖΥΓΑ λεκτρων. *Pullum expertem conjugii.* Hippolyt. v. 546. Necnon ibid. Κοραι ΑΖΥΓΕΣ. v. 1425.

V. 8. — Γαρ σε. —] Stephanus bene reposuit γαρ ΤΕ.

Ibid. — Παρερχεται ὡς οναρ ἥβη.] E Theognide, ut manifesto patet. v. 1014.

ΑΛΛ' ΟΛΙΓΟΧΡΟΝΙΟΝ γιγνεται ὩΣΠΕΡ ΟΝΑΡ
ἩΒΗ τιμηεσσα. ———

Sed brevis est veluti Somnium
Pubertas *pretiosa*. ———

Veruntamen eadem ipsa verbatim leguntur apud Mimnermi Fragm. pag. 9. v. 12. edit. Oxon. 1759. Confusus videtur Theognis, ut id obiter notem, non modo cum seipso, sed cum aliis Græcis elegiographis. An is in illos, an illi in eum, irrepserint, haud facile dixerim.

V. 9. Ἁ σταφυλις, &c.] In Editione Calliergi tres hic versus scil. octavus, nonus, et decimus, tribuuntur Daphnidi. Sensu forte meliori et commodiori. Id tamen ex hujus Idyllii constitutione fuisse videtur, ut singulis versiculis responsa sibi pastor et puella mutuo reponerent, invicemque retorquerent. In quo, magna quidem ex parte, lepos carminis constat. Hæc est mens versus. "Omnia ætate non fiunt omnino mala. Uva quidem, passula facta, bona est: nec rosæ, etiam aridæ, prorsus abjiciuntur." Ου negligentia scribæ arbitror omissum, in Codice quem citat Casaubonus. Est enim ου in Florentina. Vult Heinsius hæc interrogative proferri.

V. 13. — Οἴζυον ουδεν αρεσκει.] Scaliger vult οἴζυρον. Emendat. pag. 230. Quare, non equidem video. Repone, e veteribus, αρεσκη.

V. 14. — Τας Παφιας χολον ἄζεο και συγε κωρα.] Sic et Musæus, Her. Leand. v. 157.

Πειθεο και συ, φιλη, μη Κυπριδι ΜΗΝΙΝ εγειρης.

Obsequere tu quoque, cara, ne Veneris iram *excites.*

Confer et ibid. v. 141. Quod quidem Musæi poema, quemadmodum vocatur, ex eadem, qua scilicet hoc nostrum, schola forte prodiit.

V. 16.

V. 16. — Αλλυτον. —] Sic Florentina. Vera vox eſt ακλῖον, ut in veteribus libris. *Rete inevitabile*, interpretante Reiskio, et probante Brodæo, VII. 22.

V. 18. Μη πιζαλης, &c.] Spurius forte verſus; nam violat dialogi legem, nec conſtat in vetuſtioribus. Niſi concedas ut puella, ſubito in iracundiam converſa, ſemel hic in alterum verſiculum, verecundia etiam ſuadente, cogatur excurrere. Age vero, ſtare permittas. Inter colloquendum, paſtor puellam liberius attrectat. Illa ſtatim ſubirata: "Ne manum mihi injicias: ſi non abſtineas, os tibi laniabo." Vel ita legere, interpungere, et interpretari poteris.

Μη πιζαλης τον χειρα. Και ΕΙΣΕΤΙ χειλος ΑΜΥΞΕΙΣ;

"Ne manum mihi injicias: — Anne ulterius etiam pergis, et *inſuper labella mea morſiunculis appetes?*" Deinde paſtor, ut fit, nec curans, nec audiens, hanc puellæ monitionem et expoſtulationem, quaſi nihil interveniſſet, ſermonem de Diana et Venere continuat.

V. 19. Ου φευγεις των ερωτα, τον ϗ φυγε παρθενος αλλα.] Luditur hic in voce φύγειν, quæ technica eſt in re amatoria.

Ibid. ου φεύγεις.] Brodæus vult Τυ. VII. 22. Dant veterum nonnulli φύγεις. Scaliger φευγοις, quod perinde eſt.

Ibid. — Ζυγον αιεν αειρεις.] *Attollis*, i. e. *ſuſtines.* Heſychius, ΑΕΙΡΑΙ. βαστασαι. "Ipſa facile effugiam: Tu vero nunquam te hoc amoris jugo levabis."

V. 27. —Τινα τρομεωσι γυναικες.] Amovet interrogationis notam Reiskius, et relegit τοι pro τινα. *Hi mariti.*

V. 28. Ωδινειν τρομεω· χαλεπον βελος Ειλιθυιας.] Oppianus Halieut. IV. 195.

——Οιον δε μετα φρεσιν αχθος αλυει
Μητηρ τηλυγετοιο θοην ωδινα θυγατρος
Πρωτοτοκου φορεουσα· το γαρ μεγα ΔΕΙΜΑ γυναικων.

——*Qualem vero in animo dolorem ſuſtinet*
Mater, unicæ celerem partionem filiæ
Primiparæ horrens: hic enim magnus metus *eſt mulierum.*

Idem etiam, quod ad βελος illud Ilythyiæ ſpectat. Cyneget. III. 250.

Ουδ' οτι γαστρι φερουσι πολυσπορον ωκυν ΟΙΣΤΟΝ.

Ne quidem cum in utero geſtant fœcundam et celerem ſagittam.

Dixit etiam Nonnus, ΒΕΛΟΣ ΟΞΥ πεπαινομενου τοκετοιο. Dionyſ. XLI. pag. 1062. v. 1. Primus tamen hoc habet Homerus, Iliad. XI. 269.

Ως δ' οταν ΩΔΙΝΟΥΣΑΝ εχῃ ΒΕΛΟΣ ΟΞΥ γυναικα.

Ut cum tenet acutum telum *mulierem* parturientem.

V. 33.

V. 33. Πασαν ταν αγελαν, &c.] Qualia in ſponſam conferri ſolebant antiquitus. Ita dotat Iphidamas Theano, Hom. Iliad. II. 244.

> Πρωθ' ἑκατον βȣς δωκεν, επειτα δε χιλι' ὑπεϛη
> Αιγας ὁμȣ και ὀις τα ὁι ασπετα ποιμανοντο.
>
> *Primum centum boves dedit, deinde mille promiſit*
> *Capras ſimul et oves, quæ ei admodum multæ paſcebantur.*

Hinc puellæ dicuntur αλφεσιβοιαι, *bobus donatæ*, Iliad. XVIII. 593. Qualis olim fuit noſtratium virginum dos nonnunquam ſponſalis, priuſquam nummi copia ſuppetebat, ejuſque pervagatior eſſet uſus. Ita et emebatur Euryclea, puella adhuc impubes, a Laerte, pro viginti bobus. Odyſſ. I. 431. Confer et Iliad. XI. 244. XXI. 99. XXIII. 703. Ubi lebes æſtimatur duodecim bobus. Quin et ſubinde, v. 705. Vid. et ibid. 885. Confer et Iliad. VII. 474. Ubi vinum emitur, pellibus, bobus, et mancipiis.

V. 34. Ομνυε, &c.] Reiskius vult Ομνυ' εμ' ει κατα. Habet Calliergus μεν *quidem* pro με. Sed ita corrigo.

> Ομνυε, μη κατα λεκ]ρα, ΛΙΠΟΝΤ' αεκȣσαν, απελθην.

Απελθην pro απελθειν.

V. 36. Τευχεις μοι θαλαμȣς, &c.] Solebant Veteres, cum uxorem ducerent, domum ſibi ſtatim ædificare. Adi Homeri Interpp. ad illud Iliad. II. De Proteſilao, "Και δομος ἡμιτελης." Et Turneb. xxi. 17. Caſaubon. LECT. Theocr. c. xxi.

Ita recens nuptis recens thalamus etiam conficiebatur. Vid. Not. Idyll. XVII. 3.

V. 38. — Κεν. —] Veteres μεν. Unde Reiskius effecit μευ.

V. 43. Ουδ' ακρα τιμηεσσα, &c.] Honeſtam ſtirpem Daphnidi concedit Puella. Et certe non eſt ex obſequio Daphnidis ut ille non idem Puellæ viciſſim tribueret. Quare ponit hic interrogationis notulam Palmerius, Exercitat. pag. 814. Melius, ut puto, Reiskius, qui ſic corrigit.

> Ουδ' ΑΡ' ΑΤΙΜΗΕΣΣΑ. ———

Erat profecto quod jure miraretur Menagius, ad T. Taſſi AMYNTAM, adeo et obſequii et Decori immemorem fuiſſe amatorem noſtrum, ut amaſiæ ſuæ bona verba opprobrio exceperit.

V. 44. — Σεθεν. —] In antiquis ἑθεν. Hodiernam attulere procuratores editionis Brubachianæ, 1558. At cur non ita fit in ſecundo loco?

V. 47. — Παρθενῳ.] Doricum παρθενι dant veteres. Quod revocavit in textum Reiskius, quaſi a nominativo παρθην. Ejus rationes vide.

V. 49. Μαλα τεα πρωτιϛα ταδε χνοαντα διδαξω.] Frequenter apud antiquos virginum mamillæ *Poma* dicuntur. "Πεϱικρα]ων ομφακια τȣ ϛερνȣ τα ΜΗΛΑ." "*Comprimens immatura virginei pectoris* poma." Ariſtenæt. Ep. vii. L. 2. p. 223. edit. Pauv. Nonnus, de puella in prælio occiſa. Dionyſ. L. XXXV. p. 866. v. 15.

——— Και

——— Και ηψατο πολλακι μαζυ
Οιδαλεu, ροδοεντος, ΕΙΟΚΟΤΟΣ ΕΙΣΕΤΙ ΜΗΛΩι.

——— *Et contrectabat sæpe papillam*
Turgentem, roseam, similem adhuc malo.

Ariſtophanes, Acharn. v. 1198.

Των τιτθιων ὡς σκληρα και Κυδωνια.

Papillæ iſtæ quam duræ ſunt et ſimiles Cydoniis malis!

In epigrammate venuſtiſſimo Leonidæ Tarentini, puellæ ſtrophium nuncupatur ΜΗΛΟΥΚΟΝ. *Faſcia* nempe, cohibendis mammis. Antholog. Ceph. Oxon. pag. 22. Carm. 464. Idem etiam in Anthologia vulgata, in Statuam Veneris e mari emergentis. Και μαζος ακμης ΑΓΓΕΛΟΣ ΚΥΔΩΝΙΑι. *Et Mamma, pubertatis nuncia,* imitatur Malum Cydonium. Lib. IV. cap. xii. Carm. 30. Pariter Ariſtenætus idem. Ὡς ΚΥΔΩΝΙΩΝΤΕΣ οἱ μαστοι την αμπεχονην εξωθουσι βιαιως. *Quo luctamine* malum Punicum imitantes [turgentes] *papillæ impellunt ſtrophium.* Lib. I. Ep. I. pag. 8. Idem quoque clarius, de juvene cum puella natante. Ὁμως ουν οιδα πολλακις την αισθησιν πλανηθεις, προς ὉΜΟΙΟΤΗΤΑ ΜΗΛΩΝ τε και των εκεινης ΜΑΣΤΩΝ. Μηλυ γαρ αμφοιν μεταξυ τοις ὑδασι διανηχομενου, τῃ χειρι κατεδεξαμην· τουτο ειναι νομισας τον ΚΥΔΩΝΙΩΝΤΑ της ποθουμενης ΜΑΣΤΟΝ. Ibid. Ep. III. p. 20. Rufinus in virginem lavantem, Lib. III. Anth. Cephal. Erotic. Carm. 301.

Παρθενος αργυροπεζος ελυετο ΧΡΥΣΕΑ μαζων
Χρωτι γαλακτοπαγῃ ΜΑΛΑ διαινομενη.

Paulus Silentiarius, ibid. Carm. 380. De muliere maturiore.

Μαλλον εγω σεο ΜΗΛΑ καρηβαρεοντα κορυμβοις,
Η ΜΑΖΟΝ νεαρης ορθιον ἡλικιας.

Vide ſis et aliud ejuſdem Pauli ibid. Carm. 392. Necnon Rufini, ibid. Carm. 303. Crates apud Athenæum. " Εστιν ωραιοτατα τα τιτθια, ὡσπερ ΜΗΛΟΝ. *Formoſiſſimæ ſunt mamillæ, quale eſt* malum." Edit. Caſ. pag. 50. Vide ſis et Odam Gallo attributam, et Propert. I. iii. 24. Et Ariſtophan. Lyſiſtrat. 155. Eccleſiaz. 898. Nunc cum V. μηλα, ita explicata, videamus an bene componatur epithetum illud χνοαοντα. Ego quidem lego ΧΛΟΑΟΝΤΑ. Sæpe uvis immaturis comparantur papillæ virginis; et hic *pomis* immaturis. Κλοαοντα vero ſignificat recentia, nondum matura, *viridia*; et hoc ipſo ſenſu conjungitur cum *pomis,* apud Athenæum, ex Nicandri poemate deperdito, pag. 82. Edit. Caſ.

Μηλα ταμων ΧΛΟΑΟΝΤΑ. ———

Mala recentia *ſecans.* ———

Literali ſenſu, *viridia.* Quod dicimus, GREEN *Apples.* Ex hac circumſtantia laudat Daphnis puellæ ſuæ papillas; novas ſcilicet, et duras. Ut amator ille apud Athenæum. Inquit Daphnis "attingam poma hæc recentia, viridia." Metaphorice, pro papillis, utitur *pomis;* quibus proprium, et naturale, tribuit epithetum. Appoſite Ant. Muretus in Ronſardi AMORES, Gallice ſcriptos, Lib. I. Carm. 40. p. 23. fol. 1609. "*Les Italiens diſent* acerbe poppe, tetins VERDELETTES, *et qui peu a peu commencement a s'enfler.*" Imprimis tamen huc facit Arioſtus, Orland. Fur. VII. 4.

> *Bianca nieve è il bello collo, e'l petto latte:*
> *Il collo e tondo, il petto è colmo e largo.*
> DUE POME ACERBE, *è pur d'avoro fatto*
> *Vengono,* &c.

Vulgatum illud χνοαοντα certe retineri ferrique poſſit. *Florentia, vigentia.* Sophoclis OEdip. Tyran. v. 752. Confer et Apollon. I. 671. Minus tamen eleganter adhibebitur. Confer Cl. Alberti ad Heſych. V. Στεναζειν. Heinſius vult χλοαοντα quod exponit οιδȣντα, *tumentia.* c. xxv. Sed hoc non æque convenit cum *pomis.* Jam quod ad διδαξω attinet: cujus hæc eſt, cum contextu, vis. "Inſcias, indociles tuas et recentes, papillas *edocebo.*" Utitur hic tectis et tralatitiis vocibus, non planis et apertis, ut in re minus verecunda, paſtor noſter. Stephanus conjecit πιαξω, *prehendam.* Cui quidem conjecturæ nonnihil favet Lucianus, περι μειρακιȣ loquens. Μαςȣς βραχυ τὴν Φυσιν ὑπεροιδȣντας ΠΙΕΖΕΙ. *Mamillas, pro natura ſua modicum extantes,* premit. AMOR. pag. 585. C. edit. Bourdelot. Joannes Heskin, Oxonienſis, χνοαοντ' αποδραξω, *Decerpam.* Not. Bion. Moſch. pag. 100. Non male quidem, ſed facem prælucente Caſaubono, c. xxi. Denique Reiskius διδραξω. Quod defendi poſſit a Luciano, loco citato. viz. γαςρος αμΦιλαΦεις τοις δακτυλοις ΕΠΙΔΡΑΤΤΕΤΑΙ ὁμαλως. Ibid. p. 585. Habet et Euripides μαςου δραγμος, Cyclop. v. 169. Ego διδαξω longe elegantiſſimum puto. Sed hæc prorſus in gratiam Græce ſtudioſorum. Certe non ut fomitem prava cogitantibus admoverimus.

Poſtquam hæc ſcripta ſunt, prolixiora forte quam quæ tale mereri videatur argumentum, ſequentem conjecturam mihi per literas indicavit Toupius. Ubi nobiſcum nonnihil facit vir eximius. "Locus viris eruditiſſimis fruſtra tentatus. Scribendum ſine dubio, idque eleganter admodum,

——— χλοαοντα ΜΑΛΑΞΩ.

Μαλα μαλαττειν eſt *papillas demulcere, molliter attrectare.* Ariſtænetus I. 16. Και της εμης αυτη λαβομενη χειρος, ΕΜΑΛΑΤΤΕ τȣς δακτυλȣς. *Articulos malaciſſare,* vocat Seneca, Epiſt. lxvi. Recte autem Μαλα χλοαοντα. *Papillas Sororiantes, ſucci plenas.* quales puellarum ſcilicet. De quibus Cl. Heinſius ad Theocritum. Nicander apud Athenæum, lib. iii. p. 82.

> Μηλα ταμων ΧΛΟΑΟΝΤΑ τυπȣς μωμησαιο Καδμȣ.

Ubi

Ubi legendum, μιμησαπ. Τυποι Καδμου sunt *literæ*, *Cadmi filiolæ*." Hactenus Cl. Toupius.

V. 50. Ναρκω ναι τον Πανα, &c.] Hæc Daphnidi tribuit Casaubonus, stupenti in puellæ mamillis, quas manibus tractabat. c. xxi. Sed hic impudentiam pastoris obstupescit illa. Vel potius, ad contactum papillularum, rem novam, et insuetam, virguncula rudis et indocilis horrescit, et sensatione quadam prius ignota, spemque inter metumque, subito percellitur.

V. 54. Ταν μιτραν.—] Forte hic, ut sæpe, *fasciam* papillarum. Nonnus Dionysiac. Lib. XLVI. pag. 1105. v. 26. Edit. Hanov. 1607.

——— Πολυπλεκεεσσι δε δεσμοις
Μαζων κρυπτομενων φθονερην επεμεμφετο ΜΙΤΡΗΝ.

——— *Multiplicibus vero vinculis*
Occultatarum mamillarum, invidam culpabat fasciam.

Et L. XV. pag. 428. v. 7. Hymnus pastor vult esse nervus arcus Niceæ.

——— Οφρα με μαζω
Χιονεων πελασειε, σαοφρονος εκτοθι ΜΙΤΡΗΣ.

——— *Ut me papillis*
Candidis admoveret, castam extra mitram.

Vid. et Lib. XLVIII. pag. 1286. v. 19. 23. Lib. I. pag. 46. v. 28. Dico itaque hic mitram, literaliter, interdum sumi pro fascia papillarum. Ταινια μαστων, ut Anacr. XX. Quod si concedas, illustrabitur Callimachi locus, cui tenebras adhuc affuderunt interpretes. Hymn. Dian. 14.

Πασας εινετεας, πασας ετι παιδας ΑΜΙΤΡΟΥΣ.

Quare illæ virgunculæ vocantur αμιτροι? Quia scilicet, ut impuberes, nondum papillis erant præditæ: ideoque nondum gerebant mitram sive fasciam, quibus illas, more maturarum virginum, rite constringerent. Idem est, ac si dixisset poeta, "puellæ quibus nullæ adhuc papillæ turgescebant." Callimachus ipse alibi. Epigr. 40.

——— Την τε ΜΙΤΡΑΝ
Ἡ ΜΑΣΤΟΥΣ εφιλησε. ———

——— *Et* mitram
Quæ mammas *vinciebat*. ———

Ubi legit eleganter Anna doctissima, εφυλασσε, *custodiebat*. Unum amplius addam e Tryphiodoro, v. 336.

——— ΕΠΙΜΑΖΙΑ νηματα μιτρης.

Parco pluribus. Nisi quod consulas Salmas. ad Achillem Tatium, pag. 543.

Ibid. — Απεστιχες.—] Ita lege cum veteribus. Scaliger extudit απεσχιστες.

στες. Emendat. p. 230. Quod non Græcum esse notat Vossius ad Catullum, p. 7. Sed plura de hac voce vide sis apud Reiskii Animadversiones. Necnon Thom. Magistr. I. 371. V. Εστιγκεν. Brodæus απτριστες, Miscell. VII. 22. Belle Casaubonus, c. xxi.

Φευ, φευ, και ταν μιτραν; ΑΠΟΣΤΙΧΕ.———

V. 55. Τα Παφια πρωτιστον εγω τον δωρον σπαζω.] Zonam puellæ dedicat etiamnum Veneri pastor, qua scilicet ea non amplius usura fuit. Elegantissime quidem, si morem antiquorum recte animo teneas. Sic coronas et serta dedicabant nuptæ, aliique etiam amore finito. Hanc consuetudinem VOTIVA Græcorum epigrammata passim diserteque declarant: ubi defuncti re aliqua aut arte, instrumenta sua diis inscribere solent. Hinc est lepos hujusce loci petendus, et illustrandus. Unum e pluribus afferam carmen Anthologiæ Cephalæ, L. IV. 518. Quamvis plenus sit exemplorum sextus Planudeæ.

Ζωμα τοι, ω Λατοι, και ανθεμοεντα κυπασσιν
Και μιτραν μαστοις σφιγκα περιπλομεναν,
Θηκατο Τιμηεσσα, δυσωδινοιο γενεθλας
Αρχαλεον δεκατω μηνι φυγουσα βαρος.

Zonam tibi, O Latona, et floridam cypassim,
Et mitram papillis arcte circumvolutam,
Dedicabat Timonassa, postquam partus ærumnosi
Decimo mense effugisset dolorem.

V. 57. — Γαμον. —] Nempe, "*Conjugium* vocat, hoc prætexit nomine culpam." Spanhem. ad Callim. II. 460.

V. 60. — Ουδ' αλα δοιης.] Proverbium ex Homero sumptum, notante Casaubono, c. xxi. Odyss. P. 455. Intellige, per salem, rem vilissimi pretii.

V. 62. Αρτεμι, μη νεμεσσα.—] Unice hæc illustrantur ab interprete Græco ad Idyll. II. 66. Ubi dicitur, solitas fuisse virgines nupturas canistra adferre Dianæ, ad expiandam virginitatis jacturam. Ἱνα μη ΝΕΜΗΣΩΘΙΝ ὙΠ' ΑΥΤΗΣ. *Ne ea ipsis succenseret.* Ob hanc rationem in proximo versiculo Daphnis ait se sacrificaturum vitulam Amori et bovem Veneri. "Imo, inquit, non Dianæ, ut mos est, sed ipsis Amori et Veneri." Summa hic elegantia substituit alia numina pastor, in locum Dianæ, quam prius rite memoraverat puella. Nec minus eleganter in se curam suscipit horum sacrorum. Ita apud Euripidem, Iphigen. in Aulid. v. 1113. Agamemnon hortatur Clytemnestram ut filiam nupturam foras mitteret, ut aquæ nimirum sacræ, molæque salsæ, paratæ essent.

Μοσχοι τε προ γαμων ας θεα πεσειν χρεων
Αρτεμιδι.———————

Et

Et juvencæ, quas ante nuptias oportet mactari deæ Dianæ. ————————

Ibid. Ση ερημιας, &c.] Hæc est lectio Florentinæ, probante, ut videtur, Stephano. Ita locum constituit Calliergus.

Κ. Αρτεμι μη νεμεσα. Δ. συ δ' εγημας, εκετι πιςη.
Κ. Ρεξω πρτιν ερωτι, &c.

Et tunc persona caret vers. 64. Nisi nollem mutari normam dialogi, ita fere legendum crederem. Saltem veram lectionem in illo εγημας latere suspicor. Audacter corrigo.

Αρτεμι μη νεμεσαε. ΓΑΜΗΘΕΙΣ', εκετι πιςη.

Diana, ne irascare. Maritata *jam, non amplius sum fida illa tua.*

Reiskius conjicit.

——Συ δε ΤΙΜΑΣ κ' εκετι πιςην.

"Sed bono animo sum. *Habes enim in honore et amas vel infidam quoque.*" Quod, pace docti viri dixerim, paulo forsitan arcessitum. Verum certe est εκετι πιςη. Cui respondet illud εκετι κωρα, v. 65. pastore reponente, et verba puellæ quasi reddente.

V. 64. — Γυνη δ' εις οικον αφερψω.] Aliud nempe Παρθενος. Commode Longus Sophista. Ηδη ποτε και γυμνοι συγκατεκλιθησαν. — Και εγενετο αν ΓΥΝΗ Χλωη ραδιως, &c. *Jam et interdum nudi concumbebant. — Et* mulier *facile Chloe facta fuisset*, &c. Daphn. Chl. L. III. pag. 121. edit. Jungerman. Eodem sensu Daphnis Ανηρ factus est a Lycænio. Ibid. pag. 115. 122. Quomodo Latini.

V. 67. — Ανιςατο φωριος ευνη.] Eleganter nec minus verecunde. Ita Idyll. II. 143.

Επραχθη τα μεγιςα. ————

Qua formula Æschylus, Pers. v. 761.

Τοι γαρ σφιν εργον εςιν εξειργασμενον
ΜΕΓΙΣΤΟΝ. ————

V. 69. Ομμασιν αιδομενη. —] Elegans junioris Philostrati locus huc est referendus, de Pictura Apollinis et Hyacinthi. Icon. pag. 859. Ed. Paris. Το μειρακιον δ', ες γην, μεν ατενες ὁρα· ΠΟΛΛΗ δε ἡ των ΟΦΘΑΛΜΩΝ ΕΝΝΟΙΑ. "*Puer vero, obstipo lumine, terram perpetuo intuetur:* ac multus oculorum ipsi sensus est." Confer Musæum, Her. Leand. v. 160. Longi Pastoral. L. IV. pag. 158. edit. Jungerman. Sapphonem, Fragm. XVI. Wolf. p. 49.

ΑΙΔΩΣ κεν σε εκ ειχεν ΟΜΜΑΤΑ.

Pudor profecto non tuos oculos *occupasset.*

 Apol-

Apollonius, III. 93.

> Τυτθη γ' αιδως εσσετ' εν ομμασι. ———
>
> *Paululum tamen pudorem in oculis retinebit.* ———

Confer et ibid. 1067. Achilles Tatius de Leucippe deprenſa. Αιδως δια των ομματων εισρευσα, &c. *Verecundia in oculos illapſa*, &c. Amor. Clitoph. Leucipp. L. II. pag. 127. edit. Salmaſ. Conferatur etiam Longinus, Sect. iv. pag. 29. edit. 1752.

Ibid. — ιανθη.] Producitur apud Oppianum prima ſyllaba vocis hujus. Cyneget. IV. 219.

> Ἡ δε μαλ' ΙΑΝΘΗ. ———

Hoc Idyllium Latine reddidit Barthius; et commentario ſatis longo, non tamen ita luculenter et feliciter, enarravit, Adverſar. Lib. IV. 8. 9. pag. 170. ſeq.

IDYLLIUM XXVIII.

VIX ſane quicquam apud Catullum, cujus, eodem metro compoſitum, carmen oſtendit argumenti Latini ſcriptor, elegantius et priſco lepore conditius, invenies. De nihilo jucundiſſimum poemation pangitur. Belliſſimæ digreſſiunculæ ſæpius intexuntur: ſummoque artificio, tum qua peritia fuerit in arte medica Nicias, tum qua induſtria Theugenis, uxor ejus, in lana facienda, breviſſime tamen, exponit poeta. Rationem denique, cur colum miſerit, adhibet pulcherrimam; ut nimirum haberet Theugenis, operi ſemper intenta, quo memoriam Theocriti ſui, hoſpitis φιλαοιδε, perpetuo renovare poſſet. Poſtremo, non minus verecunde quam lepide concludit. "Te quicunque, COLUS, aſpexerit, ultro dicet:— "Exiguo etiam muneri magna poſſit ineſſe gratia; omnia enim quæ veniunt ab amicis honorem merentur." Porro, in argumento Græco quod apud Vaticanum ſextum Codicem præfigitur huic Idyllio, dicitur Theocritus, Miletum proficiſcens ut Niciam medicum viſeret, ejus uxori Theugenidi colum eburneam adtuliſſe. Dein de ipſo carmine ita ſcribitur. "γεγραπται δε Αιολιδι διαλεκτω, περι [l. παρα.] το σαπφικον εκκαιδεκασυλλαβον. [Viz.] Το ροδοπηχεες αγναι Χαριτες δευτε Διος κοραι. Ubi innuitur carmen Sapphonis, apud Wolf. III. Vide Catulli carmen ſupra memoratum, quod ſic incipit. CARM. XXX.

Alphene immemor, atque unanimis falſe ſodalibus.

Denique inter ΑΝΑΘΗΜΑΤΙΚΑ qualia habet liber tertius Anthologiæ Conſtantini Cephalæ, rite reponi poſſet hoc Idyllium.

V. 2. Φιλεριθος.—] *Lanificii comes.* Confer quæ de hac V. collegit, eruditione ſibi propria, J. Pierſonus ad Mœrid. Atticiſt. pag. 358.

V. 2.—Νοος.—] Vult πονος, Scaliger, Emendat. p. 230. Eandem lectionem memorat Schottus, Obſervat. p. 98. Vulgata eſt in Codicibus meis. Perinde certe eſt, vel *mens* matronarum vel *opera.*

V. 3.—Ὁμαρτει.—] Affert Brodæus ὑμαρτει. Ubi ſupr.

Ibid.

Ibid. — Πολιν εις Νειλεω. —] Miletus condebatur a Nileo. Vide Spanhemii Callimach. II. 280.

V. 4. — Ὑφ' απαλω.] Scaliger mavult ὑφα καλω. Ubi ſupr. Vaticanus ſextus dat ὑπαπάλω. Unde ego corrigo,

———— Κλωρον ὙΠΑΙ καλω.

Athenæus, Lib. XIII. pag. 572. Caſ. Edit. "Την εν Σαμω Αφροδιτην ἡν οἱ μεν εν ΚΑΛΑΜΟΙΣ καλȣσιν." "*Ædem Veneris in Samo quam* in Arundinibus *vocant.*" Quam et alii vocabant εν Ελειατικοις, *in Paluſtribus.*

V. 6. Ὁππως ξεινον εμον τερφοιμ' ιδων. —] Interpretere, *ut lætitiæ fructum capiam ex obtutu hoſpitis mei.* Ut recte vidit optimus Hemſterhuſius, ad Thom. Magiſtr. Vol. II. pag. 853. Male hic interpres Latinus hodie.

V. 7. — Ἱμεροφωνων. —] Sic Idyll. VIII. 82.

———— ΕΦΙΜΕΡΟΣ ω Δαφνι ΦΩΝΑ.

Occaſionem et hic lubens capto, recte conſtituendi locum Theognidis, quem vitioſe protuli ad Idyll. I. 61. Dabo igitur totum contextum.

Ειθ' ΕΙΗ Σ', Ακαδημε, ΕΦΙΜΕΡΟΝ ὙΜΝΟΝ αειδειν,
Αθλον δ' εν μεσσω παις καλον ανθος εχων
Σοι τ' ειη και εμοι σοφιης περι δηρησαντοιν.

Utinam daretur, O Academe, *te* amabilem *hymnum canere,*
Præmium autem in medio puer pulchrum florem habens
Tibique ſit et mihi de philoſophia certantibus.

Ita Rad. Wintertonus, inter Poet. Minor. Cantabr. pag. 395. v. 987. Loci genium vides, utque hic inter ſeveriora philoſophiæ præcepta aliquid amoribus etiam tribuat Theognis. Quare, (ne cætera monſtrem ibi corrupta,) textus male Athenæi ΕΦΗΜΕΡΟΝ ὑμνον. VII. 310. Omnia hic referuntur ad voluptatem; et *amabilem* hymnum, non *quotidianum*, qualem Caprarius in Idyllio primo, poſcit poeta. Friget, et alienum plane eſt, illud εφημερον. Rem illuſtrat, ita ad hos verſiculos præfando, ipſe Athenæus. Ουδε το ΠΑΙΔΕΡΑΣΤΕΙΝ απαναινεται ὁ σοφος ȣτος. Λεγει γουν. *Quin et* Amoribus ſe teneri *non negat ſapiens ille vir Theognis, his verſibus.* Præterea certamen iſtiuſmodi præmiumque, *quotidianum* nempe, nullo modo poſſit intelligi.

V. 10. — Ανδρειοις πεπλοις.] De peplis *virilibus*, vide Spanhemii Callimach. II. 599.

V. 11. — Ὑδατινα βρακη.] Apud Athenæum mentio fit, ex Sapphone, inſcitæ fæminæ, "ȣκ επισταμενης τα ΒΡΑΚΕΑ ἑλκειν επι των σφυρων." L. I. pag. 21. Caſ. Ed. Ad quæ, vide Sapph. Wolf. pag. 239. Quænam vero ſunt Ὑδατινα βρακεα? Anne veſtis *undulata* hic intelligitur, qualem dicimus Anglice *watered?* Anne ſimpliciter *mollis?* Certe pars erant veſtitus

tus muliebris *βραχεα*, quæ multa arte solebant elaborari. Pro lacertis *mollibus*, habes Ὑδατινους βραχιονας, Anthol. Lib. I. C. xxix. Carm. 1.

V. 14. — Ουτως ανυσιεργος· φιλει δ' οσσα σαοφρονες.] Quali præditæ essent ingenio, vetustis sæculis matronæ, breviter et luculenter enarrat marmor Romanum, a Sponio descriptum, MISCELL. Erudit. Antiq. pag. 151.

HIC. SITA. EST. AMYMONE.
MARCI. OPTIMA. ET. PULCHER
RIMA. LANIFICA. PIA. PUDICA.
FRUGI. CASTA. DOMISEDA.

Antipater in Epigrammate, Antholog. Ceph. edit. Oxon. pag. 77. Car. 616.

——— ουδ' επεοικεν υπωροφιοισι γυναιξι,
Αλλα ταδ' ηλακατας εργα, τα θ' ιστοδοπων.

——— *Nec conveniunt mulieribus domisedis;*
Sed colus illis et lanificium unicum opus est.

Monet etiam D. Paulus matronas esse quales decet, "Σωφρονας, αγνας, ΟΙΚΟΥΡΟΥΣ." *Sapientes, castas,* DOMISEDAS. Epist. ad Tit. II. 5. Vide et Gruteri Inscript. pag. 796. N°. IX. Suavissimum est et illud incerti cjusdam de Errinna, quæ lanam facere solebat etsi poetria, Anthol. I. lxvi. 14.

Ἡ και επ' ἩΛΑΚΑΤΗι ματρος φοβω, η και εφ' ἹΣΤΩι
Εστηκει, Μουσων λατρις εφαπτομενα.

Quæ et ad colum, *matris metu, et ad* telam,
Stetit, Musas famula attingens.

Necnon Cyri poetæ, in feminam sepultam, Anthol. III. xii. 28.

Παντ' απομαξαμενην εργα τε Πηνελοπης.

Apud Homerum, colo aurea, calathoque argenteo, utitur Helena; et apparatu plane regio lanam facit. Odyss. IV. 130. Vid. et Lib. VI. 53. Ut scias primarias mulieres hoc opus non detractasse. Denique apud Moschum, calathus aureus Europæ, regiæ puellæ, pluribus emblematibus exornatur.

V. 15. — Ακιρως. —] "Ubi nullus *manuum* labor." Elegantissimus est Hellenismus. Est quod αχειρας. Vaticanus sextus αχιρρας. In fine versiculi, malo vulgatam.

V. 18. — Μυελον. —] Siciliæ partem fertilissimam. Ephyra est Corinthus. Colus illa conficiebatur apud Syracusas.

V. 21. — Ερατειναν. —] Repone e sexto Vaticano, ut et legitur in Florentina, metri gratia, ερανναν.

V. 24. — Ερειδω. —] Lege cum Scaligero, ερει τω. i. e. τινι. Quæ lectio est in sexto Vaticano.

V. 25. Δωρῳ ξυν ολιγῳ.—] Notavit Hemſterhuſius, harum literarum magnus antiſtes, Atticis, et quidem ſolis, eſſe proprium, ſcribere ξυν, pro συν. Ad Lucian. Judic. vocal. Wetſt. I. pag. 94. §. 9. Hoc de veteri Atticiſmo dictum. Platonem vero, Demoſthenem, alioſque qui novam et emollitam Atticæ dialecti formam uſurpant, fere ſemper habere συν. Jam vero in ſophiſtis recentioribus magnam eſſe, et pro ſuo cujuſque lubitu, diverſitatem. Quomodo ergo in hoc carmine quod manifeſto αιολιζει, illud ΞΥΝ adhibetur? Sic et habemus ξυγγραφειν, pro συγγραφειν, Epigr. XX. 4. Ξυμβαιη, pro συμβαιη, Idyll. X. 11. Veruntamen ibi Vaticanus unus et alter adfert συμβαιη. Et facile hæc omnia confundi poterant a librariis. Præterea de veteri et nova dialecto Attica, docte agit clariſſimus Taylorus ad Lyſiam. Quin et nuperrime J. Fosterus, in erudito valde et luculento Tentamine Anglico, De accentu et quantitate. cap. ix. pag. 337. Etonæ, 1763.

Ibid. — Τιμαντα τα παρ φιλων.] Forte repones, e Vaticano texto, φιλω, pro φιλου. Ubi pro τιμαντα, ſcribitur τιματα. Quod hic, licet inuſitatum, non incommodum.

Qui legit hoc Idyllium, teneat animo, quod prius equidem monui, præſtantiſſima fuiſſe vellera Mileſia, arteſque ideo lanam faciendi plurimum viguiſſe Mileti. Digniſſima ergo tali munere, colo ſcilicet eburnea, pulchre expolita, Mileſia mulier: ea præſertim, quæ tantopere lanificio præcellebat inter populares ſuas, ut, ipſius in gratiam, bis eodem anno matrices oves, lana molliſſima præditæ, tonderentur. Aliter, multa perit carminis hujus venuſtas.

IDYLLIUM XXIX.

IN Argumento Græco, quod huic carmini præmissum legere est in Vaticano sexto, dicuntur hæc ΑΙΟΛΙΚΑ ΠΑΙΔΙΚΑ, quæ nempe scripsit in puerum quendam, ejus amicitiam, levitate nimia, deferentem. Dein hæc de metro afferuntur: "Το δὲ μετρον τουτο σαπφικον πενταμετρον τεσσαρακαιδεκασυλλαβον." Forte, vel pars, vel supplementum, poematis hujusce carmina sunt illa, ΠΑΙΔΙΚΑ etiam dicta, quæ primus protulit magnus Casaubonus ad Diogenem Laertium. Not. L. ii. §. 71. p. 121. Titulum vulgatum, ΠΑΙΔΙΚΑ, commode illustrat Athenæus. "Στησιχορος δ' ου μετριως ερωτικος γενομενος, συνεστησε και τουτον τον ΤΡΟΠΟΝ των ΑΣΜΑΤΩΝ ἁ δη και το παλαιον εκαλειτο παιδεια, η ΠΑΙΔΙΚΑ." "*Stesichorus autem amori [puerorum] non mediocriter deditus, eum canticorum modum constituit, quæ olim* Παιδικα, vel Παιδεια *vocaverunt, sc.* Pueriles Lusus et deliciæ." L. XIII. pag. 601. Cas. Edit. Sic et ὑμνους παιδειους, *hymnos in laudem puerorum*, memorat Pindarus, Isthm. II. 5.

> Ὁι μεν παλαι, ὦ Θρασυβουλε,
> Φωτες, ὁι χρυσαμπυκων
> Ες διφρον Μοισαν εβαινον,
> Κλυτᾳ φορμιγγι συναντομενοι,
> Ῥιμφα ΠΑΙΔΕΙΟΥΣ ετοξευ-
> ον μελιγαρυας ῞ΥΜΝΟΥΣ,
> Ὁς τις εων καλος ειχεν, Αφροδιτας
> Ευθρονου μναστειραν, ἁδιστην οπωραν.

> *Prisci quidem, O Thrasybule,*
> *Viri, qui aurea-redimicula-habentium*
> *In currum Musarum ascenderunt,*
> *Inclytæ citharæ obviantes,*
> *Celeriter* pueriles *ejaculabantur mellisonos* hymnos,
> *Siquis puer existens formosus habebat, Veneris*
> *Pulchrithronæ illecebram, suavissimam maturescentiam.*

Ubi

Ubi potissimum Pindarus intelligere videtur, Alcæum, Ibycum, Anacreonta, poetas quam maxime παιδικοις canendis occupatos. Verum conferendus est huc in primis Lexicographus, apud præstantissimi Montefalconii Bibl. Coislin. pag. 474.

V. 6. Ταν σαν ιδεαν. —] Repone Τας σως ιδεας.

V. 8. — Ὀκκα. —] Lege ὀκα, cum Vaticano sexto.

V. 12. — Καλιαν. —] Confer Schol. Apollon. Rhod. I. 170.

V. 16. — Και μην.] Reiskius corrigit κ' αι μεν. Scaliger κ' ει μεν.

V. 18. Εθηκας. —] Discimus e Calliergiana fuisse qui legebant ελειπες.

V. 19. — Ανδρων ὑπερηνορεων. —] Mavult Valckenarius, χλιδωντων ὑπερηνορεων. Ad Phæniss. pag. 62.

V. 22. — Ερος. —] Affert Florentina χρονος.

V. ult. Αλλα περιξ απαλω ςοματος σε πεδερχομαι.] In fine vult Brodæus σε δ' επερχομαι, *osculo te suscipio.* Miscell. VII. 21. Æoles profecto, quorum dialecto carmen scribitur, frequenter πεδα pro μετα, Hesychio Albertiano teste, ponunt in compositis. Sensus, si legas ita, videtur esse. "*Ambio, adfecto* te, *circa* tenerum os. i. e. *Cupio*, vel invado, *tuum os.*" Cæterum, sic corrigendum puto scribendumque versiculum.

ΑΛΛ' ἉΠΡΙΞ απαλω ςοματος σ' ΕΠΙΔΕΡΚΟΜΑΙ.

"Veruntamen, utcunque hoc sit, etsi levis es et inconstans, O Puer, non possum quin tenerum tuum os semper *defixis oculis intuear.*" Ἁπριξ est, *tenaciter, obnixe.* Quoad reliqua, construe, δερκομαι σε επι απαλου ςοματος. Phanocles, in eadem materia, superius citatus ad Idyll. XIV. 19.

Αλλ' αιει μιν αγρυπνοι ὑπο ψυχη μελεδωνες
Ετρυχον, θαλερον ΔΕΡΚΟΜΕΝΟΝ Καλαιν.

At semper insomnem illum sub anima curæ
Torquebant, tenerum Calain aspicientem.

Sed hanc conjecturam, tantum ut probabilem, adfero; unde meliorem peritior aliquis ocyus elicere possit.

IDYLLIUM XXX.

HOC Idyllium grammatici Theocriteis adſcripſerunt in ſecundo Codice Vaticano: ſed non eſſe Theocriti, cum metri ratio, tum magis ipſa carminis indoles, haud obſcure demonſtrant. Anacreonti quidam tribuunt: et, per me licet, inter odas illas argutulas haud incommode recenſeatur, quæ ſub Anacreontis nomine circumferuntur. Huc forſitan irrepſit, quod ejuſdem generis argumentum Bio, cujus cum Theocriticis olim confuſa carmina, tractaverit; quin et noſter, in Adoniaſuſis. Confer Schol. ad Euripid. Hippolyt. v. 1420. Et ibidem Barneſium.

V. 14. — Τοισι τοξοις.] Ut evitetur Ioniſmus, lege, ΤΟΙΣ ΓΕ τοξοις.

V. 30. Εμαινομην φιλησαι.] Confer Homer. Iliad. IV. 160. Anglico prorſus hic idiomate, *I was* MAD *to kiſs it.* Ita, ſed paulo diverſa formula, Idyll. XV. 31. Επι τιν μεμανηναι. *I was* MAD *after her.* Quin et Idyll. XX. 34. Επ' ανερι ΜΗΝΑΤΟ βωτα. Similiter in ſuavi et luculento epigrammate Niciæ, Anthol. I. xxxiii. 31.

Αιολον ἡμεροθαλες εαρ φαινουσα μελισσα,
Ξουθα, εφ' ὡραιοις ανθεσι ΜΑΙΝΟΜΕΝΑ.

Circa varium et benigne-florens ver apparens, O apis,
Flava, in tempeſtivos flores inſaniens.

Μαινομενα επ' ανθεσι, *Mad after the flowers.* Sed non infrequens επιμαινεσθαι τινι, vel τινα, pro *amare.* Confer Lucian. Dial. Marin. I. Wetſt. pag. 288. §. 1. Φασι ποιμενα ΕΠΙΜΕΜΗΝΑΙ ΣΟΙ. *Aiunt paſtorem* INSANIRE IN TE.

V. 32. — Κατεσιναζε.] Scaliger maluit κατεσκιναζε, quod vehementer probat Barneſius. Joannes Auratus, apud Stephanum, Και μευ σιναζε κραντηρ. T. Faber κατεσινασε. Demum Reiskius conjecit, Και καλεσυγκαζεν μευ. *Et ſi mihi irata es.*

V. 40. Ειπεν δε τοις ερωσι.] De V. ειπειν, *jubere,* vid. Cl. Dukerum, ad Thucydid. L. VII. p. 462.

V. ult. Εκαιε τους ερωτας.] Alii hic εκλαιε, alii οδοντας, relegunt. Dorvillius, ad Charitonem, ερωντας probat. Animadv. pag. 431. *Amatorios Dentes.* Non male quidem. Habemus enim ſupra, ΕΡΩΤΙΚΟΥΣ οδοντας. v. 36. Vide ſis Baylæi Dictionarium. ADONIS, Not. C. H.

Putat T. Faber hujus Carminis argumentum peti a veterum conſuetudine; nimirum, in pompis deorum, ducendi leænas, apros, aliaſque id genus feras, quæ domeſtico uſu manſuefactæ fuerant. Ad Anacreont. cap. vi. Forte reſpexit vir doctus ad illud, v. 42. Vide ſis ad Idyll. II. 67.

EPIGRAMMATA.

OB venuftatem fimplicem, cum quibuflibet antiquorum merito conferendi funt hi lufus. Siquis igitur acumine delectatur, idque folum quærit in hoc genere, moneo, prorfus prætereat, et intacta relinquat, Epigrammata Theocriti.

EPIGRAMMA I.

V. 1. Τα ῥοδα. —] Confer Dorvilii Vann. Critic. ix. 9. pag. 344. Necnon Winterton. ad Hefiod. Op. et Di. v. 370.

Ibid. — Καταπυκνος. —] Stephani margo dat κατακαρπης.

V. 2. Ἑρπυλλος. —] E ferpyllo fiebant coronæ pulcherrimæ. Eubulus apud Athen. Caf. L. XV. pag. 679.

> Στεφανους ισως βȣλεσθε, ποτερον ἙΡΠΥΛΛΙΝΟΥΣ,
> Η μυρτινους; ———————
>
> *Coronas fortaffis vultis, an e* ferpyllo,
> *An e myrto?* ———————

V. 5. — Κεραος τραγος ὁυτος ὁ μαλος.] Ita Stephanus interpunxit. Melius tamen, ut apud veterum libros, et Anthologiam Wechelianam, Appendic. pag. 19. Francof. 1600. fol. Ubi nimirum proftant epigrammata quatuordecim Theocriti.

> Βωμον δ' αἱμαξει κεραος τραγος· ȣτος, &c.

Ita nervofior et rotundior fit oratio. Nonnulli perperam edunt ὁμαλος, quafi *planus*, *lævis:* vel, interprete Brodæo, *pinguis*. Mifc. vii. 23. Male certe Latinus interpres *villofus*. Etfi Μαλλος fit *villus*. Cæterum mecum redde, *Cornutus ille, qui totus eft* VILLUS. Habet Leonidas, Ευμαλλȣς οἰες. Anth. III. xxvii. 4. Antipater, Τριχομαλλος οἰς. ibid. I. xxiii. 3. Homerus, Δασυμαλλοι αρσενες οἰες. Odyff. ix. 425. Refcribit hic Cl. Reiskius, ὁ

μαχλος,

μαχλος, salax, lascivus. Tandem optime locum videtur expedivisse Toupius noster, in literis ad me datis. " Nihil muta. Τραγος ΜΑΛΟΣ, est *caper* ALBUS. Idem Μαλος et Μαλλος. Hesychius, Μαλλος. το εριον — και " Λευκος. Idem, Μαλυρος. λευκυρος. Μαλοπαρηος. λευκοπαρηος. Theocritus " in BACCHIS, V. I.

——— " Μαλοπαρηος Αγαυα."

EPIGRAMMA II.

HOC inter ΑΝΑΘΗΜΑΤΙΚΑ, sive *Votiva*, referendum est. Ex quibus unum librum conflavit Constantinus Cephalas in Anthologia sua. Ubi legitur et hoc ipsum carmen. Carm. 448. Conferas ibid. Carm. 339. 400. 401. Quæ PANI etiam Donaria sunt. Bellissime profecto luserunt hujusmodi pastoralibus argumentis epigrammatistæ Græci.

V. 1. — Ὁ καλᾶ. —] Ita corrige,

——— Ὁ ΚΑΛΑ συριγγι μελισδων
Βουκολικους ὑμνους. ———

" *Pulchre* fistula *modulans* hymnos bucolicos." Καλα scilicet adverbialiter sumo. Quod longe simplicius, et Theocriteum magis. Quin et ita canit Apollonius Rhodius, in comparatione plane pastorali et suavissima. Argon. i. 577.

——— Ὁ δε τ' εισι παρος, συριγγι λιγειη
Καλα μελιζομενος νομιον μελος. ———

——— *Pastor autem præcedit, fistula arguta*
Suaviter modulans pastorale melos. ———

Ita apud Homer. Iliad. iii. 388. Ησκειν ειρια ΚΑΛΑ. Ubi cave aliter quam adverbialiter illud Καλα accipias. *Concinnabat lanas* PERITE. Habetur tamen dativum Καλη, in Codice Parisiano Anthologiæ Cephaleæ.

V. 3. — Λαγωβολον. —] Pan habet διπλουν λαγωβολον, Anth. IV. xii. 120. Porro in hoc versiculo legit Salmasius τρητως, pro τριαστους. *Fistulam ex pertusis harundinibus compactam.* Ad Solin. Tom. i. pag. 585. edit. Traj. Recte quidem. Habes τρητως δονακας, in epigrammate collectionis Cephaleæ edito a Cl. Kustero ad Suid. V. ΑΚΟΣΤΗΣΑΣ. Quod est nempe, Carm. 410.

V. ult. — Εμαλοφορει.] Intelligit Reiskius Mala ad amasias mitti sueta. Ego simpliciter intelligo Poma, rusticorum delicias. Pera fuit illa κατωμαδιην gestata, ut apud Moschum, Anth. IV. xii. 49.

EPI-

EPIGRAMMA III.

HUJUS epigrammatis consilium non capit Cl. Reiskius, ut obscurius et remotum. Omnia mihi quidem facilia videntur et aperta. Daphnis in antro dormiebat; quem, formosum puta pastorem, pervestigabant et insectabantur Pan et Priapus, salacissima numina. Monere vult opportune poeta, sibi caveat pastor somno oppressus, et ocyus fugiat. Credo hæc adscripta fuisse statuæ pastoris dormientis, in antro collocatæ.

V. 2. — Σταλικες. —] Proprie *sudes adustæ* quibus imponebant retia. Confer Arnald. Gr. Lect. ii. 9. pag. 164. Et Tryphiodor. v. 215. Aliter fere docti viri ad Hesychium, in V. Conferatur et Artemidorus, de Canibus et armis venaticis agens. Λινα, και ΣΤΑΛΙΚΕΣ, ποδαγραι, βροχοι, &c. Oneirocrit. L. ii. c. xi. pag. 94. edit. Rigalt. Anne hæc metaphorice sunt intelligenda? Anne per hæc vult auroram designare poeta? Anne, quod non debuerit Daphnis dormire, cum parata jam omnia ad venandum? De Pane Venatore vide Misc. Obs. x. 56. Necnon Anthol. IV. xii. 112. xxii. 1. et sequentia plura. Quin et Anth. Ceph. Sepulchral. Carm. 801. Quod imitatur Propertius iii. 12. 43. Carmina quoque Anth. Ceph. Dedicator. 399. 401. 412. Ne plures epigrammatistas excitem. Confer et nos ad Idyll. XXII. 158. Adjiciendus et huc elegantissimi Philostrati locus insignis, ubi Pan dicitur post venationem meridie dormire. Sequitur, Εκαθευδε δ' αρα προτερον μεν, ανειμενος τε και ΠΡΑΟΣ την ῾ΡΙΝΑ, και την ΕΠΙΧΟΛΟΝ ΑΥΤΗΣ λεαινων τῳ ὑπνῳ. Τημερον δ' ὑπερχολα, προσπεπτωκασι γαρ αυτῳ αἱ Νυμφαι. *Dormiebat igitur prius quidem remissus ac mitis* nasum, *et* iracundiam ipsius *somno leniens. Hodie vero supra modum irascitur, ingruentibus in ipsum Nymphis.* Icon. Lib. ii. Tit. ΠΑΝ. pag. 797. D. edit. Paris. In quibus mire illustrantur illa de Pane, Idyll. I. 16. Quæ et huc etiam faciunt.

> Ου θεμις, ω ποιμαν, το μεσαμβρινον, ου θεμις αμμιν
> Συρισδεν· τον Πανα δεδοικαμες· η γαρ ΑΠ' ΑΓΡΑΣ
> Τανικα ΚΕΚΜΑΚΩΣ ΑΜΠΑΥΕΤΑΙ, εντι γε πικρος,
> Και οἱ αει ΔΡΙΜΕΙΑ ΧΟΛΗ ποτι ῾ΡΙΝΙ καθηται.

> *Non fas, O pastor, jam meridie, non fas nobis*
> *Fistulare; Pana metuimus: namque is* a venatione
> *Tunc* fessus requiescere *solet; estque amarulentus,*
> *Et illi semper* acerba bilis in naribus sedet.

Ubi

Ubi suspicari possis proverbiale fuisse illud et appropriatum, περι του ῾ΡΙΝΟΣ του Πανος. Etsi probe sciam, communiter adhiberi solere hanc phrasin ad iram exprimendam. Ita nempe alibi Panis iracundiam consuetam notissimamque Philostratus exprimit. ῾Ο δε Παν εξορχειται μεν ρυθμον δη τινα. Φαιδρον δε αυτω το ειδος, και της ῾ΡΙΝΟΣ ουδεν χολωδες. *Sed Pan, nescio quem rythmum saltat. Clara namque ipsi forma*, iræque nullum insidet naso vestigium. Ibid. L. ii. Tit. ΠΙΝΔΑΡΟΣ. pag. 799. A.

V. 5. — Αντρον εσω στειχοντες.] Non intellige quod revera sunt ingressi. Est oratio excitantis oscitantem pastorem, et omnibus modis urgentis ut ille protinus expergisceretur. "En, *etiam nunc* antrum ingrediuntur quo dormis: Jam adsunt venatores illi, passu velut æquo properantes."

V. ult. — Καταγρομενον.] Ita veteres. Brodæus vult καζαγρομενος, quod exponit καταπαρομενος. Miscell. vii. 23. Quidni legatur κατεγρομενος? Ut ορθιος εγρομενος. Anthol. III. xxiv. 10.

EPIGRAMMA IV.

SUAVISSIMUM hoc carminum Priapeiorum facile fatebere: ita pulchre adhibentur hinc inde, et obiter ostenduntur, amœnissima ruris objecta. Conferantur nonnulla in Anthologia, quibus Tit. ΠΡΟΑΣΤΕΙΑ. Lib. IV. xxx. 1. seq. Præsertim Mariani Scholastici. Ubi videbis ævi recentioris ornamenta fucata. Confer et I. xx. 17.

V. 2. Συκινον.—] Affert Leichius Ξυλινον. Præfat. ad Carm. Sepulchral. pag. ix. Lipsf. 1745.

V. 5. Σακος δ' ευ ἱερος. —] Scribitur et Καπος ευ ἱερος. Ut in Florentina. Bene reponi possit et Λακκος. Quæ lectio defendenda est ex ea quam profert Salmasius, nescio unde, viz. ῾Ερκος ευ ἱερον. *The Bounds were Sacred.* Comment. ad Conf. Triop. Herod. Attic. v. 103. Ex quibus omnibus assumant quod velint maxime, quibus hæ deliciæ sunt cordi.

V. 8. — Βοτρυοπαις. —] Vult Reiskius, *Cui* LIBERI *sunt uvæ.* Vox tamen ei suspecta videtur. Cæterum habetur in epigrammate Philippi, Anth. II. xlvii. 14. Unde ejus sensum, si possis, elice,

> Λαθριον ερπυστην σκολιον ποδα, κισσε, χορευτας,
> Αγχεις την Βρομιου ΒΟΤΡΥΟΠΑΙΔΑ χαριν.

> *Latentem repentem obliquum pedem, edera, saltans,*
> *Implicas Bacchi* UVAS-PRODUCENTEM *gratiam.*

Ubi conqueritur vitis de hedera se occupante.

V. 10. Κοσσυφοι αχευσιν ποικιλοτραυλα μελη.] Sic et Τεττιξ αχει. Idyll. XVI. 96. Κεκροπιδες δ' ηχευσιν. Anth. I. lvi. 8. Sæpius, ut puto, neutraliter. Porro docte probat Dorvilius, passim Poetas, Carmina, Instrumenta musica, ΠΟΙΚΙΛΑ audire: idque pluribus collatis exemplis. Vann. Crit. vii. 7. pag. 153. Quibus adjiciam aliud insuper e Nonno. Ubi poeta, occasione capta, ex communi hoc usu V. Ποικιλος, ita lusum verborum ludit. Dionys. i. 14. 15.

> Στησατε μοι Πρωτηα πολυτροπον, οφρα φανειη
> ΠΟΙΚΙΛΟΝ ειδος εχων, ότι ΠΟΙΚΙΛΟΝ ὑμνον αρασσω.
>
> *Statuite mihi Protea versatilem, ut appareat*
> Variam *figuram habens, quando* varium *hymnum pulso*.

Quod recentiori sæculo concedimus. Habet Homerus Lusciniæ πολυηχεα φωνην. Odyss. xix. 521. Obiter occasionem capio corrigendi Scholiastem Pindari, Olymp. i. 164. ΑΙΟΛΗΙΔΙ ΜΟΛΠΗι. ητοι ποικιλη. Ποικιλα γαρ τα λυρικα. Intelligendum hic certe Melos *Æolicum*. Subinde tamen rectius interpretantur. Alibi Pindarus, Pyth. ii. 128.

———— Δ' εν ΑΙΟΛΙΔΕΣΣΙ χορδαις.

Ubi rite Scholiastes quidem. Μελος το ΑΙΟΛΙΚΩι ῥυθμω συντεταγμενον. — Εν Αιολιδεσσι ϡ χορδαις, ηγουν Βοιωτιαις· εκειθεν γαρ ὁ Πινδαρος. Επει οἱ Αιολεις κιθαρωδοι. Confer omnino nos ad Idyll. XVI. 44.

V. 11. — Μινυρισμασιν αντιαχευσιν.] "Lege cum Scaligero, ανταχευσιν. "Nimirum, Κοσσυφοι ΑΧΕΥΣΙ, Αηδονιδες ΑΝΤΑΧΕΥΣΙ. Nihil verius hac emen-" datione." Cl. Toupius in literis ad me datis.

V. 14. — Αποστερξαι. —] Heinsius vult hoc esse, pro *deponere ex animo penitus*. c. xx. Daphnis erat generale nomen pro pulchro aliquo et adamato pastore. Quare autem Heinsius versus 15. et 16. aliter quam vulgo, constitutum iverit, haud equidem perspectum habeo. c. xxvi. Vide notam sequentem. Porro corripitur in hoc versu prima syllaba Δαφνιδος. Cujusmodi correptionis frequentia dat exempla vir doctus Miscell. Obs. iv. 218. Qui tamen minus scite dixit de quantitate V. Κυκλαμινον, ad Idyll. V. 123.

V. 15. Κευθυς. —] Leichius e veteri quodam exemplari deprompsit κ' αυθις. Necnon, in fine, ην επινευση. Ut supr. p. ix. Palmerius adfert αρα νευση. *Siquidem annuerit*. Exercitat. pag. 815.

V. 16. — Τριοσα θυη. —] Vetus lectio, forte vera, fuit τριοσοθυην.

EPI-

EPIGRAMMA V.

NON modo marmoribus, ſtatuis, templis, ſed et tabulis etiam pictis, adſcripta nonnunquam hujuſmodi fuiſſe carmina, putaverim. Hoc ſi teneas animo diligenter, haud elegantiora ſolummodo videbuntur, ſed et luculentiora longe fient, epigrammatum veterum plurima. Pingebantur hic, ut credat quis, tres paſtores fiſtula ludentes: nec longe procul Pan in antro dormiens, prope quercum annoſam. Verſiculi appoſiti mentem conſiliumque pictoris explicant.

V. 1. — Διδυμοις αυλοισιν. —] Ad hæc verba poterat reſpexiſſe Suidas, in Græcis epigrammatibus verſatiſſimus, V. ΔΙΔΥΜΟΙ. Sed alio facit Kuſterus.

V. 3. Αρξευμαι. —] Dorvilius mavult Ταξευμαι. *Ipſe mihi hoc munus imponam.* Ad Chariton. pag. 188. Sed Αρχομαι Cantorum eſt. Vid. Hom. Odyſſ. viii. 9. Alibique ſæpius. "Hunc locum nuperrime ſollicitarunt "viri eruditiſſimi. Sed perperam. Notandum verbum Αρχεσθαι. Quod "muſicorum eſt. Theocritus in *Thalyſiis*, v. 95.

"Αλλα το γ' εκ παντων μεγ' ὑπειροχον ᾧ τυ γεραιρεν
"ΑΡΞΕΥΜ'. ————————"

"Verbum ſæpius uſurpat Theocritus." Cl. Toupius in literis ad me datis.

V. 5. — Λασιας δρυος. —] Dorvilius legit λασιαυχενος. Ut ſupr. Forſan inelegantius. Plus certe ſcenæ, ſaltem varietatis gratiam, confert quercus antiqua et muſcoſa: et neſcio an ea vox ſit antri conveniens epithetum. Sed rationes non protulit vir in hac arte ſummus. Porro habemus in epigrammate Platonis junioris, Λασιον δρυαδων λεπας. f. Λασιων. Anth. IV. xii. 74. *Hirſutum quercuum promontorium.* Frequens eſt et παρα δρυι, apud epigrammatiſtas, ut ita dicam, paſtorales. Ut Anth. I. lxx. 1. III. xxvi. 1. 2. Centieſque alibi. Vid. ad Idyll. XXVI. 3.

V. ult. — Αιγιβοταν. —] Lege, cum Stephano, Αιγιβαταν. Ita Pan eſt ὁ τραγοπους, Anth. III. vii. 7. IV. xii. 84. Αιγιπους, IV. xxii. 17. Idem αιγικναμος, Ibid. 28. Habet Homerus Αιγιποδην Πανα. Hymn. Pan. v. 2. Eſt et αιγονυξ, Anth. IV. xii. 120. Frequentia e βατης compoſita, alio tamen ſenſu. ορεσσιβατην, Anth. III. xix. 2. Ορειβατα, Ib. IV. xii. 76. Et alibi. Ὑλοβατας. Anth. IV. xii. 85. Ακανθοβατιν. III. xxiv. 16. Veruntamen ex hoc Theocriti loco, caſtigabo verſionem quam dat Latinus interpres, Lubinus, epigrammatis non invenuſti Leonidæ, Anth. IV. xxii. 49.

Τουτ

Τουτο ΧΙΜΑΙΡΟΒΑΤΑι Τελεσων αιγονυχι Πανι
Το σκυλος.——————

Hanc capras ineunti *Teleſon capripedi Pani*
Pellem.——————

Potius "*caprinis pedibus prædito.*" Nec tamen prorſus idem illud eſt αιγονυχι.

Ibid. — Ορφανισωμεν. —] Dorvilius, modo citatus, mavult ορφανισωμες.

EPIGRAMMA VI.

FORTASSE repræſentabatur a pictore aliquo paſtor capellam dilectiſſimam lugens, noviſſime a lupo cæſam. Adſtant vero canes qui fruſtra videntur adlatrare. Rem, paſtoriſque dolorem, interpretantur verſiculi adſcripti. Interea tamen ſuſpicionem meam non hic diſſimulare poſſum, nempe hoc epigramma, unumque etiam atque alterum præterea, eſſe fragmenta, vel Excerpta, libri Elegorum, quem Theocritus ſcripſiſſe perhibetur. Ea, quo ſeriem ſuam copiis undecunque corraſis, et cujuſvis generis, adimplerent, ad Epigrammata poetæ noſtri librariorum gens olim conferebant. Id quod in utraque Anthologia Græca non raro factum vidimus.

V. ult. Οςεον ουδε τεφρα.—] Eam etenim totam lupus comederat. Maluit Cl. Reiskius Οςεων ουδε τεφρα. *Ne cinis quidem oſſium.* Aliter ουδε ſubintelligas ante οςεον.

Ibid. — Οιχομενας.] Sc. non ſimpliciter abeuntis, ſed *mortuæ.* Ita Οιχετ' ἁ χιμαρος, ſupr. v. 3. Alcæus etiam, Anthol. III. xxvi. 77.

Πασα σοι ΟΙΧΟΜΕΝΩι, Πυλαδη, κωκυεται Ἑλλας.

Omnis tibi mortuo, *Pylades, adlacrymatur Græcia.*

Elegantiſſime adhibetur, Anth. Ceph. III. 335.

Οιχομ', Ερωτες, ολωλα, διοιχομαι.——————

Confer Orph. Arg. 593. Lucian. Ocyp. Wetſt. III. pag. 673. v. 157. Apollon. Rhod. I. 644. II. 842. III. 204. Quomodo fortaſſis Odyſſ. xviii. 312. Δην ΟΙΧΟΜΕΝΟΙΟ ανακτος. f. *diutius* MORTUI. Nec raro de rebus inanimatis, pereuntibus, et amiſſis, idiomate prorſus Anglico. P. Silentiarius, Anth. IV. xxii. 29. ver. 8.

Και τον ΑΠΟΙΧΟΜΕΝΟΥ φθογγον υπηλθε μιτου.

"*Cicada vocem ſubiit chordæ quæ perierat.*"

Pindarus,

Pindarus, Nem. X. 146.

ΟΙΧΕΤΑΙ τιμα φιλων τατωμενω
φωτι. ————————

Perit *honor amicis orbato*
Viro. ————————

Idem, Pyth. IV. 146. De Achille, qui comam primam nondum diis de more ſacraverat.

Ουδε κομαν πλοκαμοι
Κερθεντες ΟΙΧΟΝΤ' αγλαοι.

Nec comarum cincinni
Detonſi abierant *pulchri.*

Cæterum hæc ſufficiant. Non quod plura deſint.

EPIGRAMMA VII.

V. 3. — Θυεσσιν. —] Lege cum veteribus editionibus θυεεσσιν.

EPIGRAMMA VIII.

V. 3. — Πολλας. —] Stephanus hic vult Πελλας, *Pellæa.* Heinſius audacter, et ſuo more, βωλυ. Pro *gleba patria.* c. xxvi. Reiskius, haud incommode profus, πο̃τνας, *venerandæ.* Nec infeliciter omnino J. Auratus, αντι παλαιας. Rectius Calliergus, qui ſcilicet agnoſcit noſtram. "Vox "πολλας neutiquam rejicienda eſt. Nimirum ſubintelligitur γης. Noſti "illud Homeri, φιλην ες πατριδα γαιαν. Accedit Theocritus, XVII. 76.

"ΠΟΛΛΑΣ δε κρατεῖ ΓΑΙΗΣ, πολλας δε θαλασσης.

"Quare dicit Ortho. *Pro patria terra, eaque multa et præclara, peregrino* "*tumulo exceptus ſum.* Qui ſenſus optimus." Cl. Toupius in literis ad me datis. Quibus et hæc adjicio. Ita ſubintelligitur Γης, Epigr. XI. 3. viz. επι ΞΕΙΝΗΣ. Similiter, Idyll. XXII. 59. ΤΗΣ ΣΗΣ ουκ επιβαινω. Atqui veteres infortunium credebant, ſiquis *exigua* terra tantum coopertus ſepeliretur. Hinc Lacon, Comatæ ſalſis dicteriis incenſus, imprecatione vulgari optat ne *profunde* ille ſepeliretur. Idyll. V. 43. Appoſite vetus Inſcriptio apud Gruterum. pag. DCLV. 3.

At tibi dent ſuperi quantum, Domitilla, mereris,
Qui facis EXIGUA ne jaceamus HUMO.

Confer Leonidæ Την ολιγην βωλον, Anth. III. i. 3. Vid. et Ibid. xxx. 1.

V. 4. — Εφεσσαμενος.] "Eleganter qui diem ſupremum obeunt, et terra mortui conduntur, a poetis præcipue, γαιαν εφεσσασθαι, dici ſolent. Apollonius Rhod. I. 691. Theocritus, Epigr. VIII. Niſi illud, cum veteri Codice, Leonidæ potius Tarentino ſit tribuendum.

——— Αντι δε ΦΙΛΗΣ
Πατριδος οθνειην κειμαι εφεσσαμενος.

Sic enim [φιλης] liber ſcriptus. Ut Anthol. III. v. 39.

Αιγαιην κειμαι βωλον εφεσσαμενος.

Simonides hinc petitum alio venuſte traduxit apud Athen. III. 125. D. Nicomachus apud Holſtenium ad Steph. V. Πλαταιαι.

——— Οι δε θανοντες
Σαμ' ερατην πατραν κειμεθ' εφεσσαμενοι."

Hæc eximius Hemſterhuſius, ad Heſychium Albert. V. Επιεσσασθαι γην. Qui et pluribus hanc phraſim perſequitur. Neſcio quem Codicem velit Hemſterhuſius. Verum in Codice Pariſiano Anthologiæ Cephalæ, tribuitur Leonidæ: ubi habetur Ονθων pro Ορθων. Legitur et χειμεριας. Μορον pro πολμον. Φιλης pro πολλας. Κ' ειμι pro κειμαι.

EPIGRAMMA IX.

NON extat apud Calliergum, nec inter Theocritea legitur in calce Anthologiæ Stephani. In ipſa tamen eſt Anthologia, pag. 253. Unde tranſtulit Stephanus in Theocritum ſuum, Edit. Princip. Poet. Gr. Loquor de duobus hiſce verſiculis. Tandem Grævius hoc carmen mutilum diu, magnaque ſui parte deſtitutum, quatuor verſibus additis, integrum dedit e Codice Palatino. Quod ita ſe habet, Græv. Lect. Heſiod. c. xiv.

Ανθρωπε, ζωης περιφειδεο, μηδε παρ' ωρην
Ναυτιλος ισθι, ως ου πολυς ανδρι βιος,
Δηλαιε Κλεονικε, συ δ' εις λιπαρην Θασον ελθειν
Ηπειγευ κοιλης εμπορος εκ Συριης.
Εμπορος, ω Κλεονικε, δυσιν δ' υπο Πλειαδος αυτην
Ποντοπορω ναυτη Πλειαδι συγκατεβης.

J. E.

J. E. "*Homo parce vitæ, neque tempore alieno naviga, quia vita hominis eſt brevis. Miſer Cleonice, tu in optimam Thaſum pervenire properaſti, mercator ex Cæleſyria. Mercator Cleonice, ſub ipſum Pleiadis occaſum, mare tranſeuns nauta, cum Pleiade ſimul occidiſti.*"

V. 2. Ναυτιλος ιϑι.—] Nonnullis placuit ων ſubaudire. Reiskius affert Ναυτιλλου. Ιϑι γαρ ως. Qui præterea monet hoc carmen conferas cum Epigr. Callimach. xxi.

V. ult. Ποντοπορῳ ναυτῃ.] Grævius reſcripſerat Ποντοπορος ναυτης. Pulchre quidem cultiſſimus Pierſonus, e Codicibus plerumque. Veroſimil. i. 3. p. 41.

> Εμπορος, ω Κλεονικε, δυσιν δ' ὑπο πλειαδος αυτην,
> ΠΟΝΤΟΠΟΡΩι ΝΑΥΤΗι πλειαδι ΣΥΓΚΑΤΕΔΥΣ.

Vide ſis Grævii Proæmium ad Callimachum Spanhemianum. Ubi teſtatur vir doctus, penes ſe fuiſſe editionem Aldinam Anthologiæ, quam cum Codice Aldino contulerat Sylburgius.

EPIGRAMMA X.

V. 3.—Ἑτερως.—] Veteres ἑτερος. Stephanus ut nos.

EPIGRAMMA XI.

V. 4. Χ' υμνοϑετης.—] Ὑμνοϑετης eſt *poeta.* Proprie vero *Præcentor:* qualis nimirum hodie miniſter ille, qui apud nos in eccleſiis cathedralibus et collegiatis, ubi cantu ſolenni per Chorales plurimos ſacra digne peraguntur, cantanda præſcribit, et chorum rite moderatur. *Who ſetts the tune.* Hæc ita corrigit Reiskius.

> Χὑμνοϑετης εν τοις δαιμονιοις Φιλοκλης.
>
> "*In quibus etiam erat divinus poeta Philocles.*"

Hæc ut leguntur hodie Brodæus emendabat. Probante Heinſio, qui ita locum exponit. "Etiam ipſis poetis ibi notus et acceptus erat, a quibus poſtea epicedium meruit. Itaque ne hoc quidem honore caruit quem poetæ conferunt." c. xxvi. Supremum vero diſtichon ita mutat Heinſius, ut acumen inducat, antiquæ ſimplicitati, tum præcipuæ veteris epigrammatis indoli, prorſus ignotum. Quod, ne vim patiantur aures ingenuæ, non apponimus.

V. 5.

V. 5. — Ὢν ἐποιχεν ἐχέ. —] Joannes Auratus, probante Stephano, dedit ὧν ἔποιχε τυχεν. Lego minore mutatione contextum,

ΠΑΝΤ' ὬΝ, ὩΣ ἐποιχεν, ἐχέ. ———

Ων, pro ὂν, Dorice. Ita hæc cum ſuperioribus melius conveniunt. Doriſmi et alibi in hoc carmine veſtigia comparent: ut V. ναμα, v. 1.

V. ult. — Ακικις. —] Appendix Anthologiæ dat ακικυς. Quod quaſi ſuam conjecturam venditat Palmerius. p. 815. Poterat philoſophus ille noſter, etſi fuerit ακικις, ut cum Reiskio loquar, *habere familiam*. Eſt tamen ingenioſum illud Heinſii αοικος. Porro ita adhibetur V. Ακικυς apud Athenæum. Ω καλε μου Συρατ]ικε, τὴν τȣ μυςρου χρησιν, εμφορου του χονδρου, ἱνα μη λεγης ΑΚΙΚΥΣ ειμι, και ολιγοδρανεω. *O belle Syrattice, coclearis uſum edoctus, alica te ingurgita, ne te dicas* ακικυν ειναι, [viz.] imbecillum eſſe, *et languentem ſpiritum trahere*. iii. pag. 126. Caſ.

EPIGRAMMA XII.

V. 1. Δημοτελης. —] Olim male legebatur, Δημομελης.

V. 3. — Εν πασι. —] Calliergus, et in Anthologia Stephanus, recte dedere παισι. "*Moderatus erat* inter pueros: *in chorea vicit* viros." Male itaque Grævius, Lect. Heſiod. c. vii. p. 34. edit. Cleric. Appoſite Pindarus, ut maxime. Nem. iii. 125.

Εν παισι νεοισι παις· εν
Δ' ανδρασιν ανηρ· τριτον
Εν παλαιτεροισι
Μερος. ———

Inter pueros teneros puer: inter
Viros vero vir: tertia
Inter ſenes
Pars eſt. ———

Necnon, Pyth. iv. 501.

Κεινος γαρ εν παισι νεος.

Ille enim inter pueros juvenis.

Lucianus ex hac formula prorſus, Luc. Wetſt. II. pag. 576. §. 8. Ει γεγονας εν τοις εφηβοις γοργος. *Si fueris acer inter ephebos.* Quin et Homerus, Odyſſ. xvii. 354. ολβιος εν ανδρασιν. Pindarus, Pyth. ii. 149. Κραταιος εν αγαθοις. Anthol. IV. xv. 4. Ου μεγας εν κηποις. Notiſſima et frequentia

Εν

Εν αγιοις, Εν φθιμενοις, &c. quæ huc referenda ſunt. Frequens Εν ηϊθεοις. Vid. Epigram. inedit. ad Idyll. II. 125. VII. 44. Quin et hæc accipe nunquam prius edita. Stratonis, Anth. Ceph. MSS. L. i. 10.

> Αρνειται τον Ερωτα τεκειν η Κυπρις, ιδουσα
> Αλλον ΕΝ ΗΪΘΕΟΙΣ ιμερον Αντιοχον.

> *Negat ſe Amorem peperiſſe Venus, videns*
> *Alium* ſc. inter adoleſcentulos, *amabilem Antiochum.*

Idem, ibid. MSS. i. 164.

> Εξεφλεγην ὁτε Θευδις ελαμπετο ΠΑΙΣΙΝ ΕΝ αλλοις,
> Ὁιος επαντελλων αςρασιν ηελιος.

> *Accendebar quando Theudis elucebat* inter alios pueros,
> *Qualis ſol oboriens aſtris.*

Vide Dorvil. ad Chariton. p. 61. Miror Stephanum revocaſſe hic πασι, cum recte παισι dederit in editione ſua Anthologiæ.

EPIGRAMMA XIII.

DESUNT duo primi verſiculi in Anthologia, Lib. I. cap. 28. Sed allinuntur in ſcholio marginali, pag. 56. edit. Wechel. Ibi de gemina Venere vide Brodæum. Necnon Lucian. Dial. Meretr. pag. 973. D. edit. Bourdelot. Meurſium ad Caſſandr. Lycophron. v. 112. Harpocrationem, V. Πανδημος Αφρ. ibidemque Mauſſacium et Valeſium. Omiſſos verſiculos habet Calliergus.

V. 3. — Ειχε.] Florentina agnoſcit εσχε.

V. 5. Κηδομενοι γαρ.] Hæc ut ita proſtarent emaculavit Stephanus. Veteres vitioſiſſime.

EPIGRAMMA XIV.

PULCHERRIMA fere ſunt, eorum quæ Græca complectitur Anthologia, carmina Sepulchralia. Quorum quidem librum collegit in minori illa Conſtantinus Cephalas; quem primo Cl. Reiskius inter alios integrum edidit. Hoc et ſequens Epigramma nonnulli pro uno habent. Denique omittitur hoc Carmen in Appendice Anthologiæ.

Mmmm EPI-

EPIGRAMMA XVI.

HOC Epigramma veteri marmore literis uncialibus inſcriptum, Venetiis extare in area palatii nobilis cujuſdam viri tradit, ex auctore neſcio quo, Barneſius. Anacreont. pag. 318. edit. 1734. Conferantur huc epigrammata Anthol. Planud. III. xxv. 49. 51. 53. 54. IV. xxvii. 15. 17. Necnon Anthol. Cephal. Oxon. Interpretat. Latin. pag. 201. Denique noſtrum, Epigr. XIX.

V. 4. Των προσθ'. —] Vide ad Idyll. VII. 5. Ubi ſimilis phraſis ocurrit. Quare fallitur Baxterus, qui vult legi ειπε pro ετι. Sc. "*Prioribus eum* NARRA *præcellentiorem Lyricis.* Prolegom. ad Anacr. edit. 1695. 12mo. Simile eſt et οι παλαι. Vide ad Idyll. XII. 16. Quomodo Τον παλαι ποιηταν, Epigr. XX. Sic et Antipater, Anth. I. lxxx. 13. Που τα παλαι κτεανα. *Ubi* antiquæ *apes?* Meleager etiam in epigrammate inedito, Anth. Ceph. MSS. L. i. 62.

Πραξιτελης ο ΠΑΛΑΙ ΖΩΟΓΛΥΦΟΣ αϐρον αγαλμα
Αψυχον μορφης κωφον ετευξε τυπον.

Praxiteles antiquus ſculptor *mollicellam ſtatuam*
Inanimem, formæ ſurdum fabricabat exemplar.

EPIGRAMMA XVII.

V. 2. Ευρων Επιχαρμος.] Siculus erat Epicharmus, et veteris comœdiæ genus antiquius inveniſſe traditur. Conſulatur Bentleius, Diſſ. Epiſt. Phalarid. pag. 199. c. viii. Ita quod ſequitur reſingendum putat Scaliger, Emendd. pag. 230.

Ω Βακχε, χαλκεον νιν αντ' αλαθινȣ
Τιν ωδ' ανεθηκαν
Τοι Συρακοσας ενιδρυωται Πελωρεις τα πολι,
Οι ανδρι πολιτα,
(Σωρον γαρ ειχε χρηματων) μεμναμενοι
Τελειν επιχειρα.

Συρακοσας, genitiv. ſingul. ut Euripidi ΘΗΒΗΣ, αντι Θηϐων. Πελωρεις a vicino Peloro

Peloro promontorio. Hæc Scaliger, non ea prorſus infeliciter. Ita et quintum quoque verſum emendat And. Schottus, pag. 97. Probarem vero magis, cum veteribus, πελωριστᾳ πολει. *Prægrandi urbe*, Sc. Syracuſis. Sed hoc non omnino placet. Itaque corrigo et lego,

> Τον Συρακοσσαις ενιδρυνται, ΠΕΛΩΡΙΟΝ πολει,
> Ὁι' ανδρι πολιτα.

> *Quem Syracuſis collocarunt*, admirandum *urbi*,
> *Ut virum civem decet.*

Sive, "*Miraculum urbis.*" Habemus apud Pindarum, πελωριον ανδρα, Olymp. vii. Πελωριον κλεος, Olymp. x. Πελωριον εργον, Pyth. vi. Porro quare Syracuſæ *portentoſæ* dictæ? Sane ſiquid hic portentoſum, ad Epicharmum, non ad Syracuſas, referendum.

V. 7. Ubi Schottus etiam cum Scaligero conſentit. Cum quibus ſi legas in priore, ſubintellige προσηκει. Peſſime hic ſe dat Florentina. Porro Σωρον ειχε χρηματων eſt quod Anglice dicimus *A Budgett-full of good things.* Sic videlicet Ariſtophanes, Plut. 269. Αυτον ΣΩΡΟΝ ἡκειν ΧΡΗΜΑΤΩΝ εχοντα. *Habentem* acervum pecuniæ *venire.*

V. 9. Πολλα γαρ ποτι ταν ζωαν τοις πασιν ειχε χρησιμα.] Putavit Heinſius το ΧΡΗΣΙΜΟΝ hic ſignificare *utilitatem*, ut finem ſcilicet illius comœdiæ quam coluit Epicharmus. Cum contra Comœdia antiqua riſum ſolummodo, το γελοιον utique, perſequeretur. Ad Horat. Art. Poetic. v. 270. Cæterum de hoc argumento conſulendus eſt imprimis exquiſiti judicii vir, reverendus admodum Ricardus Hurd, Archidiaconus Gloceſtrenſis; qui nuper nova luce, Commentario ſcilicet omnium longe eruditiſſimo, criticas Epiſtolas Horatii donavit. Ego quidem hic ſimpliciter V. Χρησιμα ſumo, nulla relatione habita ad Comœdiam Epicharmi. Commode profecto Greg, Nazianzenus, de veterum ſcriptorum lectione. Iambic. iii. ad Seleuc. Op. Pariſ. Tom. ii. pag. 190. C.

> Σοφως ἁπαντων συλλεγων το ΧΡΗΣΙΜΟΝ.

> *Prudenter ex his colligens quod* utile.

Porro ſolebant Græci ad librorum quos legebant marginem, ubi quid dignum memoria occurreret, ΚΡΗΣΤΟΝ adſcribere. Hinc id genus collectionis natum quod ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑ vocabatur. Qualem nempe Stobæus elaborabat. Vide Suiceri Theſaur. V. Χρηστομαθης. Quod nempe vocabulum habet Longinus, §. iii. pag. 12. Occurrit et Χρηστομαθεια, §. xliv. pag. 238. edit. Pearce, 1762. Ut hinc videas quid hic ſibi velit V. Χρησιμος, quæque vis ejus idiomatica. Confer Cl. Burmannum de Procli *Creſtomathia*, ad H. Valeſii Critic. i. xx. Denique vide, ſi tanti fuerit, quomodo legerit hoc Epigramma Salmaſius ad Solin. Tom. i. pag. 67. edit. ut ſupra.

EPI-

EPIGRAMMA XVIII.

CONFER epigramma Callimachi, in Nutricem, liv. Præterea totum carmen, male acceptum ab interpunctionibus, ita legit Scaliger. pag. 231.

> Ὁ μικκος τοδ' ετευξε τα Θρῄισσα
> Μηδειος το μναμ' επι τα ὁδῳ, κηπεγραψε ΚΛΕΙΤΑΣ.
> (Εξει ταν χαριν ἁ γυνη) αντι τινων,
> Ὡν κουρον εθρεψ', ετι ΧΡΗΣΙΜΗ καλει).

" Nam ΧΡΗΣΙΜΟΣ, χρηστος, ονησιμος, ονησιφορος, sunt Nomina, quæ, ominis causa, servis imponebant Græci; ut Latini, FRUGI."

EPIGRAMMA XIX.

DE Archilocho vulgata dudum omnia. Ad ver. 2. viz. Μυριον κλεος, confer Cl. Valckenarium ad Phœniss. Μυριον αἱμα, v. 1480. p. 498. Latissime, inquit ille, patuit illud Μυριον, de quacunque magnitudine frequentatum.

EPIGRAMMA XX.

PISANDER, ut supra diximus, epicum carmen condidit de rebus ab Hercule gestis. Vid Valckenarium ad Scholia Phœnissarum, pag. 790. Strabonem Lib. xv. pag. 655. 688. C. edit. Paris. Fabric. Bibl. Gr. ix. 590. Denique Kusterum ad Suid. in V.

V. 1. — Ὑμιν. —] Rescribit Reiskius ὑμμιν, duce tamen Valckenario. Ut fiat nempe Phalæcius.

V. 4. — Καμειρου.] Ita bene veteres. Importune Stephanus intulit Καμεριου.

V. 5. — Εξεπονασεν. —] Vide et confer Idyll. VII. 51. Quin et Cl. Valckenar. ad Phœniss. v. 1642. pag. 553. De vi V. Εκπονειν.

EPI-

EPIGRAMMA XXI.

HOC carmen, quod deeſt vetuſtioribus libris, primus huc opportune contulit Stephanus, ex Anthologia. Ipponax ille celeberrimus erat iambographus, improbos acerrime defricare conſuetus. Quo quidem cardine vertitur hoc Epigramma. Plura videbis in eundem, Anthol. Wechel. Lib. iii. pag. 392. Ibi multa de hoc poeta commode doćteque congeſſere Brodæus et Vincentius Obſopæus.

V. 2. — Τυμβῳ.] Scazon eſt. Proinde repoſuit hanc lećtionem, pro ταφῳ, Vinc. Obſopæus, loco citato.

V. 3. — Χρηστων.] Olim Χρηστῳ. Hodiernam bene repoſuit V. Obſopæus, ibidem. Qui locum ita luculenter exponit. "Si malus es, ne accedas ſepulchrum: ſin es bonus, et *a bonis*, fidibundus ſede, et, ſi vis, obſtertito."

V. ult. Θαρσεων, &c.] Ut reſpondeat hic verſus ſecundo, Stephano videtur ita legendus, ordine verborum mutato.

Θαρσεων καθιζευ, καποβριξον ει θελης.

EPIGRAMMA XXII.

IN editione Aldina Artemidoro grammatico tribuitur hoc Epigramma. Cujus ut ſit, vel alterius cujuſlibet grammatici, facile concedam. Theocritum hic noſtrum de ſe loquentem induxiſſe videtur aliquis. Quod ſæpe fiebat ab epigrammatiſtis, in gratiam librariorum; quoque in genere permulta ſuperſunt epigrammata. Qualia ſolenne erat novis Codicibus præfigere. De ſe, ſuoque genere, et patria, non ita ſollicitus fuiſſet ipſe Theocritus. Quæ omnia ut debite diſtinguerent, et rite declarata lećtoribus exponerent, neceſſarium omnino putabant librarii, novam editionem parantes. Quin et, importuna gens hominum, mire ſibi plaudebant in hujuſcemodi minutis et inſulſis indiciis apponendis: ut in fine Georgicorum, et initio Æneidos Virgilii. Præterea in Codice quarto Vaticano, Titulus hujus carminis eſt ὩΣ ΑΠΟ ΤΟΥ ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ. Calliergus, et editiones veteres, exhibuere, pro vulgato ΤΟΥ αυτου, Θεοκριτȣ. Inter Præfationes autem Græcas, in Codice MSS. Politiani, ita inſcribitur iſtud Epigramma. "Εστι δε εις αυτον και τουτι τȣπιγραμμα." Αλλος ὁ Χιος, &c. Artemidoro

midoro potiſſimum tribuo hoc carmen, quod duo alia epigrammata, ejuſdem generis, in Theocritum condiderit: quæque cum hoc, ſub ejus nomine, conjunctim procuduntur apud Aldinam. In quibus videlicet edendis probatos Codices, me teſte, ſecutus eſt Aldus.

V. 1. — Ὁς τάδε γράψα.] Vaticanus ſecundus habet ὁ. γράψας ſecundus et ſextus. Vide Dorvil. ad Epigr. Luciani i. Tom. Wetſt. III. pag. 674.

V. 2. Ἑις απο των πολλων. —] Cicero de Fin. L. ii. §. 55. "Tenuis Virginius UNUSQUE DE MULTIS, &c." i. e. de Plebe.

Ibid. — Συρηκοσιων.] Tres Vaticani Συρακουσιον. Unus Συρακουσιος.

V. 3. — Πραξαγοραο περικλειτης τε Φιλινης.] Vaticanus quintus Πραξαγορα. Sextus Πραξαγορεο. Duo etiam περικλυτης, ut Aldus. Scribendum vero Φιλιννης, ut in Florentina. Scilicet, ut a κορη Κοριννα, ſic a φιλη Φιλιννα. Paulus Silentiarius in epigrammate, Miſcell. Lipſ. Vol. ix. pag. 675.

Προκριτος εςι, ΦΙΛΙΝΝΑ, τεη ρυτις. ———

Vide Toupium noſtrum ad Suidam, V. Οπος. Porro interloquitur in Dialogo quodam Luciani Φιλιννα quædam, Dialog. Meretr. pag. 966. edit. Bourdelot. Occurrit et nomen Philinnæ, Anthol. Planud. VII. 73. Agathiæ.

Η ρα γε και συ, ΦΙΛΙΝΝΑ, Φερεις ποθον. ———

Necnon Apollonidæ, I. xv. 2.

V. ult. — Ου ποτ' εφελκυσαμην.] Vaticanus tertius, Ου τιν' επεκτησαμην. Calliergus quidem Ου τιν', cum Florentina. Aldus ut nos. Ne pluribus minutioribus exponendis immorer.

DOCTISSIMO ATQUE AMICISSIMO VIRO

THOMÆ WARTONO

S. P. D.

J. TOUPIUS.

EN tibi, vir doctiſſime, notas noſtras atque emendationes ad Theocriti SYRACUSIAS. Carmen longe ſuaviſſimum, et quo nihil feſtivius, aut quod vernilitatem ſapiat magis. Eſt autem ſcriptum in honorem Ptolemæi Philadelphi, et ſororis ſuæ Arſinoæ,

Quæ nunc ſorore dulcior.

Nam Ptolemæus, quod Alexandrinis jucundum ſcilicet et ſolenne, in matrimonio habuit, ut Jupiter Junonem, ſororem ſuam αὐταδέλφην Arſinoam.

> Ὧδε καὶ ἀθανάτων ΙΕΡΟΣ ΓΑΜΟΣ ἐξετελέσθη,
> Οὓς τέκετο κρείουσα Ῥέα βασιλῆας Ὀλύμπου.
> Ἓν δὲ λέχος στόρνυσιν ἰαύειν Ζηνὶ καὶ Ἥρῃ
> Χεῖρας φοιβήσασα μύροις ἔτι παρθένος Ἶρις.

Atque hinc illud Sotadis φλυακογράφου, cujus meminit Athenæus XIV. 4. et Plutarchus in libello Περὶ παίδων ἀγωγῆς.

> Εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖς.

Quod auctori, qui regibus uti neſcibat, fraudi et exitio fuit. Ceterum in hoc poemate ΑΔΩΝΙΑ, ſive *feſtum Adonidis* repræſentatur; ubi matronæ duæ Syracuſanæ, tunc temporis Alexandriæ degentes, partes ſuas haud inficete ſuſtentant, et maritos ſuos ſibi invicem deridendos propinant. hinc nomen Idyllio ΑΔΩΝΙΑΖΟΥΣΑΙ Η ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΑΙ. Porro, ut in Ariſtophanis Lyſiſtrata *mulier Lacæna* Λακωνιστὶ loquitur, ſic in hoc poematio *mulieres Syracuſanæ* Συρακουσιστὶ loquuntur. Quæ utraque forma Dorum ſive Peloponneſiorum eſt; ſed diverſa pro diverſo loco. Librarii autem, ut mos iſtorum hominum eſt, rem ſuſque deque habuerunt. Nos nonnulla hic illic reſtituimus. Nam omnia ad priſtinam formam revocare nec meum nec tuum eſt. Sed ad carmen ipſum accedamus.

V. 2. — Ὅρη δίφρον, Εὐνόα, αὐτῇ.] Scribe, αὐτᾷ. ut infra v. 67.

> ——— Πότεχ' αὐτᾷ μή τυ πλαναθῇς.

Notandum

Notandum autem verbum ὄρη. SEE *for a chair, Eunoa.* Quod amicitiæ et obſervantiæ ſignum. Apollodorus Comicus apud Athenæum, Lib. I. pag. 3.

Εἰς οἰκίαν ὅταν τις εἰσίῃ φίλου,
Ἔστιν θεωρεῖν Νικοφῶν τὴν τοῦ φίλου
Εὔνοιαν εὐθὺς εἰσιόντι τὰς θύρας.
Ὁ θυρωρὸς ἱλαρὸς πρῶτον ἐστίν· ἡ κύων
Ἔσηνε καὶ προσῆλθεν· ὑπαντήσας δέ τις
ΔΙΦΡΟΝ εὐθέως ἔθηκε. ———

Ita ſcribendus eſt iſte locus, quem inſigniter violavit Joannes Bourdelotius ad Heliodorum, p. 48. Deinde ſequitur,

Ἔμβαλε καὶ ποτίκρανον. ———

And get a CUSHION *too.* Quod mollitiei et elegantiæ muliebris eſt. Hinc μαλακὴν δίφρακα vocat Noſter ſupra XIV. 41.

——— Μαλακᾶς ἀπὸ ΔΙΦΡΑΚΟΣ ἕδραμε τήνα.

Ubi Schol. Μαλακᾶς δὲ, παρόσον αἱ γυναῖκες μαλακαῖς καθῆνται καθέδραις, ὡς ἐν Συρακούσαις. Scribendum, ΕΝ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΑΙΣ. Ad hoc ipſum Idyllium, quod SYRACUSIÆ inſcriptum eſt, reſpexit Scholiaſtes.

V. 4. Ὦ τᾶς ἀδεμάτω ψυχᾶς.] Vox ἀδέματος ne Græca quidem eſt. Legendum videtur cum Caſaubono,

Ὦ τᾶς ΑΔΑΜΑΤΩ ψυχᾶς. ———

Lucianus in Demoſth. Encomio. Βαβαὶ, τῆς ΑΗΤΤΗΤΟΥ ψυχῆς. Quod idem eſt.

V. 8. Ταῦθ' ὁ πάραρος τῆνος ἐπ' ἔσχατα γῆς ἔλαβ' ἐνθὼν,
Ἰλεὸν οὐκ οἴκησιν. ———

Scribe, ὁ πάραρος. *homo fatuus et immorigerus.* Idem Πάραρος et Πάρηρος, Παράορος et Παρήορος. Ἀπὸ τοῦ Ἀιωρεῖν ſcilicet. de quo Schol. ad Homer. Il. Η. 156. Ψ. 603. Etymologus, Heſychius, Suidas, alii. Dionyſius Halicarn. Antiq. Rom. lib. 7. ſub finem. Δυσὶ γὰρ ἵπποις ἐζευγμένοις, ὃν τρόπον ζεύγνυται συνωρὶς, τρίτος παρείπετο σειραῖος ἵππος ῥυτῆρσι συνεχόμενος· ὃν ἀπὸ τοῦ ΠΑΡΗΙΩΡΗΣΘΑΙ καὶ συνεζεῦχθαι (leg. καὶ ΟΥ συνεζεῦχθαι) ΠΑΡΗΙΟΡΟΝ ἐκάλουν οἱ παλαιοί. Qui locus illuſtris eſt. Quin et aliam vocem addo, ejuſdem plane familiæ et poteſtatis. Heſych. Ἀελλόθριξ. ποικιλόθριξ, ἡ ΠΑΡΕΩΡΟΥΣ καὶ συνεχεῖς ἔχουσα τὰς τριχάς. Ita ſcribendus iſte locus, quem cum Palmerio minus perſpectum habuimus in Epiſt. Crit. p. 53. Dicitur autem Παρέωρος et Παρήορος, ut Μετέωρος et Μετήορος. et notanda vox. nam alibi fruſtra quæras. Quod ſequitur, ἔσχατα γῆς, eſt *extrema pars urbis, et ab aula remota. a remote and unfrequented part of the town.* Hinc Ἐσχατιά. *extrema pars agri.* Lucian. in Timon. Ὥστε ὑπὸ τῶν κακῶν ἐπὶ ταύτην τὴν ΕΣΧΑΤΙΑΝ τραπόμενος,

ἐργάζομαι

ἐργάζομαι τὴν γῆν, ΤΗι ΕΡΗΜΙΑι καὶ τῇ δικέλλῃ προσφιλοσοφῶν ἐνταῦθα. Atque hinc vindicandus simul et illustrandus Theocritus in HYLA. 25.

> Ἆμος δ' ἀντέλλοντι Πελειάδες, ΕΣΧΑΤΙΑΙ δὲ
> Ἄρνα νέον βόσκοντι, τετραμμένου εἴαρος ἤδη·
> Τᾶμος ναυτιλίας μιμνάσκετο θεῖος ἄωτος
> Ἡρώων. ———

Nonnulla de hoc loco non ita pridem commentatus est Cl. Ernestus ad Callimachi Delum; ubi interpretem castigat, ipse castigandus. Nimirum vis verbi Ἐσχατιὰ virum doctissimum cum Casaubono fefellerat. Ἐσχατιαὶ sunt *agrorum extremitates*, sive *pars agri* INCULTIOR *et remotior*. Nos Angli, *the Downs*. Optime Scholiastes nondum editus ad Æschinis Timarchum. Ἐσχατιαί εἰσι τόποι ἔσχατοι τῆς χώρας, περατέμενοι ἢ εἰς ὄρη, ἢ εἰς θάλατταν. Quod usquequaque rectum est. Confer Hesych. in V. et Nostrum XXV. 31. Quare dicit Theocritus, *Tum demum navigationis meminisse Argonautas, cum Pleiades orirentur, et extremam sive* INCULTAM *partem agri herba vestiret*. Quod non nisi *exeunte vere*, sive ἀρχομένου τοῦ θέρους, evenit. Sed hunc locum non intellexit Ernestus. Ceterum quoniam de Theocriti HYLA hic agitur, non possum quin tecum communicem Epigramma satis venustum, in quo ad *Hylam raptum* (et cui non dictus Hylas?) eleganter respexit auctor nescio quis, quem primus dedit doctissimus Muratorius; dedit et Cl. Hagenbuchius in Epist. Epigraph. p. 402. et post eum celeberrimus D'Orvillius ad Charit. p. 260. Sed corruptum omnes et inemendatum. Nos carmen integrum, uti scribi debuit, adponemus. Est autem in puellam quinquennem, *Philtati* et *Alexandræ* filiam, quæ eo abierat, unde negant redire quenquam.

Α Δ Η Λ Ο Ν

> Οὐχ ὁσίως ἥρπαξας ὑπὸ χθόνα, κοίρανε Πλουτεῦ,
> Πενταετῆ νύμφην πᾶσιν ἀπαλλομένην.
> Οἷα γὰρ ἀρχομένου ῥόδον εὔπνοον εἴαρος ὥρῃ
> Ἐξέτεμες ῥίζης πρὶν χρόνον ἐκτελέσῃ.
> Ἀλλ' ἄγ' Ἀλεξάνδρα καὶ Φίλτατε μηκέτ' ὀδυρμοὺς
> Ἱμέρτῃ κούρῃ σπένδετε μυρόμενοι.
> Εἶχεν γὰρ χάριν εἶχεν ἐπὶ χρυσοῖσι προσώποις,
> Αἴθερος ὥστε μένειν ἀθανάτοισι δόμοις.
> Τοῖς πάρος οὖν μύθοις πιστεύσατε· παῖδα γὰρ ἐσθλὴν
> Ἥρπασαν ΩΣΠΕΡ ΥΛΑΝ Ναΐδες οὐ θάνατος.

Ita scribendum est istud Epigramma. In postremo pentametro marmor gravissime laborat. hinc alii aliud, ut fieri solet. Nos ex vestigiis veteris scripturæ veram lectionem absque controversia restituimus. Ἥρπασαν ὥσπερ Ὕλαν. *tanquam Hylam*, ut in fabula est, *rapuerunt*. Sed hæc obiter.

V. 10.—Ποτ' ἔριν φθονερὸν κακὸν αἰὲν ἐμεῖο.] Nugatur hic editor Lipſienſis. Tu nihil muta. Dicitur πρὸς ἔριν, ut πρὸς χάριν, πρὸς ὕβριν, πρὸς ὀργήν. et ſi quæ alia. Senſus eſt: *Id vero agebat ſcilicet homo invidus, ne mihi morem gereret, et ut in omnibus moleſtias crearet.* Optime Scholiaſtes: Φθονερὸν δὲ, ἀντὶ τοῦ ΦΙΛΟΝΕΙΚΟΝ. quod ad mentem Theocriti perquam adcommodatum eſt. In ſequenti verſiculo Editio Florentina,

——— φίλα ΔΙΝΩΝΑ τοιαῦτα.

Quod mire placet. ΔΙΝΩΝ ſive potius ΔΕΙΝΩΝ eſt nomen mariti Praxinoæ. ἀνὴρ τρισκαιδεκάπηχυς. *an overgrown fellow. a Patagonian.* Athenæus, lib. V. p. 213. Μάνιος δὲ Ἀκύλλιος ὁ ὑπατευκὼς, ὁ τὸν ἀπὸ Σικελίας καταγαγὼν θρίαμβον, συνδέτην ἔχων ἁλύσει μακρᾷ Βαςάρνην ΠΕΝΤΑΠΗΧΥΝ, πεζὸς ὑπὸ ἱππέως ἕλκεται. Quæ verba notanda. Prima autem τοῦ τοιαῦτα, quod librario fraudi fuit, nunc brevis, nunc longa eſt. de quo nos ad Suid. V. Ποινή. Theocritus HELEN. EPITHAL. 32.

Οὔτις ἐν ταλάρῳ πανίσδεται ἔργα ΤΟΙΑΥΤΑ.

Ceterum verba Δίων et Δίνων ſive Δείνων non raro permutantur. Schol. ad Theocrit. I. 147. Αἴγιλος δῆμος τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ τινὸς ἥρωος Αἰγίλου. ὅτι δὲ αἱ Ἀττικαὶ ἰσχάδες ἥδεῖαι καὶ ΔΙΩΝ μαρτυρεῖ. Legendum, ΔΕΙΝΩΝ. Locus Dinonis, ad quem reſpexit Scholiaſtes, extat apud Athenæum, Lib. XIV. pag. 652.

V. 18. Χ' ὡμὸς ταὐτά γ' ἔχει, φθόρος ἀργυρίου, Διοκλείδας.
Ἑπτὰ δραχμῶν κυνάδας, γραιᾶν ἀποτίλματα πηρῶν
Πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθὲς, ἅπαν ῥύπος, ἔργον ἐπ' ἔργῳ.

Hic locus et corruptus eſt et parum intellectus. Primum ſcribendum, τ' αὐτά γ' ἔχει. *Ita quoque ſe habet noſter Dioclides. My huſband is as great a fool as your's.* Deinde libri veteres,

Ἑπταδράχμως κυνάδας. ———

Quam lectionem unice probant viri eruditiſſimi. Sed aliud eſt, Ἑπταδράχμως, aliud Ἑπτὰ δραχμῶν. Quod Bentleium noſtrum ad Phalarin fugiſſe miror. Πέντε πόκους ἑπτὰ δραχμῶν λαβεῖν, eſt *Quinque vellera ſeptem drachmis emere.* Πέντε πόκους ἑπταδράχμως λαβεῖν, eſt *Quinque vellera, ſingula ſeptenis drachmis, emere.* Herodotus VI. 89. οἱ δὲ Κορίνθιοι, ἦσαν γάρ σφι τοῦτον τὸν χρόνον φίλοι ἐς τὰ μάλιστα, Ἀθηναίοισι διδοῦσι δεομένοισι εἴκοσι νέας, διδοῦσι δὲ ΠΕΝΤΑΔΡΑΧΜΟΥΣ ἀποδόμενοι· δωτίνην γὰρ ἐν τῷ νόμῳ οὐκ ἐξῆν δοῦναι. *Corinthii autem per id tempus Athenienſibus amiciſſimis dedere rogantibus naves viginti, ſed dedere vendentes ſingulas quinis drachmis: quoniam eas dono dare lege vetabantur.* Ad quem locum conſulendi interpretes. conſulendus etiam Cl. Weſſelingius Diſſert. Herod. p. 151. Quare nullus dubito, quin ſatis ſana ſit vulgata lectio, quam et agnoſcit Scholiaſtes: Καὶ ὁ ἐμὸς ἀνὴρ Διοκλείδας ΕΠΤΑ ΔΡΑΧΜΩΝ ἠγόρασε πόκια γεγηρακότων προβάτων. Lege, ἠγόρασεν

ῥασεν ἑ πόκαρα. *Septem drachmis* QUINQUE *vellera emit*. Itaque dicit Gorgo: *The five fleeces cost my good man seven drachms, and are good for nothing*. Quæ veriſſima et ſimpliciſſima lectio. Quod ſequitur recte exponit Scholiaſtes: ΚΥΝΑΔΑΣ δὲ, οἷον κύνεια, τραχέα. *Vellera non ovina*, ſed ſi diis placet, CANINA. Κυνάδες ſunt *pili caudæ caninæ*. qui ſpurciores et aſperiores. hinc τραχέα exponit Scholiaſtes. Κύνουρα vocat Lycophro, Alexand. 99. ubi recte Græcus interpres, παρὰ τὰς ΤΡΑΧΕΙΑΣ πέτρας. Quæ ſequuntur poetæ mentem explanabunt. Sed locus conclamatus eſt. Legebam aliquando,

——— Γραιᾶν ἀποτίλματα ΜΗΡΩΝ.

Heſychius: Σμήριγγες. πλεκταὶ σειραὶ, βόστρυχοι, καὶ ΤΩΝ ΚΥΝΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΜΗΡΟΙΣ καὶ τοῖς αὐχέσι ΟΡΘΑΙ ΤΡΙΧΕΣ. Hinc pili iſti μήριγγες ſive σμήριγγες dicti. Qui vocem aliunde deducunt, operam ludunt. Et hæc ſpeciem quidem habent. Sed libri nonnulli, ἀποτίλματα πυρῶν. quod ad veram lectionem ducit. Audacter reſcribo:

——— Γραιᾶν ἀποτίλματα ΠΥΓΩΝ.

Veterum pygarum vellimina. Ruſtici noſtri, *tail-locks*. Theocritus V. 121.

Σκίλλας ἰὼν γραίας ἀπὸ σάματος αὐτίκα τίλλοις.

Ubi Schol. Ἀπελθὼν τίλλε, φησὶ, τὰς παλαιὰς τρίχας τοῦ τάφου σοῦ, ἤγουν ΤΗΣ ΠΥΓΗΣ σοῦ. Idem ad v. 43. Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις φησὶ περὶ τοῦ Κλέωνος· Ἐν ταῖς ταφαῖς τίλλεσθαι. ἤγουν, ἐν καιρῷ συνουσιασμοῦ ΤΑΣ ΤΡΙΧΑΣ ΕΚΤΙΛΛΕΙΝ ΠΥΓΗΣ. Locus Comici, quem tangit Scholiaſtes, eſt in Ran. 426. ubi de *Cliſthene*, non *Cleone*, ſermo eſt. Quod et dudum obſervavit Kuſterus. Huc facit Heſychius: Σπόλια, τὰ παρατιλλόμενα ἐρίδια ΑΠΟ ΤΩΝ ΣΚΕΛΩΝ τῶν προβάτων. Hujuſmodi ἐριδίων meminit et Syneſius in Calvit. Encom. p. 64. Corrigendus hac occaſione Heſychius: Ἐρίδια, ἄμαξα. Idem: Ἐρωδία, ἄμαξα. Idem: Ἐρωδία, ἄμαξα. Nugæ nugaciſſimæ. Scribendum, Ἐρίδια, ΜΕΤΑΞΑ. de *metaxa*, ſive *mataxa*, Procopius in Gotthicis, et Cl. Salmaſius ad Vopiſcum in Aureliano. Gloſſæ: *Mataxa*. σικά. lege, σηρικά. Verbum autem Τίλλειν, ut ad Theocritum revertar, in hoc negotio uſitatiſſimum et antiquiſſimum eſt. Varro de re ruſtica, Lib. 2. pag. 93. *Lanam demptam ac conglobatam alii Vellera, alii Vellumina appellant. ex quorum vocabulo animadverti licet, prius lanæ vulſuram quam tonſuram inventam*. Hinc Νακοτίλτης. Heſych. Νακοτίλται, οἱ κείροντες τὰ πρόβατα. Idem: Νάκολον, ἀκάθαρτον. Ad hunc locum ne verbum quidem editores. Tu lege, meo periculo, ΝΑΚΟΤΙΛΤΟΝ, ἀκάθαρτον. et de homine *ſpurco* et *depilato* intellige. Etymologus: Βάμμα Κυζικηνὸν, τὴν ΑΚΑΘΑΡΤΟΝ ἀσχημοσύνην Ἀττικοὶ λέγουσι ΔΙΑ ΤΟ ΤΙΛΜΑ. ἐσκώπτοντο γὰρ ἐπὶ μαλακίᾳ. Ita legendus iſte locus, de quo nos ad Suid. V. Φαικά. Vocem autem Νακοτίλτης uſurpat Archippus Comicus apud Polluc. VII. 28.

NAKO-

ΝΑΚΟΤΙΑΤΟΣ ὥσπερ κωδάριον ἐφαινόμην.

Ita scribendus iste versiculus, cujus nec metrum nec sensum perspectum habuerunt editores.

V. 24. — Ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα.] Alii ὀλβίῳ, alii ὀλβίω. neutrum verum. Scribendum unica voce,

——— ΕΝΟΛΒΙΩι ὄλβια πάντα.

Nosti illud D. Pauli ad Titum I. 15. Πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς. *Omnia quidem pura sunt puris.* Vox Ἔνολβος, quæ paulo rarior est, occurrit apud Maneth. Apoteles. IV. 85.

Παμπλέτους τε τίθησι καὶ ἐντρυφέας καὶ ΕΝΟΛΒΟΥΣ.

Dicitur autem Ἔνολβος et Ἐνόλβιος, ut Ἄνολβος et Ἀνόλβιος. quæ vox restituenda est Choerilo poetæ apud Athenæum, Lib. XI. pag. 464.

Χερσὶν ΑΝΟΛΒΟΝ ἔχω κύλικος τρύφος ἀμφὶς ἐαγὸς,
Ἀνδρῶν δαιτυμόνων ναυάγιον. ———

Ita scribendus videtur iste locus. τρύφος ἄνολβον, *frustum inutile. a broken vessel.* Schol. ad Sophocl. Antig. 1379. Ἄνολβα, ἀνωφέλητα.

V. 28. — Αἱ γαλέαι μαλακῶς χρῄζοντι καθεύδην.] Scribe ex more Dorico, χρήσδοντι καθεύδεν. Noster V. 10.

Οὐδὲ γὰρ Εὐμάρᾳ τῷ δεσπότῃ ἧς τοι ΕΝΕΥΔΕΝ.

Quæ forma redonanda Theocrito in HELEN. EPITHAL. 12.

ΕΥΔΕΝ μὲν χρήσδοντα, καθ' ὥραν ΕΥΔΕΝ ἐχρῆν τύ.

Quæ Danielis Heinsii pulcherrima emendatio. Hujusmodi repetitionibus gaudet Theocritus. Haud aliter V. 52.

——— ΟΣΔΟΝΤΙ κακώτερον ἢ τύ περ ΟΣΔΕΙΣ.

Ceterum notanda locutio proverbialis, αἱ γαλέαι μαλακῶς χρῄζοντι καθεύδειν. *The cat likes fish, but is afraid to wet her feet.* Quod salsum, et ad Eunoam referendum, hominem mollem, delicatulam, otio atque inertiæ deditam. quales mulieres Syracusanæ, de quibus nos supra. Nam *feles* molles et ignavæ. Atque hinc vide an lux accendi possit Libanio in Epistola ad Flavianum. ubi agit de Adolescenti nescio quo, molli quidem et laboris impatienti, quem salse admodum nunc *Ulyssem*, nunc ΓΑΛΗΝ vocat. Verba ejus sunt.

ΦΛΑΒΙΑΝΩι

Ἰοῦ, Ἰοῦ, πόση τις ἡ τῶν δώρων ἐπιῤῥοή· ἀλλᾶντες, οἶνος, χιτὼν, βιβλίον. Εὐθὺς μὲν οὖν ἠπόρουν ὅ, τι τὸ πεποιηκὸς τὸ πλῆθος. Ὡς δὲ ὅτι δεῖ σοι ΤΟΝ ΟΔΥΣΣΕΑ πέμπειν προσέκειτο, μετωνόμασται γὰρ ἤδη, καὶ Η ΓΑΛΗ σεσίγηται), εἶδον ὅτι μηχανὴ ταῦτα ἦν Ὀδυσσέως, μισθῷ με πείσειν ἐλπίσαντος ἃ ἐβούλετο. ἐβούλετο δὲ δραμεῖν ὡς σέ τε, κἀκεῖθεν οἴκαδε.

FLAVIANO

FLAVIANO

Heu, heu, quanta est tuorum donorum copia! botuli, vinum, tunica, libellus. Primum ego anceps eram quidnam copiam illam tantam fecerit. Cum vero recogitarem Ulyssem ad te esse mittendum, (adolescens enim jam aliud nomen accepit et FELIS *tacetur) perspexi callido Ulyssis consilio id omne fieri, qui speret fore, ut quæ velit, præmiis ejusmodi a me consequatur. Ad te enim ille, inde vero domum erat profecturus.* Cl. editor adlusum hic esse putat ad nomen adolescentis, qui *Felinus*, ut pater *Flavianus*, appellatus fuit. Ego vero per vocem γαλῆν hominis *mollitiem* et *ignaviam* denotari putem. Quod omnino verum. Fidem faciet Julianus, optimus Libanii interpres, in Epistola ad Dionysium, p. 444. Ἢ τοῦτο νομίζεις ὑπὲρ τῶν παλαιῶν ἁμαρτημάτων ἀπολογεῖσθαι πρὸς ἅπαντας, καὶ τῆς πάλαι ποτὲ μαλακίας παραπέτασμα τὴν νῦν ἀνδρείαν εἶναί σοι; Τὸν μῦθον ακήκοας.

Γαλῆ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθεῖσα.

Τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τοῦ βιβλίου μάνθανε. *An id putas, quæcunque a te pridem sunt peccata, facile apud omnes excusari purgarique, et nupera fortitudine umbram mollitiei pristinæ obduci? Fabulam audivisti:*

"Felis amore capta formosi viri."

Cetera e libro disce. Quæ egregia sunt, et Libanium mire illustrant. Confer nos ad Suid. V. Γαλῆ. Versus autem Choliambicus, quem laudat Julianus, est Babrii μυθογράφου, cujus passim mentio apud Suidam. Non raro autem ad antiquos, et antiquorum dicta adludit Libanius. Exemplum unum dabo, quia illustre est, et viros doctissimos elusit. Est autem in Epistola ad Andronicum. Καὶ φρονεῖ μὲν μεῖζον Ἀλκιβιάδου, ποιεῖ δὲ τὰ Σίκωνος. Ὅ, τι δὲ οὗτος ἔδρα, τὸν Ἀριστοφάνην ἐροῦ. *Et spiritus quidem majores habet quam Alcibiades, mores autem* SICONIS. *Quid vero Sico fecerit, roga Aristophanem.* Ita scribendus et interpretandus est iste locus, ad quem turpissime cespitavit Cl. Wolfius. SICO est nomen Servi, hominis nequam et temulenti. Ejus meminit Alexis apud Athenæum, lib. 8. pag. 336.

Πίνωμεν, ἐκπίνωμεν, ὦ Σίκων, Σίκων.

Meminit et Eubulus apud Athenæum, Lib. I. pag. 23.

——————— ΣΙΚΩΝ ἐγὼ
Βεβρεγμένος ἥκω καὶ κεκωθωνισμένος.
Α. Πέπωκας οὗτος. Σ. Ἐγὼ πέπωκα μὰ τὸν Δία
Μενδαῖον. ———————

——————— SICO *ego*
Madidus adsum et appotus probe.

 A. *Bibisti*

A. *Bibisti credo.* S. *Ego vero per Jovem bibi*
Mendæum. ——————

Ita scribendus et vertendus est iste locus, quem perperam sollicitavit magnus Animadversor. Hinc fabula Aristophanis ΑΙΟΛΟΣΙΚΩΝ inscripta. de qua Casaubonus ὁ πάνυ ad Athenæum, et nos nonnulla ad Suid. V. Ἀγοράσαι. Ad hanc fabulam respexit Libanius. Sed in viam tandem redeamus.

V. 36. — Πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν
Ἢ δύο. ——————

Ad hunc locum, antiquum suum obtinet Cl. Reiskius, ut strenue nugetur. Atqui rem satis dilucidatam dederat, ut Scaligerum taceam, Cl. Bentleius ad Phalaridis Epistolas. Accedit Scholiastes: πλέον ἠνάλωσα, φησιν, ἢ δυοῖν μνᾶν καθαρᾶ ἀργυρίε. *It cost me more than two* minæ *of pure silver.* Idem πλέον δυοῖν μνᾶν et πλέον ἢ δυοῖν μνᾶν. Hujusmodi pleonasmis delectantur Græci. Lysias Orat. de Aristoph. p. 349. Ed. Taylor. Στεφάνῳ δὲ τῷ Θαλλᾶ ἐλέγετο εἶναι ΠΛΕΟΝ Η ΠΕΝΤΑΚΟΝΤΑ ΤΑΛΑΝΤΩΝ. *Stephanus autem Thalli filius dicebatur rem possedisse pluris talentis quinquaginta.* Ad quem locum consulendus doctissimus Marklandus. Quæ sequuntur,

—————— Τοῖς δ' ἔργοις καὶ τὰν ψυχὰν ποτέθηκα,

Exquisita sunt, et omnes interpretes fefellere. Τὴν ψυχὴν τοῖς ἔργοις προσθεῖναι, est *Animam suam in opere ponere*; sive, *ita se cruciare et fatigare, ut vitam suam periclitetur.* Quare dicit Praxinoa: *Ita me totum dedi telæ detexendæ, ut pæne animam meam in opere posuerim. It cost me more than two* minæ, *and my life almost in the bargain.* Qui sensus optimus est. Ita locutus est Polybius in Excerptis Valesii, p. 1402. Διὰ τὴν ἀπληστίαν καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς ἰδίοισι φθονηθεὶς, ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΠΡΟΣΕΘΗΚΕ τῷ χρυσίῳ. *He lost his money and his life together.* Ita legitur iste locus apud Suid. Edit. Mediolan. V. Σκόπας. et in Constantini Collectaneis. quem perperam sollicitarunt viri eruditi. Græcam elegantiam, ut solet, expressit Virgilius:

—————— *Animasque in vulnere ponunt.*

Ceterum scribendum ex forma Dorica,

—————— Καὶ τὰν ψυχὰν ΠΟΤΕΘΗΚΑ.

Quod et recte animadvertit vir doctissimus in Epistola ad Roverum. Verbum occurrit apud Erinnam in Epigrammate, quod ob singularem elegantiam hic integrum et emendatum adponam.

Η Ρ Ι Ν Ν Η Σ

Ἐυπαλάμων χειρῶν τάδε γράμματα. λῷστε Προμηθεῦ,
Ἐντὶ καὶ ἄνθρωποι τὶν ὁμαλοὶ σοφίαν.

Ταύταν

Ταύταν γοῦν ἐτύμως τὴν παρθένον ὅστις ἔγραψεν,
Αἴκ' αὐδὰν ΠΟΤΕΘΗΚ', ἦς Ἀγαθαρχὶς ὅλα.

Ita ſcribendum eſt iſtud Epigramma. Quicquid autem *dextrum* et *ingenioſum* eſt, Εὐπάλαμον vocant Græci. de quo Caſaubonus ad Athenæum et ad Ariſtophanis Equites. hinc Εὐπαλάμων χειρῶν. *ingenioſi artificis.* Nihil verius aut elegantius.

V. 49. — Ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες ἔπαισδον.] De hoc loco celeberrimus D'Orvillius ad Charit. p. 86. et Cl. Reiskius ad Polybium, p. 54. Sed neuter rem adſecutus eſt. Ἐξ ἀπάτης παίζειν eſt *dolo malo ludere.* Ἐξ ἀπάτης ὑβρίζειν vocat Aſclepiades in Epigrammate. Sic ſolebant Alexandrini. ἄνδρες κεκροτημένοι ſcilicet, *ad nequitias inſtructi atque exercitati.* de quibus Scholiaſtes ad Comici Nub. 1128. Hujuſmodi homines Κρόταλα et Κροτήματα vocabant Græci. Ariſtides Tom. 2. p. 266. Ἄνδρας ὀξεῖς καὶ δεινοὺς καὶ ΣΥΓΚΕΚΡΟΤΗΜΕΝΟΥΣ. Διαῤῥαπισμένους exponit Scholiaſtes. qui et Metaphoram eſſe ait ἀπὸ τῶν κεκεντρωμένων χαλκῶν. *a ferramentis quæ malleo acuminantur.* Quocum vel facit vel non facit Heſychius: Ἄκροτον, ΑΔΙΑΡΡΙΠΙΣΤΟΝ, ἀπαίδευτον. Ceterum ut Theocritus παίζειν ἐξ ἀπάτης, ſic Paulus Silentiarius, in Epigrammate, παίζειν ἐξ ἀρετῆς. Carmen ipſum adſcribam. Eſt autem in *Atticum* quendam, qui ne poſt mortem ſepulchro careret, ſibi vivus procuraverat.

Ἀττικὸς εἰς ξυνήν με πανάγρεος ἐλπίδα μοίρης
Θυμῷ θαρσαλέῳ ζῶν ἔλαχηνε τάφον,
ΠΑΙΖΩΝ ΕΞ ΑΡΕΤΗΣ θανάτου φόβον· ἀλλ' ἐπὶ δηρὸν
Ἠέλιος σοφίης μιμνέτω ἠελίῳ.

V. 50. — Κακὰ παίγνια, πάντες ἐρειοί.] Locus plurimum et fruſtra divexatus. nam quæ hic commentati ſunt viri doctiſſimi, non ſunt unius aſſis. Legendum ſine dubio:

———— Κακὰ παίγνια, πάντες ΑΕΡΓΟΙ.

Πάντες ἀεργοί. *a parcel of idle raſcals.* Heſych. Ἀεργὸς, ἀργὸς ἢ κακοῦργος. Epimenides apud Paulum ad Titum, I. 12.

———— Κακὰ θηρία, γαστέρες ΑΡΓΟΙ.

Alter ad alterum reſpexit.

V. 59. — Ὄχλος πολὺς ἄμμιν ἐπιῤῥεῖ.] Libri fere omnes,

———— Ὅσος ὄχλος ἄμμιν ἐπιῤῥεῖ.

Quam lectionem agnoſcit Scholiaſtes ad Idyll. I. 42. cujus verba ſunt: Κατὰ ταῦτά (leg. ταὐτά) ἐστιν ἐλλιπὲς καὶ τό· ΟΣΟΣ ΟΧΛΟΣ ἄμμιν ἐπιῤῥεῖ. τὸ γὰρ ἐντελὲς, βαβαὶ τοῦ ὄχλου, ὅσος ἡμῖν ἐμπίπτει. Quæ paulo infra leguntur, ita diſtinguenda ſunt:

———— Ἀπρὶξ ἔχευ, Εὐνόα, ἁμῶν.

Nota

Nota locutio, ἀπρὶξ ἔχεσθαι. de qua nos ad Suid. V. Προσκείμενοι. Corrigendus obiter Scholiastes: Ἀπρίξ. ἀντὶ τοῦ ἐμπεφυκότως, ὥστε μὴ διαπρῆσαι τὴν συμφυΐαν. Lege ΔΙΑΠΡΙΣΑΙ. Schol. ad Sophocl. Aj. 310. Ἀπρίξ. ὅλῃ δυνάμει, ἰσχύρως, ἀσφαλῶς, προσπεφυκότως. ὃ οὐχ οἷόν τε ΠΡΙΣΑΙ διὰ τὴν σύμφυσιν. Atque hinc corrigendus Plutarchus in Dione; quem corruptum viderunt, emendare non poterant viri eruditi. Οὗτος μὲν οὖν εὐθὺς κατελθὼν διεπεφύκει τῆς τυραννίδος. Locus elegantissimus unius literulæ ope persanandus est. Scribendum, ΔΙΕΜΠΕΦΥΚΕΙ τῆς τυραννίδος. *Tyrannidi ita firmiter inhæsit, et se totum dedit, ut divelli nequiret.* Sermo est de *Philisto* historico, de quo Nepos in Dione. *Eodemque tempore Dionysius Philistum historicum Syracusas reduxit, hominem amicum non magis tyranno, quam tyrannidi.* Notandum autem verbum Διεμπεφυκέναι. quod elegans et rarissimum est.

V. 80. — Ποῖαί σφ' ἐπόνασαν ἔριθοι;] Schol. Ἔριθοι δὲ, οἱ ὑπουργοὶ, ἤγουν ἐργουργοί. Scribe, ΕΡΙΟΥΡΓΟΙ. Schol. ad Homer. Il. Σ. 550. Ἔριθοι κυρίως μὲν ΕΡΙΟΥΡΓΟΙ, καταχρηστικῶς δὲ καὶ οἱ μισθοῦ ἐργαζόμενοι. Etymologus: Ἔριθος σημαίνει τὸν ἐργάτην, καὶ τὴν γυναῖκα τὴν ἐργαζομένην τὰ ἔρια. hinc φιλέριθος ἠλακάτη Theocrito in COLO, et Συνέριθος ἄτρακτος in Epigrammate Leonidæ, apud Reisk. p. 164. Quod hic, ut suum cuique reddam, et quæ male divulsa et disjecta sunt, in locum atque ordinem restituam, emendatum adscribam.

ΛΕΩΝΙΔΑ.

Ἑσπέριον κ' ἠῷον ἀπώσατο πολλάκις ὕπνον
Ἡ γρηῢς πενίην Πλατθὶς ἀμυνομένη.
Καί τι πρὸς ἠλακάτην καὶ τὸν ΣΥΝΕΡΙΘΟΝ ἄτρακτον
Ἤεισεν, πολιοῦ γήραος ἄγχι θυρῶν.
Καί τι παριστίδιος δινευμένη ἄχρις ἀπ' ἠοῦς
Κεῖνον Ἀθηναίης σὺν Χάρισιν δολιχόν.
Ἢ ῥικνῷ ῥικνοῦ περὶ γούνατος ἄρκιον ἱστῷ
Χειρὶ στρογγύλλουσ' ἱμερόεσσα κρόκην.
Ὀγδωκονταέτις δ' Ἀχερούσιον ἤυγασεν ὕδωρ
Ἡ καλὰ καὶ καλῶς Πλατθὶς ὑφηναμένη.

Ita scribendum et redintegrandum est istud Epigramma, quod elegans et venustum est. Primum libri omnes, πενίην ἀμυνομένη. quod verum. Philippus in Epigram. Anthol. p. 156.

Λιμὸν ὀϊζυρὴν ΑΠΑΜΥΝΟΜΕΝΗ πολυγήρως
Νικὼ, σὺν κούραις ἠκρολόγει στάχυας.

Eleganter, ut solet, Apuleius Metamorph. IX. *Ego misera* ET PERNOX ET PERDIA *lanificio nervos meos contorqueo, ut intra cellulam nostram saltem lucerna luceat.* Deinde recte MSS. Καί τι πρὸς ἠλακάτην —— Καί τι παριστίδιος. Nimirum vel ad *colum*, vel ad *telam*, vel ad *fila* denique *glomeranda*,

randa canebat anus jocundiſſima. Quod Cl. editori fraudi fuit. Theocritus, XXIV. 74.

> Πολλαὶ Ἀχαιϊάδων μαλακὸν περὶ γούνασι νῆμα
> Χειρὶ καταστρέψοντι, ἀκρέσπερον ΑΕΙΔΟΥΣΑΙ.

Vocula autem τι eleganter repetitur. Vide Theocritum in Epigrammate quinto, et nos ad Suid. V. Κρέκουσα. Reliqua per ſe manifeſta ſunt. Ceterum notanda vox Παριστίδιος, quam fruſtra alibi quæſiveris.

V. 89. Μᾶ πόθεν ὤνθρωπος;—] Illud Μᾶ auctoritatis ſuſpectæ eſt. Neſcit Scholiaſtes, neſcit Heſychius, neſcit Etymologus. Euſtathius quodammodo agnoſcit, ſed ſolus, quod ſciam, agnoſcit. Adde quod Euſtathius in Theocriteis explicandis non ſemel hallucinatus eſt. de quo alius erit dicendi locus. Quare vehementer ſuſpicor ſcripſiſſe Theocritum:

> Πᾷ; πόθεν ὤνθρωπος; ————

Gorgo præ ira exclamat, *Ubi natus es? Unde ortus es? Quæ patria, qui natales?* Notum illud Homeri,

> Τίς; ΠΟΘΕΝ εἰς ἀνδρῶν; ΠΟΘΙ τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

Heſych. Πόθι, ποῦ. Idem ποῦ et πᾷ. quam voculam ſæpius uſurpat noſter. Literæ autem Μ et Π non raro permutantur. hinc corruptus Theocritus, VIII. 74.

> Οὐ μὰν οὐδὲ λόγον ἐκρίθην ἄπο τὸν πικρὸν αὐτᾷ.

Lege, τὸν μικρόν. *ne verbulum quidem reſpondi.* Quod vernile eſt. Idem vero vidit D. Heinſius: et nihil verius hac emendatione. Ceterum, dum in hoc curriculo ſumus, corrigendus omnino Heſychii locus, qui omnes interpretes eluſit. Πῆι, ποκα. Vox altera ex more et conſuetudine Dorum eſt. quod miror non animadvertiſſe editores. Tolle vero odioſam interpunctionem, atque ita reſcribe, Πῇ ποκα. Nimirum excidit, ut ſolet, interpretamentum. Reſpexit autem grammaticus ad Theocritum, VIII. 34.

> ΠΗι ΠΟΧ' ὁ συρικτὰς προσφιλὲς ᾆσε μέλος.

V. 90. —Πασσάμενος ἐπίτασσε.] Scribendum,

> ΠΑΣΑΜΕΝΟΣ ἐπίτασσε. ————

De verbo Πάσασθαι elegantiſſimus Muretus in Variis, et doctiſſimus Valckenarius ad Ammonium. Euripides apud Stobæum Grotii, p. 235.

> ———— Δούλους γὰρ οὐ
> Καλὸν ΠΕΠΑΣΘΑΙ κρείσσονας τῶν δεσποτῶν.

Ceterum notanda hic primum vis Cæſuræ. deinde placet verbi repetitio.

> Πασσάμενος ΕΠΙΤΑΣΣΕ. Συρακοσίοις ΕΠΙΤΑΣΣΕΙΣ.

Quod Theocrito ſolenne eſt. Haud diſſimiliter Sophocles Aj. 1127.

> Ἀλλ᾽ ὦνπερ ΑΡΧΕΙΣ ΑΡΧΕ, καὶ τὰ σέμν᾽ ἔπη
> Κόλαζ᾽ ἐκεῖνα. ———

Ita legendus eſt iſte locus. Vulgo Κόλαζ᾽ ἐκείνους. quod fruſtra defendit Scholiaſtes. Senſus eſt: *Servis tuis, non nobis, impera; et ſuperbis iſtis dictis parcius utaris.* Κολάζειν ἔπη eſt *verba caſtigare, retundere, parcius adhibere.* Philoſtratus in Aſpaſio. Ὁ δ᾽ αὖ τὸν ἑαυτοῦ ΛΟΓΟΝ, πῶς ὑποκυμαίνοντα, πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τὴν ἐκείνου ΕΚΟΛΑΣΕΝ. *Hic vero ſuum dicendi genus, quod nimis redundabat, ad accuratam illius formam exegit et caſtigavit.* Ita ſcribendus iſte locus ex emendatione noſtra ad Suidam. Confer etiam Philoſtratum in Epiſtola ad Juliam Auguſtam. et Schol. ad Apollon. Rhod. I. 739. Verbum Græcum attigit Virgilius:

> PARCIUS *iſta viris tamen objicenda memento.*

V. 95. — Οὐκ ἀλέγω μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς.] Lego et diſtinguo,

> Μὴ φύη Μελιτῶδες, ὃς ἁμῶν καρτερὸς εἴη.
> Πλὰν ἑνὸς οὐκ ἀλέγω, μή μοι ΚΟΝΙΑΝ ἀπομάξῃς.

De veſte ſua, ne quid detrimenti capiat ſcilicet, ſollicita eſt, ut ſupra, Praxinoa. Quare ad hominem ſe convertit et dicit: *Unum tantum metuo, ne pulverem in me abſtergas.* Quod verum videtur. Idem κόνιν, κονίαν, et κονιορτόν. Huc egregie facit Lucas, X. 11. Καὶ ΤΟΝ ΚΟΝΙΟΡΤΟΝ τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πόλεως ὑμῶν ΑΠΟΜΑΣΣΟΜΕΘΑ ΥΜΙΝ. Quod plane geminum germanum eſt.

V. 98. Ἅ τις καὶ Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον ἀρίστευσε.] Hæ meræ tenebræ viris eruditiſſimis. Primum quis cujuſve fuerit iſte *Sperchis*, ignorant. Deinde quod reddunt, *Quæ Sperchin in cantu lugubri ſuperavit*, a Græcis certe alieniſſimum eſt. Græci enim ἀριστεύειν τινὸς, non τινὰ, dicunt. Theocritus, XVII. 45.

> Κάλλει ΑΡΙΣΤΕΥΟΙΣΑ ΘΕΑΩΝ πότνι᾽ Ἀφροδίτα.

Confer Cl. Valckenarium ad Herodot. VII. 106. Recte autem poeta, Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον. SPERCHIS eſt nomen *ialemi*, ſive *carminis lugubris*, quod in honorem *Sperchidis*, qui ſe Perſæ pro patria interficiendum obtulerat, cantabatur. Hiſtoria legitur apud Herodot. VII. 134. ubi Σπερθίης vocatur. Sed Plutarchus, Lucianus, Stobæus, Suidas, Σπέρχιν vocant. Quibuſcum facit Syracuſanus noſter. Verba Suidæ ſunt: Σπέρχις καὶ Βοῦλις, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, αὐθαίρετοι ἐς Πέρσας ἦλθον, δίκην δώσοντες Ξέρξῃ τῷ Περσῶν βασιλεῖ ὑπὲρ τῶν κηρύκων, τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ πεμφθέντων καὶ καταχωσθέντων ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων. Ubi quos Herodotus *Spartanos*, Suidas *Athenienſes* vocat. Sed noſtri lexicographi oſcitantia doctis jampridem perſpecta eſt. Dicebatur autem *carmen*, quod laudes *Sperchidis* et *Bulidis* continebat, SPERCHIS; ut *Scolium*, quod in honorem *Harmodii* et *Ariſtogitonis* cantitari ſolebat, HARMODIUS. Ariſtoph. Acharn. 977.

οὐδὲ

Οὐδὲ παρ᾽ ἐμοί ποτε ΤΟΝ ΑΡΜΟΔΙΟΝ ᾄσεται
Συγκατακλινεὶς. ———

Quo respexit Antiphanes Comicus apud Athen. Lib. XI. p. 503.

Ἔπειτα μηδὲν τῶν ἀπηρχαιωμένων
Τούτων περάνης, τόν τε ΤΕΛΑΜΩΝΑ, μηδὲ τὸν
ΠΑΙΩΝΑ, μηδ᾽ ΑΡΜΟΔΙΟΝ. ———

Quæ tria nomina *Scoliorum* sive *cantilenarum* sunt. Quare locum Theocriti ita demum interpretandum esse censeo: *Quæ in canendo Sperchide, quod carmen lugubre est, primas tulit.* Quod omnino verum, et cum Græcis concordantissimum est.

V. 101. — Χρυσῷ παίζοισ᾽ Ἀφροδίτα.] Dores παίσδοισα, non παίζοισα. Idem autem χρυσῷ παίζουσα et χρυσῷ χαίρουσα. Quæ Græcis solennis locutio. Vide nos ad Suid. V. Νηφάλιος. Rem egregie illustravit Daniel. Heinsius, non pessimus Theocriti interpres. Quare nihil ultra tentandum.

V. 113. Πὰρ δ᾽ ἁπαλοὶ κᾶποι. —] Ἀδώνιδος κῆποι in Proverbium abiere. de quo consulendi paroemiographi, et Cl. Upton. ad Arrian. Epictet. p. 262. Ejus meminit Julianus in Cæsaribus, loco eleganti, quem, quia ab iis qui de Adonismo scripserunt, prætermissus est, hic integrum subjiciam. Est autem, p. 329. Ed. Spanhem. Καὶ ὁ Σειληνός· Ἀλλ᾽ ἢ ΤΟΥΣ ΑΔΩΝΙΔΟΣ ΚΗΠΟΥΣ ὡς ἔργα ἡμῖν, ὦ Κωνσταντῖνε, ἑαυτοῦ προσφέρεις; (MS. προφέρεις;) Τί δὲ, εἶπεν, εἰσὶν οὓς λέγεις Ἀδώνιδος κήπους; αἱ γυναῖκες, (leg. ΟΥΣ αἱ γυναῖκες) ἔφη, τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀνδρὶ φυτεύουσιν ὀστρακίοις ἐπαμησάμεναι γῆν λαχανίαν. χλωρήσαντα δὲ ταῦτα πρὸς ὀλίγον, αὐτίκα ἀπομαραίνεται. Locus insignis. Primum notanda locutio, γῆν λαχανίαν. quæ rarior. Deinde vide illud, τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀνδρί. *Veneris marito.* Quomodo locutus est Thocritus infra, 131.

Νῦν μὲν Κύπρις ἔχοισα τὸν αὐτῆς χαιρέτω ΑΝΔΡΑ.

Huc salse adludit Daphnis apud Nostrum, I. 109. versibus lepidissimis, quos hic adponam, ut emendatiores legantur.

Οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος, ἕρπε ποτ᾽ Ἴδαν,
Ἕρπε ποτ᾽ Ἀγχίσαν. ———
Ὡραῖος χ᾽ ὤδωνις, ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει,
Καὶ πτῶκας βάλλει, καὶ θηρία τἆλλα διώκει.

Hæc nullo modo satisfaciunt. Tentabat Reiskius, sed tentabat frustra. Reponendum omnino,

ΩΡΕΙΟΣ χ᾽ Ὤδωνις. ———

Sensus est: *Tu me rides, et de* BUBULCO *triumphos agis. Sed Anchises* BUBULCUS; *sed Adonis* PASTOR; *et uterque* MONTES *colebant.* Idem ὤρειος et ὄρειος. Qua voce utitur Polybius, Lib. X. p. 835. Καὶ ΤΩΝ ΟΡΕΙΩΝ τοὺς ΑΚΟΝΤΙΖΕΙΝ καὶ λιθάζειν δυναμένους, οἵ τινες κατὰ τάξιν μὲν οὐκ ἔμενον. Ita scribendus

ſcribendus iſte locus, qui cum Noſtro conferendus eſt. Manum ſuam agnoſcit Theocritus, III. 46.

> Τὰν ᾗ καλὰν Κυθέρειαν ΕΝ ΩΡΕΣΙ ΜΑΛΑ ΝΟΜΕΥΩΝ
> Οὐχ οὕτως ΩΔΩΝΙΣ ἐπὶ πλέον ἄγαγε λύσσας,
> Ὡς οὐδὲ φθίμενόν νιν ἄτερ μασδοῖο τίθητι;

Confer etiam Idyll. XX. 35. Eodem mendo laborat Epigramma, neſcio cujus, in Anthol. Cephalæ, p. 2. Edit. Reiskii. quod hic emendatum adſcribam.

Α Δ Η Λ Ο Ν

> Γήραϊ δὴ καὶ τόνδε κεκυφότα φαγινὸν ὄσδον
> Ὤρεσιν ἀγρώτῃ βωκόλοις ἐξέταμον.
> Πανὶ δέ μιν ξέσαντες ὁδῷ ἔπι καλὸν ἄθυρμα
> Κάτθεσαν, ΩΡΕΙΩΝ ῥύτορι βωκολίων.

V. 115. — Ὅσσα γυναῖκες ἐπὶ πλαθάνῃ πνέοντι.] Diu eſt quod emendavimus,

———— Ἐπὶ πλαθάνα ΠΟΝΕΟΝΤΙ.

Quod verum. Verbum autem Πονεῖν in hoc negotio ſignificantiſſimum eſt. Plutarchus in Lucullo. Νεόπλουτα δ' ἦν τοῦ Λουκούλλου τὰ δεῖπνα τὰ καθ' ἡμέραν, οὐ μόνον στρωμναῖς ἁλουργέσι καὶ διαλίθοις ἐκπώμασι καὶ χοροῖς καὶ ἀκροαμασιν ἐπεισοδίοις, ἀλλ' ὄψων τε παντοδαπῶν καὶ ΠΕΜΜΑΤΩΝ περιττῶς ΔΙΑΠΕΠΟΝΕΥΜΕΝΩΝ παρασκευαῖς ζηλωτὸν ἀνελευθέροις ποιοῦντος ἑαυτόν. Quod vero ſcribit Cl. Reiskius, πιεῦνται, putidiſſimum eſt. Deinde legitur,

> Πωτῶνται, πτερύγων πειρώμενοι, ὄζον ἀπ' ὄζου.

Quæ librarii emendatio eſt. Tu priſtinam formam fac reſtituas,

———— Πτερύγων πειρώμενοι, ΟΣΔΟΝ ΑΠ' ΟΣΔΩ.

Sappho apud Schol. ad Idyll. XI. 39.

———— Ὡς γλυκύμαλον ἐρεύθεται ἄκρῳ ἐπ' ΟΣΔΩ.

Ita ſcribendus iſte locus. Eandem formam ſervat Noſter, THYRSIDE 28.

> Καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον ἁδέϊ καρῷ,
> Ἀμφῶες, νεοτευχές, ἔτι γλυφάνοιο ΠΟΤΟΣΔΟΝ.

Ut ὄζος et ὄσδος, ſic ὄζειν et ὄσδειν. Quod ubique tenendum. Ceterum notanda obiter vox Ἀμφῶες. quod ad *poculi* μέγεθος *indicandum* addit poeta. Schol. Ἀμφῶες, τὸ ἀμφοτέρωθεν ἔχον ὠτία τινά. Διὰ δὲ τούτου ΤΟ ΜΕΓΕΘΟΣ παρίστησιν. Recte. Idem dicendum de *Neſtoris poculo* apud Homerum, quod *quatuor anſis* et *gemina* βάσει gaudebat. Qui locum aliter accipiunt, falluntur.

V. 125. Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω, μαλακώτεροι ὕπνω·
Ἁ Μίλατος ἐρεῖ. ——] Diſtinguo,

Πορφύρεοι

Πορφύρεοι δὲ τάπητες, ἄνω μαλακώτεροι ὕπνω.

Tapetes ex alia parte ψιλοὶ, ex alia *villoſi*. hinc ἄνω μαλακοὺς *ſuperne molles* vocat poeta. Ita locutus eſt Heſychius: Διακονίς. ἐπὶ ὑφῆς ἱματίου ΑΝΩΜΑΛΛΟΥ, ὃ φαμεν κονίζειν. Καὶ ἄνθρωπος ὁ μὴ πυκνός. Ita ſcribendus iſte locus ex emendatione Scaligeri, quem minus perſpectum habuerunt nuperi editores. Intelligendus autem Heſychius de *veſte hirſuta*, et *villis* tanquam *tectorio* oblita. Quin et *homo futilis* et nullius pretii Διακονὶς dicebatur. Τοῖχον κεκονιαμένον vocat D. Paulus. quod perinde eſt. Ceterum quos ἄνω μαλακοὺς appellat Theocritus, μνιαροὺς τάπητας *muſcoſos tapetas* vocat Antiphilus in Anthologia Cephalæ. de quo nos ad Suid. V. Μνιαρόν. et Epiſt. Crit. p. 156. Huc adluſit Antipater in Epigrammate; quod, quia tenerrimum eſt, et ex Syracuſano noſtro magnam partem expreſſum, hic integrum ſubjiciam.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ

Η καὶ ἔτ' ἐκ βρέφεος κοιμωμένη Ἀντιοδημὶς
ΠΟΡΦΥΡΕΩΝ Παφίης νοσσὶς ἐπὶ ΚΡΟΚΙΔΩΝ·
Η τακεραῖς λεύσσουσα κόραις ΜΑΛΑΚΩΤΕΡΟΝ ΥΠΝΟΥ,
Λυσίδος ἀλκυὼν τερπνὸν ἄθυρμα μέθης·
ΥΔΑΤΙΝΟΥΣ ΦΟΡΕΟΥΣΑ ΒΡΑΧΙΟΝΑΣ· ἣ μόνη ὀστοῦν
Οὐ λάχεν· ἦν γὰρ ὅλη τοὺν ταλάροισι γάλα·
Ἰταλίην ἤμειψεν, ἵνα πτολέμοιο καὶ αἰχμῆς
Ἀμπαύσῃ Ῥώμην μαλθακίνῃ χάριτι.

Carmen elegans et ubique Theocritum redolens. Quod vero legitur, Ὑδατίνους φορέουσα βραχίονας, ex Siculo noſtro manifeſte deſcriptum eſt, qui ita ſcribit in COLO.

Σὺν τᾷ πολλὰ μὲν ἔργ' ἐκτελέσεις ἀνδρείοις πέπλοις,
Πολλὰ δ' οἷα γυναῖκες ΦΟΡΕΟΙΣ' ΥΔΑΤΙΝΑ ΒΡΑΚΗ.

Ubi inepte Interpres, ὑδάτινα βράκη. *aquatiles braccas*. immo vero, *molliculas, delicatulas*. quales *Mileſiarum* ſcilicet. Quod ex Antipatro conſtat. Callimachus,

——— ΥΔΑΤΙΝΟΝ κάιρωμ' ὑμένεσσιν ὅμοιον.

Theocriti autem veneres libenter imitantur Epigrammatographi. En exemplum non minus illuſtre:

ΔΩΡΙΕΩΣ

Τοῖος ἔην Μίλων ὅτ' ἀπὸ χθονὸς ἤρατο βρῖθος,
Τετραετῆ δάμαλιν ἐν Διὸς εἰλαπίναις,

 Ὤμοις

Ὤμοις δὲ κτῆνος τὸ πελώριον ὡς νέον ἄρνα
Ἤνεγκεν δι᾽ ὅλης κοῦφα πανηγύρεως.
Καὶ θάμβος μὲν᾽ ἀτὰρ τοῦδε πλέον ἤνυσε θαῦμα
Πρόσθεν Πισαίοις ξεῖνε θυηπολίου.
Ὃν γὰρ ἐπόμπευσεν βοῦν ἄζυγον, εἰς κρέα τόνδε
Κόψας, πάντα ΚΑΤ ΟΥΝ ΜΟΥΝΟΣ ΕΔΑΙΣΑΤΟ ΝΙΝ.

Verſus poſtremus, quod nemo vidit, *Theocriteus* eſt. Noſti illud Idyll. IV. 34.

Αἴγων ὀγδώκοντα ΜΟΝΟΣ ΚΑΤΕΔΑΙΣΑΤΟ μάσδας.

V. 147.—Ἀνάριστος Διοκλείδας.] Hunc locum minus intellexerunt interpretes. Idem ἀνάριστος et ἄγευστος, ſive ἀνακράτιστος. Quare dicit Gorgo: *My huſband has had no meat for the day.* Heſych. Ἄριστον, τὸν πρωϊνὸν ΑΚΡΑΤΙΣΜΟΝ. Schol. ad Homer. Il. Ω. 124. Ἄριστον δὲ λέγει νῦν τὸ πρωϊνὸν ἔμβρωμα, ὃ ἡμεῖς λέγομεν ΑΚΡΑΤΙΣΜΑ. Ita ſcribendus iſte locus. Confer Plutarch. Sympoſ. Lib. VIII. p. 726. Athenæum, p. 11. et Schol. ad Homer. Il. B. 381. Atque hinc corrigendus Theocritus in THYRSIDE, loco omnium vexatiſſimo, et qui viros doctiſſimos fruſtra exercuit. eſt autem, v. 50.

—— Τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνάσειν
Φατὶ πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.

Ubi Schol. Ἐνταῦθα δὲ Ἀκράτιστον ἀντὶ τοῦ Ἄγευστον. quod falſum eſt. Proculdubio ſcribendum,

———— Πρὶν ἢ ΑΝΑΡΙΣΤΟΝ ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.

Error ortus videtur ex interpretamento. Ἀνάριστον, ἄγευστον, ἀνακράτιστον. quæ vox poſtrema, nonnihil decurtata, in textum irrepſit. hic fons et fundus corruptelæ. Quare corrigendus Scholiaſtes: Ἐνταῦθα δὲ ΑΝΑΡΙΣΤΟΝ ἀντὶ τοῦ Ἄγευστον. quod omnino verum. Rem egregie expreſſit Apuleius Metam. IX. p. 219. *Quanto me felicior Daphne vicina, quæ* MERO ET PRANDIO MATUTINO *ſaucia, cum ſuis adulteris voluptatur.*

V. 148. χ᾽ ὠνὴρ ὄξος ἄγαν.—] Scribe ὀξὺς ἄγαν. Theocritus in CYNISC. AMOR. 10.

Τοιοῦτος μὲν ἀεὶ τὺ φίλ᾽ Αἰσχίνα, ἄσυχος, ΟΞΥΣ.

Huc imprimis facit Etymol. V. Ὀξύς. καὶ ΟΞΥΝ ΑΝΘΡΩΠΟΝ τὸν ταχέως θυμούμενον. Automedon in Epigram. Anthol. Lib. II. p. 269.

Εἰπεῖν τὸν καλέσαντα φυλάσσομαι· ἔστι γὰρ ΟΞΥΣ.

Quæ ſequuntur ita legenda ſunt cum Caſaubono,

———— Πεινᾶντί γε μηδὲ ΠΟΤΕΝΘΗΙΣ.

Ad eſurientem ne accedito. Noſter, Epigram. in Hipponactem.

Εἰ

Εἰ μὲν πονηρὸς, μὴ ΠΟΤΕΡΧΕΥ τῷ τύμβῳ.

Eleganter Polybius in Excerptis Valeſii, p. 1324. Τοιαύτην ἐποιεῖτο τὴν φαντασίαν, ὥστε τὸ θεασάμενον πρὸς πᾶν ζῶον ἑτοιμότερον ἂν ΠΡΟΣΕΛΘΕΙΝ ἢ πρὸς ἐκεῖνον. Ceterum, quoniam Automedontis mentio hic facta eſt, hominis in re epigrammataria non infimi nominis, nequeo mihi temperare, quin hic coronidis loco adſcribam Epigramma, quod primus et ſolus publici juris fecit Cl. D'Orvillius in Siculis, p. 271. idque eo libentius, quod exquiſitum eſt, et vera ejus lectio virum doctiſſimum fugerit.

ΑΥΤΟΜΕΔΟΝΤΟΣ

Ἡμίονοι σύγγηροι ἐμὴν κομέουσιν ἀπήνην,
  Ταῖσιν Ὁμηρείοις πάντα λιταῖς ἴκελαι.
Χωλαί τε, ῥυσαί τε, παραβλῶπές τ' ὀφθαλμῶ,
  Ἡφαίστου πομπὴ, σκύτινα δαιμόνια.
Οὔποτε γευσάμεναι μὰ τὸν ἥλιον οὐδ' ἐν ὀνείρῳ
  Οὐ θέρεος κρίθην, οὐκ ἔαρος βοτάνην.
Τοὔνεκ' ἐμεῦ μεν ἕκητι βίον ζώοιτε κορώνης
  Ἡμίονοι, κενεὴν ἠέρα βοσκόμεναι.

Muli coævi meam vehunt rhedam,
  Homeræis omnino PRECIBUS *ſimiles.*
Claudi, ſtrigoſi, et oculis ſtrabis;
  Vulcani pompa, larvæ coriaceæ.
Qui nunquam guſtarunt, ne per ſomnium quidem,
  Vel æſtate hordeum, vel vere herbam.
Quare, me quidem volente, vitam vivite cornicis
  Muli, et inanem aera, quod facitis, carpite.

Ita ſcribendum et interpretandum iſtud Epigramma. In verſu poſtremo vox Ἡμίονοι, quæ vulgo deeſt, tum ad metrum, tum ad ſenſum neceſſaria videtur. Vide Leonidam in Epigrammate, de quo nos ſupra. Recte autem Ἡφαίστου πομπή. *digni qui in Vulcani comitatum admittantur.* quia *claudi* ſcilicet. Deinde feſtive, σκύτινα δαιμόνια. *Skin and bones.* δαιμόνια autem vocat, quia aere veſcebantur. Notum illud Homeri,

Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον,
Τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται.

Atque hinc emendandus videtur Heſychius: Διαίτα τοῦ οὐρανοῦ. τὸ φαγεῖν, τὸ πιεῖν. Quod falſum et librario imputandum. Legendum omnino. Δίαιτα τοῦ οὐρανοῦ. ΟΥΤΕ φαγεῖν, ΟΥΤΕ πιεῖν. Sic vivunt cœleſtes. et ſic vivebant muli Automedontis. Sed totum hoc Epigramma longe doctiſſimum et elegantiſſimum eſt.

Atque

Atque hæc dicenda habui ad Theocriti SYRACUSIAS. Poſſem plura; ſed otium deeſt, deſunt libri manuſcripti, ſine quibus nihil fere tentandum in Theocrito. Sed hiſce ferculis Tu nos, ut ſpero, propediem beabis ex penu BODLEIANO; quibus omnes harum cupediarum ſtudioſos æternum demerebis. Interea deſiderio tuo deeſſe nolui, et hoc publicum amicitiæ noſtræ et ſtudii in te mei teſtimonium exſtare volui. Vale, Vir doctiſſime, et illuſtrem Academiam OXONIENSEM ornare perge. Dabam S. MARTINI. xx. Decemb. MDCCLXVII.

INDEX

VERBORUM MEMORABILIUM;

ET SCRIPTORUM,

QUI IN HAC EPISTOLA EMENDANTUR.

ADDENDA ET CORRIGENDA

IN NOTIS.

IDYLL. I.

AD v. 1. p. 1. *Adde.* Apud Longi Pastoralia, Daphnis dicitur fistula certare cum pinuum susurris. Ὁ μεν ΕΣΥΡΙΖΕΝ ἀμιλλωμενος προς τας ΠΙΤΥΣ. L. iii. pag. 121. edit. Jungerman. Porro Pan amabat Nympham Pityn, quæ in pinum mutata est. Longus ibid. Lib. ii. pag. 87. Hinc Constantinus Pinum Pani tribuit, ejus etiam germine coronari solito. Qui et hanc historiam persequitur. Geoponic. L. xi. cap. x. pag. 308. Cantab. 1704. Commode igitur pinus hic adfertur.

V. 6. —Κρης.—] "Retine κρης. Ita Dores qui contractionibus gaudent. Falsum quod de metro bucolico somniat Heinsius." MSS. Not. Sanctam.

V. 17. —Αμπαυομενος.—] Αναπαυεσθαι, inquit Cl. Salmasius, peculiariter et proprie significat, *Meridie cessare.* Ad Solin. Tom. i. pag. 96. edit. Traj.

V. 24. —Αοιας ερισδων.] De hac phrasi vide Jungermannum ad Long. Pastoral. pag. 246. In Appendicula.

Ad v. 27. p. 5. *Adde.* Pro *mulctrali* plus semel usurpatur Κισσυβιον apud Theophylacti Simocattæ Epistolas. Το ΚΙΣΣΥΒΙΟΝ αει πληρωσεις γαλακτος. CISSYBIUM *semper implens lacte.* pag. 200. Necnon ibid. pag. 404. 409. edit. Cujac. Ita glossator Vaticanus interpretatur Κρητηρα, per ΚΙΣΣΥΒΙΟΝ, in illis apud Idyll. V. 53. Ubi statuit pastor Κρητηρα μεγαν λευκοιο γαλακτος. *Cratera magnum albi lactis.* Apud Lucianum, in Dialogo Jovis et Ganymedis, adhibetur etiam pro *mulctrali*, vel saltem vase aliquo lactis capace. Inquit Ganymedes, *Se nescire infundere* LAC, et αναδουναι το ΚΙΣΣΥΒΙΟΝ Cui reponit Jupiter, Ιδου, παλιν ουτος ΓΑΛΑΚΤΟΣ μνημονευει. *Ecce* de LACTE *ille iterum cogitat.* Wetst. Tom. i. p. 211. §. 4.

Ad v. 30. p. 6. *Adde.* "Hedera poculum illud ambiebat per extremas oras. Quæ hedera lita auripigmento fuit, ut κισσος χρυσοκαρπος exprimeretur. Ἑλιχρυσος Auripigmentum. Hesychius. Ἑλιχρυσος. οι μεν το αρσενικον, οι δε το ανθος ελιχρυσου βοτανης. Quod autem Hesychius κεκονισμαι, κεκλυσμαι interpretatur, in hac eadem significatione posuit Theocritus, Κισσυβιον ΚΕΚΛΥΣΜΕΝΟΝ αδεϊ κηρω. *Cera oblitum poculum.* Ut igitur κονισαι pro κονισαι, ita κονια pro κονια, ἡ χρισις. Quo sensu et calx ita dicitur, quo linebant et inducebant parietes." Salmas. ad Solin. Tom. ii. p. 868. Confer huc quæ dixit Cl. Toupius ad Idyll. xxii. 38.

V. 34. Adducitur in scholio Homerus emendatus ab Aristotele. Qua de re vide Kuster ad Suid. V. ΖΗΝΟΔΟΤΟΣ.

V. 38. —Κυλοιδιοωντες.—] Confer elegantissimum Rhunkenium, ad Timæi Lex. Plat. V. Κοιλοιδιαν.

Ad v. 55. p. 9. *Adde.* Ambigue forte lusit Oppianus hic citatus, V. Ὑγρος. More quidem sæculi non optimi.

Ad v. 61. p. 13. *Adde.* Habet Bio, pro carmine, Ἀδυ τι ἹΜΕΡΟΕΝ. Idyll. viii. 2.

Ad v. 64. p. 14. *Adde.* Ita corrige, vel lege, epigramma Meleagri hic citatum, ex Codice Parisiano. Bibl. Bodl. inter MSS. Sanctamand.

Μηδε συ τον στερχθεντα λυρη Φοιβοιο, προφητη
Δαφνη παρθενιη μελφ' Ὑακινθον επι.

Dein adscribitur hæc nota, forte Guyeti. "An quod apud Delphos, aut alibi, Hyacinthus ab Apollinis prophetissa prædicari, in honorem Apollinis, soleret? Δαφνη, hic ἡ Προφητις vocatur, nomine Apollini charo, et famulis ejus imponi solito. Alludit autem ad Daphnem ab Apolline amatam. Theocritus, Νυν Ὑακινθε λαλει, &c." Porro Dion ille, est e pueris formosis, quorum nomina implicantur in Coronam παιδικην Meleagri.

Ad v. 66. p. 15. *Adde.* Ita vocabatur DAPHNIS infans expositus et repertus apud Longum, nomine apud pastores honoratissimo. L. i. pag. 5. edit. supr. Porro ad hanc Daphnidis CANTILENAM celeberrimam referenda sunt, quæ memorat idem Sophista, Παλαιων ποιμενων ποιηματα. L. ii. pag. 78. Anne DAPHNIACA Agathiæ sunt ad hunc Daphnim referenda? Vid. Anthol. vi. ix. 1. Et Suid. V. ΑΓΑΘΙΑΣ. Præcipue vero vide quæ Parthenius de Daphnide servavit e Timæi Rebus Siculis, Erotic. cap. xxix. pag. 393. Paris. 1675.

Ad v. 72. p. 16. *Adde.* Confer Ανεκλαιουσιν, apud Bion. Idyll. i. 94.

V. 88.

V. 88. Ita Longus de pecorum conflictationibus. Εγινοντο και τραγων διωγματα, και εις τας αιγας ερωτικωτερα πηδηματα. — Οι δε νεοι — ΕΤΗΚΟΝΤΟ προς τα ΘΕΑΜΑΤΑ. *Conspiciebantur et hircorum adsectationes, inque capras saltus ardentiores.* —— *Juniores autem* — INTABESCEBANT ad hæc SPECTACULA. L. iii. pag. 106. edit. supr.

Ad v. 102. p. 19. *Adde.* Confer D. Heinf. Exercitat. Sacr. Lib. iii. cap. i. pag. 138. edit. Elzev. 1638.

V. 117. De Epaphrodito, celebri grammatico, citato hic e Scholiaste, vide Kuster ad Suid. in V.

V. 120. Confer huc Scholiast. ad Apollon. Rhod. i. 769. Duo versiculi, hic a Scholiaste nostro citati, sunt Apollon. Rhod. i. 769. 770.

Ad v. 147. p. 22. *Adde.* Atticas ficus esse optimas, testatur Procopius sophista, in Epistolis. Δεδεγμαι τας καλας ισχαδας, και ΚΡΕΙΤΤΟΥΣ, οιμαι, των ΑΤΤΙΚΩΝ. *Recepi ficus pulchras illas quidem, et* MELIORES, *puto*, ATTICIS. pag. 441. edit. Cujac.

V. 148. — Τιτλιγος, &c.] Proverbialis lepos in his. Vide Cl. Wolf. ad Liban. Epistol. ccccxiv. pag. 212. 11.

IDYLL. II.

Ad v. 2. p. 25. — Οιος κωτα.] Confer Wolf. ad Liban. Epistol. DCCCCXXiii. pag. 456.

Ad v. 3. p. 25. *Adde.* Defendit illud Βαρυνευντα, ex Μελανευντα, in epigrammate quodam Callimachi, Cl. Valckenarius ad Phœniss. v. 93.

V. 17. Ιυγξ ελκε. —] Græci, inquit Salmasius, Ιϋγγα vocant omne in quo est aliquid ελκυστικον, ex hac avicula. Qui et pluribus eam doctissime persequitur. Ad Solin. Tom. ii. pag. 662. edit. supr. Confer Suid. in V. Adhibe huc Oppianum, Halieut. iv. 132. Confer et Lucian. Philops. Tom. iii. Wetst. pag. 42. §. 14. Ubi nempe processus magicus hac ipsa forma describitur.

V. 34. — Αλλοθεν αλλος.] Vide Oppiani Halieut. ii. 565. Confer et Misc. Obs. Vol. iv. Tom. i. pag. 12.

Ad v. 46. p. 30. *Adde.* Non infrequens apud Græcos hæc allusio. De Ariadna scilicet a Theseo deserta et relicta. Confer Alciphronis Epist. pag. 259. edit. Bergler. Videsis et Ovid. Epist. ii. viz. Phyll. Demoph. v. 76.

Ad v. 48. p. 31. *Adde.* Crateuæ, celebri cuidam Botanico, datur epistola ab Hippocrate, inter Hippocratis Epistolas. pag. 322. edit. Cujac. Επιςευμαι σε ριζοτομον αριστον, εταιρε, &c. Subinde memoratur ejus proavus Cratevas.

V. 59. — Θρονα. —] Consule Misc. Obs. Vol. v. Tom. 2. pag. 284.

Ad v. 62. p. 31. *Adde.* Confer D. Heinf. Exercitat. Sacr. L. v. cap. viii. pag. 295. edit. Elzevir. 1638.

V. 67. Αλσος επ' Αρτεμιδος. —] Dianæ cultus maxime vigebat Syracusis. Nemo tamen ejus Lucum memorat alibi, præter Diotimum in venustissimo epigrammate. Anthol. Const. Ceph. edit. Oxon. pag. 42. Carm. 513.

ΑΛΣΟΣ δ', ΑΡΤΕΜΙ, τουτο κατα Χαριτεσσι θεουσαις
Ειη επ' ανθεμιδων συμβολα κουφα βαλειν.

Contingat opera tua, O DIANA, *ut Gratiæ per hunc* LUCUM *discurrentes injiciant levia sui vestigia florum areis.*

Ad v. 68. p. 32. *Adde.* De formula ει δε, consule Misc. Obs. Vol. iv. Tom. 2. pag. 261.

Ad v. 74. p. 33. *Adde.* Occurrit Clearistæ nomen apud Long. Past. L. iv. p. 156. edit. supr. Ο Διονυσοφανης αμα τη ΚΛΕΑΡΙΣΤΗ.

Ad v. 79. p. 33. *Adde.* Describit puella quædam formosum nudatumque adolescentem, in palæstra a se visum. Ubi inter cætera hoc habes. Το δε ελαιον επιχεομενον ηλιοειδως περιεςραπτε, &c. *Oleum vero superinfusum ad solis modum circumfulgebat*, &c. Ex quo spectaculo protinus, ut hæc nostra scilicet, amore virgo percellebatur. Epistol. Theophylact. Simocatt. pag. 413. edit. supr. Porro in epigrammate Posidippi, hic adducto, ita conjicitur a docto viro, f. Guyeto, Cod. Parif. Bibl. Bodl.

Τεινοιτ' ιοδοκος αργυρεη φαρετρη.

Ad v. 80. p. 34. Pro "in Aphrodisiacis," lege "Aphrodisiacus."

V. 86. — Αματα. —] De Dorica hac forma consule Cl. Valckenar. ad Phœniss. v. 1573.

Ad v. 125. p. 38. In epigrammate, ver. 3. pro φιλημα τι, conjicitur φιλημ' οτι. Cod. Parif. Bibl. Bodl.

Ad v. 127. p. 39. In epigrammate, ver. 4. pro Πωλησω, conjicitur Φωλησω. Cod. Parif. Bibl. Bodl.

V. 140. Χρως, &c.] Vide Valckenar. ad Phœniss. v. 1619.

IDYLL. III.

V. 5. — Κνακωνα. —] Aliud scholium vult *luteum*, a Κνηκω *herba lutea*. Aliud *album* hircum. Has lites componit Salmasius ad Solin. Tom. ii. pag. 629.

V. 8. — Ερωτυλον. —] In hujusmodi blandula compellatiuncula, belle nostrum Longus imitatur. L. iv. pag. 162. edit. supr. Ubi Gnatho parasitus ad magistrum suum. Συ δε ουκετι καλεσεις ΓΝΑΘΩΝΑΡΙΟΝ, ωσπερ ειωθεις παιζων αει. *Tu vero haud amplius me vocabis* GNATHONULUM, *ut assidue per jocum soles.* Ut illud obiter notem, non illepide, nec nulla festivitate comica, depingitur apud Longum parasitus ille Gnatho: etsi alio prorsus genere, pastoralibus nimirum descriptionibus et figmentis, ingenium Longi præcipue cernatur.

Ad v 12. p. 44. Epigramma Rhiani, quod me fugerat, editur a doctis viris in editione nupera et luculentissima Mœridis Atticistæ, pag. 210. 211.

Ad

Ad v. 13. p. 44. *Adde.* Μελιτταᾶν βομβευσᾶν non omittuntur a Longo, L. i. pag. 11. L. iv. pag. 150. edit. ſupr. Ubi in cæteris etiam Theocritum reſpexit.

Ad v. 17. p. 17. *Adde.* Videſis Hemſterhuſ. ad Lucian. Dial. Mort. pag. 352. Tom. i. Wetſt. §. 3. Necnon Heſych. Albert. V. ΚΑΤΑΣΜΥΞΑΙ.

Ad v. 19. p. 46. Pro "olcum," lege "locum."

Ad v. 20. p. 47. Cum ſcripta jam eſſent hæc et excuſa, reperi ſerius idem conjeciſſe ipſum Hoelſlinum in Notis ad Apollonii locum.

Ad v. 31. p. 49. Poſt Athenæum citatum, *Adde.* Habemus V. ΑΓΡΙΟΩΤΙΣ in epigrammate citato ab Heinſio in Horatium. Epiſt. Piſ. v. 220.

Ad v. 32. p. 50. *Adde.* "Παραιβάτης eſt *ſocius, adjutor, qui ſecundas tantum partes obtinet, aſſecla,* Παρα το βαινειν παρα. Hoc erat hujus mulieris officium, utpote ποιολογούσης, ſequi juxta meſſores ac ſpicas ab iis relictas colligere. Quare hæc ſunt ἰσοδυναμοῦντα, ΠΟΙΟΛΟΓΟΥΣΑ et ΠΑΡΑΙΒΑΤΙΣ. Minime igitur admittenda Heinſii emendatio; de divinatrice enim, non de maga, hic ſermo; ab illa ſe rei veritatem didiciſſe dicit ὁ Κωμάσδων. Sed non ſolum in Theocriti textu immutando peccat Heinſius, verum in explicatione vocis καταιβάτης. Falſum enim eſt, *omnia in cælo prodigia vocari* ΚΑΤΑΙΒΑΣΙΑΣ, ut vel ipſa vocis etymologia declarat. Aliena præterea ab hoc loco Jovis Καταιβάτου mentio. Sed nec Caſaubono aſſentior, aſſerenti, vocem Παραιβάτης Dorum propriam eſſe; ea, ut puto, cauſa inducto, quod Dorum proprium ſit præpoſitiones nonnullas in αι terminare, ut ἄπαι, ὕπαι, et ſimilia. Verum meminiſſe oportuit, V. Καιταιβάτης ab Atticis ſcriptoribus uſurpatam. Extat quoque nummus, apud Vaillantium, cum hac Epigraphe, ΚΑΤΑΙΒΑΤΗΣ ΖΕΥΣ. Eum ipſe vidi in Ceimelio Magni Ducis. Quare Καταιβάτης, Παραιβάτης, et ſimilia, Dorum propria eſſe, nemo mihi perſuaſerit." MSS. Not. Sanctam.

IDYLL. IV.

Ad v. 3. p. 52. — Ψε. —] Sc. σφας. i. e. αὐλας. Vide Heſych. in V.

Ad v. 4. Confer Valckenar. ad Phœniſſ. v. 1304.

Ad v. 10. p. 53. *Adde.* Plura de V. ΣΚΑΠΑΝΗ vide apud Salmaſ. in Solin. Tom. i. pag. 365. edit. Traject.

Ad v. 22. p. 54. *Adde.* De luxu et lautitiis Siculorum, ſive Syracuſanorum, plura adfert Athenæus, L. xii. p. 518. 527. edit. Caſ. Confer et Sicil. Antiqu. Cluverii. L. i. cap. 4. pag. 60.

V. 57. — Ἀσπάλαθοι. ——] Eſt grandis frutex ſpinoſus. De quo confer Salmaſ. in Solin. Tom. i. pag. 281. Necnon Hyl. Iatr. cap. lxxxiv. pag. 116. ad calc. Plin. Exercitat. edit. Traject.

Ad v. 59. p. 56. *Adde.* Poſſis bene legere hic, — τᾶς ποκ᾽ ἐκνιόθης. Cum Cl. Tib. Hemſterhuſio, Miſc. Obſ. Vol. v. Tom. i. pag. 302.

IDYLL. V.

Ad v. 22. p. 59. Pro "I. Tom. iii. Miſc. Obſ." lege "Vol. v. &c." Ad V. Ἱερεῖ, confer huc Cl. Jac. Merrick in doctiſſimis Annotat. ad Pſalmos, pag. 138. edit. 1768.

Ad v. 38. p. 61. *Adde.* De terminatione V. Αυκίδης vide Valckenar. ad Herodot. L. iii. pag. 252. 87.

Ad v. 88. p. 64. *Adde.* Hunc luſum non omiſit nequiſſimus Lucianus in Dialogis Meretriciis. Wetſt. Tom. iii. pag. 311. Eundem quoque lepidiſſime ludunt Daphnis et Chloe apud Longum. Lib. iii. pag. 137. edit. ſupr. Confer et Heliodor. Æthiopic. L. iii. c. vii. pag. 136. edit. Commel.

Ad v. 91. p. 66. *Adde.* "Imo vero mirum in modum fallitur Heinſius. Nam poſtrema illa verba, λιπαρα, &c. de Cratida intelligenda, non de Lacone ipſo. Nam Laconem ſervum fuiſſe ex verſſ. 1. 5. 72. 74. 75. ſatis patet. Et ex ipſo nomine, *Lacon*, ut Scholiaſtes ad v. 2. et ex eo Caſaubonus, notat. Nempe, ut nemo neſcit, antiqui ſervis nomen patriæ tribuebant. Servis autem non licuiſſe comam alere, ipſe Heinſius bene docet ex Ariſtophanis Avibus. Quare Cratidæ hæc tribuenda nemo ſanus negaverit. Coma vero non modo libertatis ſignum erat, verum etiam decorum valde habebatur. Ad utrumque reſpexit Lacon; laudans amaſium ſuum, tum quod eſſet ingenuus, tum quia formoſus." MSS. Not. Sanctam.

Ad v. 92. Citat hunc verſiculum Procopius Sophiſta, Epiſtol. pag. 441. edit. Cujac. In Epiſtola ad Diodorum. Ubi legit pluraliter, οὐδ᾽ ἀνεμωναι.

V. 93. — Αἱμασιαισι. ——] "Dicit cynosbaton et anemonem flores ferre nequaquam comparandos roſis: *Quarum areolæ juxta macerias et hortorum ſepta muralia inſtituuntur.* Quod hodieque fit. Juxta macerias hortorum plantaria roſarum digeruntur." Salmaſ. Hyl. Iatr. cap. xxv. pag. 25. Confer Heſych. Albert. V. ΑΝΔΗΡΑ. Intellige hic *roſas ſativas quæ naſcuntur in cultis areolis.* Hinc Virgilii *punicea roſeta.* Ecl. V. 17. Ubi nonnulli per *Saliunca*, intellexere *anemonem.* Ut totus verſiculus ſit expreſſus ex hoc loco Theocriti.

Ad v. 94. p. 66. *Adde.* "Non comparandas eſſe ait ilicis glandes, quas Græci vocant ἀκυλους, cum ὀρειμαλισι, quæ genus ſunt mali ſilvatici. Illas enim habere λεπρὸν ἀπο πρινου λεπυριον, aſperum ab ilice corticem, has autem guſtu ſuaves eſſe." Salmaſ. ad Solin. Tom. i. p. 195.

Ad v. 95. In epigrammate Aſclepiadis ver. 1. conjicit vir doctus ἐφλιβετο, pro ἐθλιβετο. Necnon ver. 2. pro πελαειαν, τα γλαειας. Τα γληνας nimirum Nican-

dro sunt *oculi*. Cod. Paris. Bibl. Bodl. Legitur tamen ibi, in textu, πελάναι, pro πελάσαι.

Ad v. 102. p. 67. *Adde*. Refer huc Longum. Και τας αιγας προσειπε, και τες τραγες εκαλεσεν ονομασι. *Allocutus est capras, hircosque compellavit nominatim.* L. iv. pag. 176. Nota sunt illa in Novo Testamento, verba reverentiæ plena, De Pastore *oves suas nominatim appellante*, quæ respiciunt hunc ipsum morem.

Ad v. 109. p. 68. *Adde*. Conferas Hesychium V. ΚΥΠΡΙΖΕΙΝ. Porro PUBESCENTES uvas distinguit Plinius a *nigrescentibus*. L. xvii. 23. Columella a *florentibus*. L. iv. 28. Vide Salmas. Solin. Tom. i. pag. 368. Ubi egregie illustratur et stabilitur ista lectio, viz. ἡβαι.

Ad v. 120. p. 96. *Adde*. "Παρα, in compositione, non solum contrarietatem denotat, sed etiam vicinitatem, &c. Quandoque etiam abundat. Uti aliæ sæpius præpositiones. Quare hic παρῃσθειν, est, πλησιον ων ησθειν, vel simplex ησθειν. Heinsii de hac voce sententiam, satis refutat ipsa vocis αισθανεσθαι significatio; quæ longe alia est απο τε φρονειν: adeo ut si concedamus Παρα hic contrarietatem denotare, nunquam tamen efficiet, ut παραισθανεσθαι et παραφρονειν idem sint. ΦΡΟΝΕΙΝ est *sapere*, ΠΑΡΑΦΡΟΝΕΙΝ *desipere*, αισθανεσθαι *sentire*, *percipere*; unde παραισθανεσθαι esset *male percipere*: qui sensus nil plane Heinsium in explicando hoc loco juvaret. Qui tamen pejus adhuc peccat in Laconis verbis quæ his respondent. Lacon, juxta eum, a Comata insaniæ simulatus, respondet, *Et tu quoque insanis*. Ita se insanum esse fateretur, quod nemo sanus crediderit. Scillas insaniæ prodesse, non negaverim. Verum ad earum usum hic non respexit poeta. Si id persuadere voluisset Heinsius, ostendere debuisset cyclaminum, non minus quam scillas, insanos mederi. Id enim ratio carminis Amœbei postulat. Verum tam Comatas quam Lacon proverbiali dicto usi sunt, quibus scatet Theocritus: quo molestos homines, et quos vilipendebant, amandabant." MSS. Not. Sanctam.

V. 121. — Γραιας. —] "Mandat ut id faciat, quod scit illum non posse facere absque gravi sua noxa; ut ex proximo tumulo protinus evellat veteres scillas. Ut veteres urticæ longe mordaciores novellis, et puncturæ acrioris, ita etiam scillæ. Nulli hic lucumones, et nulla opus purgatione quam scilla pollicetur. Alter ut contra redhostiat, et par pari referat, quo æmulum suum mordeat, rem æque laboriosam illi injungit, ut Alenta profectus, qui satis longe distabat ab urbe, cyclaminum effodiat. Suum etiam venenum inesse cyclamini radici narrat Plinius: sed eo respexisse poetam non puto." Salmas. Hyl. Iatr. cap. xl. pag. 45. Hinc ob mordacitatem Pan scillis verberandus, Idyll. vii. 107.

Ad v. 127. p. 70. *Adde*. Confer Valckenarium ad Hippolytum, v. 121. p. 180.

Ad v. 133. p. 70. *Adde*. Hoc etiam basii genus memorat Lucianus in Dialogis Meretriciis. Του ΩΤΟΣ ακρου ΕΦΑΨΑΜΕΝΟΣ, ανακλινας τὴν αυχενα της Θαιδος, εφιλησεν, &c. *Extrema Thaidis* AURE PREHENSA, *reflexaque cervice, osculatus est*, &c. Tom. iii. Wetst. pag. 284. Hinc profluxit illud Daphnidis apud Longum, capras osculantis. Καταληφθεις εκ των ΚΕΡΑΤΩΝ κατεφιλησε. *Prehensis* CORNIBUS *osculatus est*. L. iv. pag. 190. edit. supr.

Ad v. 136. p. 70. Quod hic vocavi scholium, est potius glossa, ex ineditis. Sed hoc, et ejusmodi, facile patebit consulenti Scholia et Glossas.

Ad v. 141. p. 71. *Adde*. Non tamen ubique lætitiam exprimit ea vox. Longus nempe, de hirco cujus cornu ex conflictu violentiore effringebatur. Και αλγησας, ΦΡΙΜΑΞΟΜΕΝΟΣ ες φυγην ετραπετο. *Qui dolens inde*, FREMEBUNDUS *in fugam conversus est*. L. i. pag. 14. edit. supr.

Ad v. 147. p. 71. Confer Pierson. ad Mœrid. Attic. V. ΚΥΡΙΤΤΕΙΝ.

IDYLL. VI.

V. 3. Πυῤῥος. ——] Forte Πυῤῥος non est αρηχ-νους, ut Scholiastes vult, sed referri debet ad *capillum*. Longus Sophista. Αυτῳ των παιδιων ὁ νεωτατος ἑιπετο Τιτυρος, ΠΥΡΡΟΝ ΠΑΙΔΙΟΝ και γλαυκον, λευκον παιδιον, &c. *Et filiorum minimus comitabatur Tityrus*, rufus puellus *et cæsius*, *candidus puellus*, &c. L. ii. pag. 80. edit. supr.

V. 6. Mala, teste Artemidoro, in somniis rei venereæ fruitionem significant. Oneirocr. Lib. i. cap. 85. Repræsentari Venus etiam solebat altera manu pomum tenens. Vide ad Idyll. V. 88.

Ad v. 11. p. 72. *Adde*. Pro φαινᾳ, legendum vult σαινᾳ maximus Hemsterhusius ad Hippolyt. Valckenar. v. 862. pag. 256. Sc. "Galateam in litore currentem fluctus *alludunt*."

Adde v. 12. p. 73. *Adde*. Confer Valckenar. ad Euripid. Hippolyt. v. 1210. pag. 293. seq.

Ad v. 18. p. 73. *Adde*. Ζατρικιον, ludus de *scacciæ* genere, quæ hic scilicet occurrit in scholio, vox est Græco-barbara. Notanda sunt interpretis verba. Απο των παιζοντων το ΚΟΙΝΟΛΕΚΤΩΣ λεγομενον ΖΑΤΡΙΚΙΟΝ. Orientalis is ludus, celebris forte Byzantii. Ubi et viguit, puto, lusus *cartarum pictarum*; qui forsan antiquior, et alius originis, quam vulgo creditur, ut apud Orientales cæpisse videtur. Vide Dufresnii Glossar. Gr. Barb. iii. pag. 1734. V. ΧΑΡΤΙΑ. Ubi patet ex Em. Georgilla, Rhodios combussisse *chartas pictas*, aliaque id genus nugamenta, in gravi mortalitate quæ Rhodi contigit, A. D. 1498. Habetur et ibidem, ex chronico MSS. Man. Malaxi, Επαιζεν τα χαρτια. Porro, inquit Salmasius, *Alzatrec* est vox Mauritania pro eo quod Græce dicitur Ζατρικιον. Ad Solin. Tom. ii. pag. 795. Traj. Non autem Salmasio concedam, Mauritanium vocabulum factum fuisse a Græco, sed Græcum a Mauritanio. Confer Hydium, Hist. Shahilud. i. Tom. Syntagm. Dissertat. i. pag. 44. seq. edit. Oxon. 1767. Vide quæ diximus ad Idyll. xviii. 32.

32. Vocum Græco-barbararum magnam segetem non modo suppeditabunt in nostrum, sed et in Aristophanem, scholia. Quarum plena sunt etiam Collectanea Hesychii, Suidæ, Etymologi Magni. Hujus illuviei purissima sunt, hoc in genere, scholia in Apollonium Rhodium.

Ad v. 25. p. 75. *Adde.* Confer Misc. Obs. Vol. vi. Tom. 1. pag. 302. Et Vol. v. Tom. 1. pag. 58. Porro in epigrammate Meleagri, ver. 3. pro χεῖμμα, conjicitur κέρμμα, sc. κέρμα. Cod. Paris. Bibl. Bodl. Porro in ver. 4. ibi interpretantur πομενας, vel πιορδυος, per ποπζορδυ@.

Ad v. 33. p. 75. *Adde.* De Sicilia insula dicta Νῆσος, videndus Cl. Dorvillius, SICULA. pag. 271.

V. 44. Συρίσδεν, i. e. συρίζειν, est *fistula canere.* Nunquam Συρίττειν, viz. *sibilare.* Slamas. ad Solin. Tom. i. pag. 156. ed. Traj. Ita Συριχτης fit a Συρίζω.

IDYLL. VII.

Ad v. 1. p. 78. post Heinsium citatum, *Adde.* "Coos esse Phrasidamum et Antigenem vult Heinsius, ac Theocrito in Co innotuisse; et tamen scenam dramatis in Sicilia collocat: unde sequitur, in Sicilia eos agros habuisse. Quod coactum et parum verosimile videtur. Prius statuit, auctoritate solum fultus grammatici qui Argumentum scripsit; cum tamen probabile sit eundem esse qui scholia conscripsit, ac scenam dramatis in Co collocavit: ac ab ipso propterea damnatur. Verum, ne nil novi dicat, non modo diversos esse vult, sed scholiorum auctorem Argumentum negligenter inspexisse, aut perperam cepisse, contendit. Nimirum ut aliquod saltem patrocinium ineptæ emendationi habeat. Si scena dramatis in Sicilia est, tutius erit Phrasidamum et Antigenem Siculos fuisse dicere. Cæterum satius est in tantis tenebris scholiastarum fidem sequi: qui vix credi possunt sine aliqua auctoritate, ex ingenio suo, scenam Idyllii hujus in Co statuisse. Credendum potius, eos ex priscis commentariis in Theocritum id hausisse: aut ex geographis, qui nunc non extant, edoctos, loca in hoc Idyllio memorata, quorum situs ignoratur, in Co fuisse. Quod enim ΠΟΛΕΩΣ sine adjuncto dixerit Theocritus, non sequitur continuo designare Syracusas, aut scenam in Sicilia esse; cum in Co unica tantum urbs fuerit, ac proinde supervacaneum, imo ineptum fuisset, urbis nomen addere. Quod de Halente addit Heinsius, nihilo magis rem evincit: videtur enim fluvius fuisse Italiæ. Scena enim Idyllii quinti est sine dubio in Italia, ut et loca omnia in illo memorata. Vide Schol. ad Idyll. v. 123. Certe scena Idyllii in alterutra collocanda fuerat. Verum quia in Eustathio vocem Ιταλικη invenerat, continuo partem actorum in Italiam transfert: cum antea dixisset, locos omnes, quotquot in hoc Idyllio occurrunt, esse in media Sicilia. Forte, levi mutatione, in Eustathio legendum sit Ελλαδικη. Pergit inaudita afferere. Quicunque, inquit, relictis Syracusis per agrum Siculum iter suscipit, deambulare dicitur Εκ πολι@ εις τον Αλεντα. Atqui Halenta prope Syracusas fuisse non constat. At fuerit sane, poterant qui Syracusis exibant, aliqua saltem via iter instituere, ut εις τον Αλεντα nullo modo pergere dici possint. Inquit mox, hæc agi in Italia et Sicilia, sed terminari Idyllii καταστασιν antequam ad Co perveniatur. Unde autem colligit ad Co tunc proficisci Theocritum? Hoc sane ipsius poetæ verbis contrarium. Versibus 3. et 31. iter hoc susceptum docet solummodo, ut Thalysia cum amicis celebraret. At sane a Syracusis in Italiam nemo tali de causa trajiceret. Adde, nullam hic navigationis mentionem fieri; sed terrestris tantum itineris. At parum peritum geographum fuisse oportet eum, qui, Syracusis in Co proficiscentem, in Italiam trajecisse putet. Quod ad iter Theocriti in Co spectat, videtur Ptolemæi Philadelphi gratia factum, qui in ea natus est insula, ac in ea diu vixit, ut narrant Justinus et Diodorus Siculus, si memini." MSS. Not. Sanctam.

Ad v. 5. p. 79. *Adde.* Conferas huc Theognid. v. 767. Oppian. Halieut. iii. 12. Necnon Suid. Kuster. V. ΧΑΙΑ.

Ad v. 7. p. 81. In Cod. Paris. Bibl. Bodl. legitur in ver. 2. epigrammatis inediti, κειρομενον. Idem vocab. corrigitur in notis ibid. κειρομενων. Legitur et ibi conjunctim Αρπκομαν, quasi *composita coma.* Αρπικομαν καρπων κειρομενων.

Ad v. 25. p. 85. *Adde.* De V. Αρουλις adhibendus huc Photius, Bibliothec. Cod. iii. p. 7. Τα σανδαλια, φησι, νυν λεγομενα, ΑΡΒΥΛΑΣ ελεγον οι παλαιοι. Scil. Nonnosus, in *Historia Legationum.*

Ad v. 35. p. 82. *Adde.* Quod *aurora* sæpe usurpatur pro *toto die*, probat pluribus exemplis Cl. J. Merrick, ad Tryphiodor. v. 205.

Ad v. 51. p. 87. *Adde.* "In Theocriti textu nihil muta. ΕΝ ΟΡΕΙ recte, ac caprario convenienter. Adi modo v. 87. Hæc lectio commoda, simplex, editionum et Codicum omnium auctoritate firmata. Heinsiana non necessaria, et conjectanea tantum. Quod ad inscriptionem attinet, ΕΑΡΙΝΗ ΟΔΟΙΠΟΡΙΑ, vel rejicienda ut spuria, vel emendanda in ΘΕΡΙΝΗ vel ΟΠΩΡΙΝΗ. Prior emendatio propius ad vestigia literarum accedit; ac admitti potest, quia sub finem ætatis et initium autumni, hæc acta scimus ex v. 143. Nam οδοιπορίαν ad Theocriti ipsius iter referendam, suadent tum vocis ipsius significatio, quæ terrestre iter, non, uti vult Heinsius navigationem proprie, ac solum apud prosarios saltem denotat; tum inscriptionis natura, quæ talis esse debet, ut ad totum vel maximam saltem Idyllii partem referri possit. Jam exigua pars Idyllii est ΩΔΗ illa, in qua Ageanacti navigaturo prospera omnia ominatur; si scilicet ad reliquas Idyllii partes conferatur. Adde, non constare, an Ageanax, sicut proposuerat, navigaverit Mitylenen." MSS. Not. Sanctam.

Ad

Ad v. 69. p. 88. *Adde.* Elegantius credit Cl. Valckenarius, Αυταις εν κυλικεσσι. Amici *memor inter pocula.* Ad Hippolyt. v. 1188. p. 290.

Ad v. 78. p. 88. *Adde.* De Philoxeno lautomiis inclufo, plura legas apud Dorvillium, qui refutat Palmerium. SICUL. pag. 181.

Ad v. 117. p. 91. *Adde.* Apud Longum, vultus Chloes, quod candidus et fubrubicundus, προσωπον λευκον και ενερευθες, pomo adfimilatur. L. i. pag. 25. edit. fupr.

Ad v. 118. p. 96. Epigramma Pofidippi, quod mihi nonnifi ferius innotuit, publicatur ab Alberti, Hefych. V. ΙΟΔΟΧΗ. Veruntamen in ver. 1. ejufdem, legitur εις αμα βαλλοις. Quod corrigitur εις εμε βαλλειν, Cod. Parif. Bibl. Bodl. Ibid. Gloff. ad V. ΙΟΔΟΚΗΣ. ver. 4. Εμου του βελων πληρους.

Ad v. 143. p. 92. *Adde.* Hafce delicias refpexit Longus, L. i. pag. 23. edit. fupr.

Ad v. 154. p. 93. Dixi hic Camerarium procuraviffe editionem Theocriti, Ann. 1539. In quo fallor. Vide enim Præfationem noftram. Camerarius eam anni 1545 curabat.

Ad v. 10. p. 80. *Adde.* Confer Valckenar. ad Hippolyt. v. 26. p. 165.

IDYLL. VIII.

V. 34. Συριχτα.] "Æolicum hoc fcio, unde *Poeta* nominatim fecere Latini, απο τυ ΠΟΙΗΤΑ, αντι του ΠΟΙΗΤΗΣ. Sed hic malim legere Συριχτας. Nam quum fequatur π, et σ cum π foleat in MSS. conjungi, [viz. σπ.] facile in exfcribendo potuit perire." MSS. Sched. Salvin.

Ad v. 53. p. 98. Legerem hic omnino χροισειο ταλαντα. Locutionem proverbialem puto. Procopius fophifta in epiftolis. Και ειγε μοι ΧΡΟΙΣΟΥ κεκομικε ΤΑΛΑΝΤΑ. *Et fi mibi* Crœfi talenta *adportaffet.* pag. 444. edit. Cujac.

Ad v. 74. p. 101. Me fugerat duos priores verfus epigrammatis Mnafalcæ edidiffe jam Cl. Alberti ad Hefychium. Cum correctionibus utique Guyeti: quas nunc habemus, ut videtur, in Bibliotheca Bodleiana, opportuno beneficio Cl. Sanctamandi. Dabo tamen hic omnia quæ ibi reperiuntur. In Cod. Parif. Bibl. Bodl. "Legend. Αμπελ' επει τοι φυλλα, &c. Eft autem ενκλλαγη. Sc. Αμπελ' επει τοι φυλλα χαμαι αρτιδιως βαλλεσθαι, φθονεμενη την πλειαδα· μεινον, &c. Επει τοι, i. e. *quoniam, quandoquidem.* Dein forte legend. Εσθ' οτι τοις Καλοις παντα χαριζομεθα. Gaulmini exemplar, Εστι pro εσθ' οτι."

Ad v. ult. p. 104. *Adde.* De Elegis, confer Schol. Apollonii Rhod. ii. 784.

IDYLL. IX.

Ad v. 20. p. 106. *Adde.* Ωρη, et veteribus Atticis ωρα, *curam* fignificabat. Confer excellentiffimum Weffelingium ad Herodot. L. iii. pag. 276. 53.

Ad v. 28. p. 108. *Adde.* Non eft abfoluta congruentia, five analogia, inter V. Ὑφαινειν et Ῥαπτειν. Nimirum Ῥαπτειν femper fecum attrahit aliquid *Mali:* ut μηχανην, φονον, μορον, &c. Nonnunquam fimpliciter fignificat, *Mala ftruere.* Ita et Πλεκειν. Confer Arnald. Gr. Lect. L. i. cap. xiv. pag. 95. V. ΜΗΧΑΝΟΡΡΑΦΟΣ.

Ad v. 35. p. 108. *Adde.* Probat Ὀρευνη Valckenarius ad Hippolytum, v. 1339. Quod dant, ut videbis, mei Codices.

IDYLL. X.

Ad v. 1. p. 109. *Adde.* "De vocis βυκαιε fignificatione ambigendum non puto. Βυκαιος enim quafi ΒΟΥΓΑΙΟΣ, ὁ τὴν γῆν σφοδρα και κρατεως πονουμενος. Nam qui βυκολον cenfuerunt fignificare, decepti funt vocula βου; quam a βυς derivarunt: cum fit particula folum intenfiva. Qui θεριστην proprie fignificare fomniarunt, hoc, ex hoc ipfo Theocriti Idyllio, fumpfiffe videntur. In quo θεριστης dicitur βουκαιος. Sed vis vocis non aliunde quam ab origine petenda. — Sine dubio plura fuerunt Idylliorum genera, pro diverfis operum rufticorum generibus; ut vel ex hoc patet: quod fane, quicquid contradixerit Heinfius, Θεριστικον eft. Ut conftat ex Voce λαιοτομεις, v. 3. et ex Milonis cantilena, quæ tota refpicit την λαιοτομιαν. Sed deceperunt Heinfium Voces ογμον et αυλακος, quæ perperam ab interpretibus explicantur." MSS. Not. Sanctam.

Ad v. 7. p. 109.—Πετρας.—] Πετρα apud veteres Græcos idem quod *Rupes.* Apud Græciam mediam pro quolibet lapide. Salmaf. ad Solin. Tom. ii. pag. 851. edit. Traj.

V. 10. —Τρυχνα.—] "Vocem fuavem et jucundam comparat Trychno. De eduli et hortenfi intelligendum." Salmaf. Hyl. Iatr. cap. lv. pag. 65.

Ad v. 11. p. 110. *Adde.* Vide de hoc Proverbio Wolf. in Addend. et Emendand. ad Liban. Epift. pag. 862. Ep. cccclxx.

Ad v. 27. p. 113. *Adde.* Philoftratus in Epiftolis. Ὑακινθος μεν ουν ΛΕΥΚΩι μειρακιῳ, πρεπει δε ναρκισσος ΜΕΛΑΝΙ. *Hyacinthus igitur* candido *adolefcentulo, narciffus* nigro *convenit.* Epift. xxvii.

Ad v. 35. p. 113. *Adde.* Adhibendus et huc Theognis.

V. 35. *Adde.* Vide Suidam, V. ΑΜΥΚΛΑΙ. Ubi miror Kufterum non adduxiffe Scholiaftem noftrum.

Ad v. 44. p. 115. Poft "exprimendos." *Adde.* Ita Lytierfæ cantilenam corrigit Sanctamandus. v. 3. Scribe et diftingue, Ηνικας, και νουν φωτες, &c. Ordo, γεροντος φωτος, &c. Reliqua δια μεσε κειν): quare vel intra parenthefim ponenda, vel, quod tantumdem valet, femicolon poft γεροντος ponendum. v. 13. Legerem, εν τε, κηπιχορταισιν, ut tertia hæc vox

vox dicat, *Cibum præbuit et bonum, et plusquam impleri fecit:* Quare ponatur comma post ἔδωκεν. v. 15. Lege οκνῇ, nam ita versui sine transpositione verborum consulitur. Præsentibus utitur etiam alibi in hoc fragmento. In sequenti lego, Επειτ' αγων ὅδ' ασι Μαιανδρω ῥοας. Ut sequens versus sit initium cantilenæ. De quo sane non dubitandum. Casauboni emendatio longe nimis a scriptura recedit; neque syntaxis satis elegans est, articuli omisione. Cantorem celebrem fuisse Lytiersam, vel ex hoc Idyllio patet. v. 22. Omnino Scholiastæ sunt verba, non Sosybii. v. 23. et seq. Lego ἐρριφη ῥοαις Ποδος, τις, &c. Deinde, versu ultimo, levissima mutatione, πυθοιο pro πυθοι: et distinguo, ην δ', ὁ διακευσας ανηρ; πυθοιο. *Si vero, inquit, interrogas quinam erat qui Lityersam in Mæandrum projecit, quis esset nisi Hercules?* Ποδος bis scriptum fuisse videtur per incuriam, omisso ῥοαις: unde cum versus non constaret, ejecto altero ποδος, postremum in σοφος mutarunt. v. 11. Nil muta. "Δαινυσι τ' ἐμπης" δια μεσυ κειται: *quamvis epulatur:* ter enim de die dixerat eum *comedere*, atque adeo multum, ut magnam partem diei in edendo consumpsisse necesse fuerit, ac valde repletum fuisse, unde augetur naturalis ejus ελαφροτης ac vigor. Ογμος igitur, ni corruptum sit, mensuram terræ significare debet, neque de eo dubitandum, nisi Χορτον significat, quod non puto, etsi id tradat Scholiastes ad Idyll. x. 2. Aliter enim θεριζῃ nullo modo adjungi poterat τῳ Ογμῳ. Δαινυμαι genuinam vocem esse nullus dubito; etsi Δαινυμαι sæpius occurrit: nam et Δαινυω habetur in Callimachi Hymn. Cerer." MSS. Not. Sanctamand. Porro, de Messorum CANTILENIS, vide Longum, L. iv. pag. 190. edit. supr. Ὁ μεν ηδεν οια αδουσι θεριζοντες. *Cecinit ille Cantica quæ canunt Messores.* Videtur Suidas in compendium redegisse Schol. ad v. 41. viz. V. ΛΥΤΙΕΡΣΗΣ.

V. 45. —Συκινοι.—] Schol. ασθενεις. Latine, *ficulneus, imbecillus.* Vide Schol. Aristoph. Plut. v. 947. et ibid. Hemsterhus.

V. 47. — Πιαινεται. —] Confer Cl. Jac. Merrick, Annotat. in Ps. p. 196.

Ad v. 58. p. 116. *Adde.* Confer Misc. Obs. Vol. v. Tom. 3. pag. 12.

IDYLL. XI.

Ad Not. *præfatør.* p. 117. *Adde,* Confer Suid. V. ΘΡΕΤΤΑΝΕΛΟ.

Ad v. 2. p. 118. *Adde.* E contra Longus, huc vero respiciens. Ερωτος γαρ ουδεν φαρμακον, ου πινομενον, ουκ' εσθιομενον, ουκ' εν ωδαις λαλουμενον, ὁτι μη φιλημα, και περιβολη, &c. *Nulla enim amoris medicina, nec cibus nec potus, nec carmen ullum, præterquam osculum,* &c. L. ii. p. 49. edit. supr. Confer Idyll. xxiii. 6. Accedat Euripides, Hippolyt. v. 516.

Ποτερα δε χριστον η ποτον το φαρμακον.
Sed dic, inungendum, an bibendum pharmacum.

V. 17. *Adde.* Φαρμακον ευρε est ex Græca formula. Sic Idyll. ii. 95. Χαλεπας νοσω ΕΥΡΕ τι μαχος. Quomodo et Euripides, Alcest. v. 220. Ω'ναξ Παιαν ΕΞΕΥΡΕ μηχαναν. Confer Misc. Obs. Vol. ix. Tom. iii. p. 453.

Ad v. 21. p. 121. *Adde.* Est porro ΣΦΡΙΓΑΝ, *catullire*, rem veneream primo appetere, ut in pubescentibus. Confer Stephani Thesaur. Gr. iii. 1354. V. ΤΡΑΓΙΖΕΙΝ. Apud Longum, lasciva mulier Tryphæna, Daphnida puerum quasi quinquennem, quem corrumpere vult, postquam contrectaverat, invenit σφριγωντα. L. iii. p. 113. edit. supr. Sic et Νεοι dicuntur σφριγωντες, *prurientes.* Ibid. pag. 106.

Ad v. 43. p. 124. *Adde.* Confer Cl. Toupium in Suidam, V. ΟΡΕΧΘΕΙΝ.

V. 47. p. 125. *Adde.* Non temere dicitur hoc ὑδωρ ψυχρον, et αμβροσιον: De quo ita Cluverius, accommodatissime. "Equidem fateor, tantum in hoc me flumine, quum id nudis peditus vadarem, deprehendisse mense Maio, quo in Sicilia satis calet, frigus; uti febrim me inde contracturum vehementer metuerem. —— Oritur ex radicibus Ætnæ montis nemorosis atque opacis, FRIGIDISSIMO fonte, a quo ipsum nemus solis æstum arcet. Αμβροσιαν vero, id est *dulcem, suavem,* atque *divinam,* ejus undam, egomet ore meo expertus sum." Sicil. Antiq. L. i. c. 8. pag. 115. 116. Maxime et huc faciunt quæ scribit de monte hoc Cyclopeo P. Bembus. In Libr. de Ætna. p. 123. ed. 1532. Ut videas quam verax fuerit Theocritus. "Imi colles, ac omnis radicum ambitus, &c. Baccho, Pallade, Cerere, feraces terræ; armentorum omnis generis, supra quam credas, feracissimæ. Heic amœnissima loca circumquaque: heic fluvii personantes; heic obstrepentes rivi; heic gelidissimæ fontium perennitates; heic prata in floribus semper, &c. Heic arborum multijugæ species, et ad umbram crescentium et ad fœcunditatem. Medius mons, nunc variis arboribus late silvescit, et præcipue pinubus et fagis, maximam in magnitudinem et multitudinem crescentibus, &c. Frumenti adeo fœcundus, &c." Confer Fazellum, Sicul. Rer. decad. i. Lib. ii. c. 4. Inquit et Cluverius: "Fertilitatem autem et amœnitatem ad eundem Montem conspexi tantam, quantam nullibi alias in tota insula." Ut supr. c. 8. pag. 103. Inter alia quoque Fazellus supra citatus, qui montem hunc cum Petro Bembo conscenderat. "Subinde nemus insequitur, abietibus, fagis, pinetisque frequens, vastum, arduum atque invium prope viatori iter præbens. Quippe in quo, nulla humano pede trita semita adpareat. Per hoc nemus, cœlum ipsum tangens, perque invia loca iter intendimus: ubi omnia vasta, muta, et adeo deserta erant, ut vel ipsa solitudo insuetos terruerit animos." Cum jam ipsum verticem superaverant, videor mihi reperisse locum quo sedit cecinitque Cyclops, v. 17.

—— Καθιζομενος δ' επι πετρας
Υψηλας, ες ποντον ορων, αειδε. ——

Ita nempe Fazellus. "Tandem, superato vertice, anhelantes aliquantisper consedimus. Hic sol subter nos

 mundo

mundo oriri visus est. Hinc Siciliam omnem contemplati sumus. Fretum, et universa Calabriæ ora, adeo sub oculis jacebant, ut manu tangi posse viderentur. Calabriæ montes, non litorales solum, sed Mediterranei etiam, &c." Confer Dorvil. Sicul. pag. 232. 252. Extat egregia tabula Nicolai Poussin, ubi pars insulæ Siciliæ Ætnæa repræsentatur. Sedet in summo Ætnæ jugo, maxima forma, Cyclops, fistula ludens, et mare prospectans. Respexisse tamen poterat Theocritus ad scopulum dictum *Galate*, unde prospectus amœnissimus in mare late patet. Vid. Servium ad Virgil. Æn. i. v. 205.

Ad v. 72. p. 128. *Adde.* De formula illa, Φρενας εκπεποτασαι, vid. Wesseling. ad Herodot. L. iii. pag. 276. 43.

Ad v. 75. p. 128. Pro *vaccam* substitue *capram.* Non enim pascebat ARMENTA Cyclops noster. Erat ΠΟΙΜΗΝ. Observanda diligenter hæc discrimina.

Ad v. 78. p. 129. *Adde.* De V. Κιχλιζω consule Sallierium, Piersonum, aliosque doctos viros, ad Mœrid. Attic. pag. 213. seq. edit. Pierson.

Ad v. 80. p. 129. *Adde.* Quam late patuerit sensus V. Ποιμαινειν, ostendit egregie, suo quidem more, Valckenarius, ad Hippolyt. v. 151. pag. 128.

IDYLL. XII.

Ad v. 10. p. 132. *Adde.* Confer Valckenar. ad Hippolyt. v. 563. pag. 227.

Ad v. 15. p. 123. Omnino hic legendum puto, sc. in textu, ισοζυγῳ.

Ad v. 16. p. 134. *Adde.* Vult Heinsius per *aureos* homines, quiddam amatorium intelligi. Ita habetur in Ara Dosiadæ, ΚΡΥΣΟΥΣ Αἴτας, AUREUS *Amasius*, v. 5. Troilus scilicet puer adamatus ab Achille, vel alius nescio quis. Ita apud Tibullum. — *Aureus* ille puer. — iv. xiii. 40. Ego felicitatem *aurei* cujusdam sæculi potius intelligi velim.

Ad v. 27. pag. 134. *Adde.* "Frustra locum hunc tentat Heinsius. Megarenses jam tempore Theocriti a multis sæculis divisi ab Atheniensibus erant; eorumque terra proprium sibi nomen adoptaverat, vel potius semper habuerat. Nam quod sub Atheniensium rege fuerint, non sequitur eorum terram partem Atticæ fuisse: quin si post Ατθικον in textu distinguendum esset, syntaxis postularet τω, non των." MSS. Not. Sanctam.

Ad v. 36. p. 136. *Adde.* Plura habet de Lydio Lapide Joannes Tzetes in Chiliadibus, pag. 377. Tom. ii. Lect. Poet. Græc. Porro de. V Αργυραμοιβοι, quod sequitur, adi doctissimos viros ad Thom. Magistr. in V.

IDYLL. XIII.

V. 16. — Μετα. ——] De præpositione ita locata, pluribus bene differit Valckenar. ad Phœniss. v. 1327.

Ad v. 24. pag. 139. *Adde.* Occurrit etiam, ni fallor, illud Μεγα λαιτμα, in Homeri Hymno in Apollinem.

Ad v. 25. p. 140. *Adde.* Confer Schurtzfleischium, Wesseling. Herodot. L. iii. pag. 254. 42.

Ad v. 32. pag. 141. *Adde.* Conjectura mea de V. Καταζυγα, quam deletam equidem optabam, partim confirmari possit ex hac Glossa Cod. Laurent. 37. Ηγουν, ΣΥΝΔΥΟ εις τα περι πρυφην [l. πρωφην.] ηχολευντο. Idem habet Gloss. Vat. Cod. Ubi saltem volunt Glossatores JUGATIM, *In Pairs.* Nihil intelligunt de *Transtris navis.* Vide annon hæc explicantur per v. 38. Ubi Hercules et Telamon, *bini* scilicet, *una* instruunt cœnam, μιαν nempe τραπεζαν. Verissimæ hæ Glossæ.

Ad v. 34. p. 142. *Adde.* Conferendus huc Longus. Και εκ φυλλαδος στιβαδας αποσωρευσας. *Aggestis e fronde toris.* L. ii. pag. 78. edit. supr. Alibi quoque. Αυτου υπο τω αντρου στιβαδας υπεστορεσεν εκ χλωρας φυλλαδος. *Sub ipso antro toros ex frondibus recentibus exstruxit.* L. iv. pag. 189.

Ad v. 39. p. 143. Confer Misc. Obs. Vol. v. Tom. 2. pag. 307.

Ad v. 40. p. 144. *Adde.* De V. Δειον, nonnulla suppeditabit vir eruditus ad Glossas Oppiani, Misc. Obs. Vol. ix. Tom. 1. pag. 114. Confer huc Antonin. Liberal. cap. xxvi.

Ad v. 42. p. 144. *Adde.* Accommodate hic ad scholia Suidas, V. ΑΓΡΩΣΤΙΣ.

IDYLL. XIV.

Ad Not. *præfator.* p. 152. *Adde.* "Nihil in toto hoc Idyllio quod rus spirat: sive personas, sive res dictas, spectes. Ex convivio id satis liquet, Æschinem, non pastorum, aut id genus hominum Ταξιας, fuisse: quod et magis adhuc clarum ex v. 39. 60. Nam Ελευθερος nil minus illic quam *generosum* significat. De Thyonico nihilo minora existimare licet, utpote Æschinis familiari, et qui probe Ptolemæum Philadelphum noverat, ut ex v. 60. 61. patet. Deneque in toto carmine nulla ruris, gregum, &c. mentio. Πραγμα plane αστικον, stylus quoque diversus omnino." MSS. Not. Sanctam.

Ad v. 1. p. 152. *Adde.* Est liber rarissimus, similis argumenti, quem commode consulas, cui Tit. "Joachimi Perizonii Benedictini Dialogorum de Linguæ Gallicæ origine, ejusque cum Græca cognatione, Lib. iv. Paris. 1555." 8vo.

Ad v. 6. p. 153. *Adde.* Istæ suppotititiæ Epistolæ Platonis citantur apud Athenæum, L. xii. p. 527. D. Cas. Ubi Plato inquit, Siculorum hominum mores vitamque sibi ob luxum nimium nullo modo placuisse. Dein citatur idem in Legibus, mensam Siculorum vituperans. Conferatur Bentleius, in Dissertatione

Dissertatione de Æsopi Fabulis. edit. 1697. pag. 121.

V. 15. Adferuntur lactentes porcelli, χοιροι γαλαθηνοι, pro deliciis, apud Longum, L. iv. pag. 175. edit. supr.

Ad v. 17. p. 156. *Adde.* V. χιονωδης, in epigrammate hic allato, est *albus, niveus.* Quin sensu, literali quidem, adhibetur ab Apollonio Rhod. i. 826. Quem ad locum, miror eruditum virum eam interpretari ψυχρον, quasi talis etiam esset interpretatio scholiastæ Apollonii, Misc. Obs. Vol. iv. Tom. 1. pag. 146. Intelligit Apollonius NIVALEM *Thraciam.*

Ad v. 18. p. 156. *Adde.* Si intelligas hoc de Tempore *procedente,* eadem locutione usus est Xenophon, Exped. Cyr. L. ii. p. 277. ΠΡΟΙΟΥΣΗΣ μεν τοι της νυκτος ταυτης. *Atqui ista* procedente *nocte.* Mallem tamen V. Ποτω subintelligere. Confer Misc. Obs. Vol. v. iii. pag. 62.

Ad v. 22. p. 157. *Adde.* Confer D. Heins. Aristarch. Sac. cap. i pag. 703. edit. Elz. 1639.

Ad v. 30. pag. 158. *Adde.* Confer Cl. Valckenar. ad Phœniss. Euripid. pag. 769.

Ad v. 68. p. 162. *Adde.* Confer Cl. Abreschium, Misc. Obs. De V. Επιχειρω. Vol. vi. Tom. 2. pag. 409.

IDYLL. XV.

Ad v. 3. p. 164. *Adde.* De V. χρονω vide Valckenar. ad Phœniss. v. 313. Forte legend. Χρονι' pro Χρονια.

Ad v. 6. p. 166. *Adde.* Conjunguntur Chlamys et Petasus in Fragmento Philemonis, edit. Cler. pag. 306. ex Polluce.

V. 8. — Παρηορος. —] Confer hic cum Scholiaste Feith. Hom. Antiq. L. iv. cap. 11. De equo *extrajugali.*

V. 15. Confer D. Heins. Exercitat. Sacr. pag. 663. edit. Elzevir. 1639.

Ad v. 14. p. 167. *Adde.* Confer Hesych. Albert. V. MA. Ita et juratur per Cererem apud Alciphron. Epistol. p. 223. 243. edit. Bergler. Apud Asclepiadis epigramma quoddam eroticum, promittit noctem puella per Cererem. Anthol. Ceph. L. iii. carm. 329.

——— Και σεμνην ωμοσε Θεσμοφορον.
——— *Et venerandam obtestata Cererem.*

Ad v. 21. *Adde.* Dorico more vestitas fuisse mulieres hasce nostras, putat Valckenarius ad Herodot. L. v. pag. 416. 75. Anne vero habitum patrium servabant, Alexandriæ degentes? Apud Alexandrinos nullus certe novus et insolitus habitus erat Græcorum, cum passim Græci commearent ex omnibus provinciis Alexandriam, eodemque familias et fortunas suas transferrent.

Ad v. 26. p. 171. *Adde.* Eunapius in Oribasio. pag. 170. edit. Plantin. Ζηνωνος και Μαγνου ΣΥΜΦΟΙΤΗΤΗΣ. Argumentum ad Idyll. xi. De Nicia medico. Ὁς ΣΥΜΦΟΙΤΗΤΗΣ γεγονεν Ερασιστρατου. Joannes Tzetes, Εως πολλοι των ΦΟΙΤΗΤΩΝ τη κλησει τε εκεινη. Chil. p. 398. p. 493. edit. ut supr. A Græcis recentioribus usurpatur ut maxime. Confer Thom. Magistr. et Mœrid. Attic. V. ΦΟΙΤΑΝ, et affinibus. Hesych. Albert. V. ΜΥΡΜΗΚΙΑ. Menag. ad Diog. Laert. p. 106. a. Vide sis etiam Lucian. Hermot. Wetst. i. p. 741. §. 2. Η παρα τους διδασκαλους ΦΟΙΤΩΝΤΑ. *Quam ad magistros* ITARE. Libanius, Epistol. MXXXII. pag. 480. edit. Wolf. Γεσσιου δε μοι ΦΟΙΤΩΝΤΟΣ. *Gessii mei discipuli.* Phavorinus et huc facit. Ita etiam Suidas, V. ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΣ. viz. Παρα τουτω ΦΟΙΤΑ Προκλος ὁ Λυκιος επ' Αριστοτελικοις λογοις. Quæ negligenter exscripsit a Marino, Vit. Procl. cap. ix.

Ad v. 28. p. 173. *Adde.* Maximo et singulari cultu tractabantur Feles apud Ægyptios veteres. Omnes domestici, ubi moriebatur felis, in signum luctus supercilia radere solebant. Vid. Herodot. Wesseling. L. ii. pag. 135.

Ad v. 30. p. 173. *Adde.* Fallitur hinc Reiskius, qui putabat Ευχειτος non esse Græcum nomen, ad Idyll. vii. 1.

Ad v. 21. p. 169. *Adde.* Apud Longum, exponitur Daphnis infans, ditissimorum parentum filius, εν Χλαμυδιω, ubi περονη χρυση. Quæ, inter alia, fortunam expositi indicabat. L. i. pag. 4. edit. supr.

Ad v. 36. p. 174. *Adde.* Habes Αργυριου ταλαντα, Diodor. Sicul. Wesseling. Tom. ii. pag. 209. Necnon in Epistolis Chionis Matridi. Τελα αργυριου ταλαντα. pag. 27. edit. Cujac. Habet et Diodorus Siculus hanc ipsam phrasin, δοντες ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΜΝΑΝ εκαστω. Lib. xi. Quod citat Boylæus versus Bentl. pag. 86. edit. 1698. Quæ contra seipsum quidem profert in medium Boylæus.

V. 47. — Κακοεργος.] Vide D. Heinsii Aristarch. Sac. p. 937. edit. Elz. 1639.

Ad v. 48. p. 177. *Adde.* De dolis et injuriis Ægyptiorum confer Synesii Epistolas. pag. 254. 255. edit. Cujac. sc. Aurel. Allobrog. 1606. fol. Ut hoc obiter admoneam, falso dicitur ea editio Epistolarum Græcorum, ab Aldo primum editarum, curata a Cujacio, etsi ejus nomen præferat. Vide enim Casauboni EPISTOL. Epist. 586. pag. 655. edit. Græv. 1656. 4to. Confer et huc Heliodor. Æthiopic. L. i. c. ii. pag. 11. edit. Commel.

V. 58. Inter res fugiendas memoratur Οφις, apud Synes. Epistol. pag. 240. edit. Cujac. Ασπιδα, φρυνον, ΟΦΙΝ, και Λαδικεας, πεφευγε. *Aspidem, rubetam, Serpentem, et Ladicenses, fuge.*

V. 59. — Εσμος.] Frequens Herodoto vox, de confluente vel influente multitudine hominum. Vid. Wesseling. ad Herodot. L. iii. pag. 235. 38.

Ad v. 81. p. 180. Fallor hic cum Cl. Spanhemio. Περονηματα non sunt *vestes* FIBULATÆ. Confer Hesych. V. ΠΕΡΟΝΗΜΑ. ΣΥΜΠΟΡΠΟΝ. Edit. Albert. Conjicit Cl. Reiskius πεq νηματα.

Ad v. 96. In epigrammate Dioscoridis ver. 1. pro αλλα συ ειπε, legitur αλλ' οσον ειπε, cum nullo puncto.

puncto. Cod. Parif. Bibl. Bodl. Quod corrigitur, ἀλλ' ὁ συνοιδώς. Dein, v. 2. pro Ἐξέφυγεν, conjicitur Οὐκ ἐφυγεν.

Ad v. 95. p. 183. *Adde.* "Ita interpunge.

Μη φυη, Μελιτωδες, ὁς αμων κρατερος ειη.
Πλαν ἑνος, ουκ αλεγω, &c.

Praxinoa, ironico proverbio ad hominem conversa, illudit illi: *Te non metuo, ne mihi imperium quandoque facias, aut ullo alio modo noceas: Sed hoc solum, ne nil admetiens mensuram abstergeas.* Ironicum ut dixi scomma, non hactenus animadversum. Interpunctionem etiam hanc postulat sententia praecedens: quis enim est ille cujus solius imperium non detrectant Praxinoa et Gorgo? Liberae esse optant, et sui juris; quod ipsarum charácteri longe convenientius." MSS. Not. Sanctam. Confer Hesych. Albert. V. ΜΕΛΙΣΣΑΙ. αἱ της Δημητρος μυστιδες. Unde noster Scholiastes illustratur. Confer et ibid. V. ΜΗΤΡΟΠΟΛΟΥΣ. Commodissime quoque legi possint, et huc adhiberi, quae de his sacris et sacrificulis, incomparabili judicio rerumque veterum scientia singulari disseruit, optimarum literarum decus et praesidium summum, reverendus admodum Praesul Glocestrensis. Cujus in me, doctissimosque meos amicos, magna extant merita; majora certe quam quae facile chartis hisce commemorari possint.

Ad v. 95. p. 183. *Adde.* Apponam hic Glossam Cod. Laurent. 37. E qua nempe roborari videtur egregia conjectura Toupii nostri, in EPISTOLA DE SYRACUSIIS. viz. Μη μοι κινιαν απομαξῃς. Gloss. ποδιαν. Nonne jam credis KONIAN, pro κινιαν, ibi olim lectum fuisse? Aliter, glossator non interpretatur textum. Vult autem per barbaram voculam Ποδιαν, *pedestrem*, ut tota interpretatio sit, *pedum pulverem*. Nisi forte scripserit Σποδιαν glossator, quod interpretamentum similiter poscit Κονιαν in textu poetae.

V. 101. p. 185. *Adde.* Fazellus Rer. Sicul. Dec. i. L. 7. cap. viii. "Altitudine [Eryx] excepto Aetna et Nebrode, omnes Siciliae montes superat. In ejus vertice planities ubi olim Veneris templum erat. Lapis marmoreus, aetate mea, Latinis hic literis inscriptus ibi repertus est, DEAE VENERI ERYCINAE DICATUM."

Ibid. Porro quod Venus *aurea* dicta, vid. Diodor. Sicul. i. p. 109. ibidemque Cl. Wesseling.

V. 104. Vide Suid. V. ΒΑΡΔΙΣΤΟΙ. Necnon ibid. Gratian. Bavon. Misc. Obs. Vol. ix. Tom. I. pag. 144.

Ad v. 112. p. 186. *Adde.* Γραφις est quod Anglice diceremus *Embroidery*. Ita Agathias, Anth. Ceph. L. iii. Carm. 387. Sermo fit de reticulo comarum faemineo, affabre facto.

Χρυσεοπηνητω λαμπομενον γραφιδι.
Pictura coruscans filis aureis intexta.

Porro, in hoc versu, Δρυος ακρα est ex Ionica figura, quam grammatici vocant διαλυσιν vel μετατυπωσιν. Pro Ακροδρυα videlicet. Vide Cl. Galeum ad Calc. Herodot. Wesseling. pag. 33.

Ad v. 114. p. 187. *Adde.* Confer D. Heins. Exercitat. Sacr. cap. xx. pag. 79. edit. Elzev. 1639.

Ad v. 121. p. 188. *Adde.* Haec imitatur Longus, de Amore. Τουτο το παιδιον παυλα ειπων, ανηλατο, καθαπερ αηδονος νεοτλος επι τας μυρρινας, και κλαδον αμειβων εκ κλαδου, &c. *Iste puerulus hisce dictis, tanquam philomelae pullus, myrtos insiliit, et de ramo in ramum transiliendo,* &c. L. ii. pag. 47. edit. supr.

Ad v. 128. p. 190. *Adde.* Occasionem capto emendandi locum corruptum Apostolii, Cent. I. 43. Ὁ Αδωνις ερωμενος ων, ὡς ὁ μυθος, Αφροδιτης, ΠΡΟ ΗΒΗΣ τελευτα. Anne *ante Pubertatem* periit? Lege παρηβησας. *Adonis, Veneris amasius,* PRIMA JUVENTUTE *periit.* Ubi pessime Cl. reddit Pantinus ερωμενος per *amore captus.* Quod adhuc ineptiorem facit lectionem receptam.

Ad v. 146. p. 192. *Adde.* Plura de Praxilla videbis apud Suid. Kuster. in V.

IDYLL. XVI.

Ad v. 16. p. 196. *Adde.* Confer Valckenar. post Hippolyt. Diatrib. cap. xvi. p. 169.

Ad v. 28. Confer Wolf. in Addend. et Emendand. ad Liban. Epistol. pag. 862. Ep. DXXII.

V. 36. — ελαυνομενοι. —] Vult vir doctus hoc esse vocabulum pastoritium. Misc. Obs. Vol. x. Tom. 2. pag. 307. Sed si carmen hoc est Theocriti, non est hic bucolicus poeta.

Ad v. 47. p. 200. *Adde.* Confer Seldenum, Op. Londin. Tom. ii. p. 1540. 1575. De Στεφανηφοροις. Necnon Spanhem. de Us. et Pr. Numis. edit. Lond. Diss. v. p. 249. 550.

Ad v. 49. p. 200. *Adde.* Conjecerat hic, apud chartas MSS. Sanctamandi, Cl. Salvinius, Απο ΤΡΟΙΑΣ Κυκνον. Sed nihil certe mutandum.

V. 50. Confer Misc. Obs. Vol. ix. Tom. I. pag. 130.

V. 71. Confer D. Heins. Exercitat. L. iii. cap. xix. pag. 198. edit. Elzev. 1638.

V. 83. Stagnum Lysimeliae fuit ad Anapi ostium. Ubi hodie, inquit Cluverius, palus restagnans vernis autumnalibusque pluviis. Sicil. Antiq. L. i. cap. xii. pag. 174.

IDYLL. XVII.

Ad v. 33. p. 211. *Adde.* "Ineptum hic epithetum *Barbatus*. Falsum vero, Herculem imberbem fingi in nummis, uti vult Heinsius. Vide, an verti possit γενητην, *nativum*: ut distinguatur ab iis qui *Jovis filii* vocabantur, cum revera non essent, ut Mars et alii." MSS. Not. Sanctam.

V. 47. Confer Wesseling. ad Diodor. Sicul. i. p. 260. 12.

Ad

Ad v. 70. p. 215. *Adde*. Confer etiam præstantissimi H. Valesii Emendat. L. i. pag. 27.

Ad v. 72. p. 215. *Adde*. Aquila sæpe cernitur in nummis Ptolemæorum. Historiam pete e Vaillantio, Ptolem. p. 24. 38. Confer et eruditissimum Fr. Wise, amicum meum nuper defunctum, NUMISMAT. BODLEIAN. p. 199. III. Annon hinc illustrandus Theocritus?

Ad v. 83. p. 216. *Adde*. Probat Kusterus ad Suid. Joannem Tzetem, non fratrem Isaacum, ut credimus, auctorem esse commentarii in Lycophronem. V. ΛΥΚΟΦΡΩΝ.

Ad v. 212. p. 218. *Adde*. Cum Athenienses frumenti inopia premerentur, non prius illis alimenta concessit Philadelphus, quam sibi Tragœdiarum Sophoclis, Euripidis, et Æschyli, autographa tradidissent. Vide Montfaucon. Palæogr. Gr. Recens. Biblioth. pag. xvi.

Ad Not. *ult*. p. 221. *Adde*. "Ex inscriptione nummi Berenices quem adfert Heinsius, patet cusum dum adhuc in vivis esset Berenice. Notat ille abundantiam et felicitatem temporis dum scilicet ipsa regnabat. Mirum sane Heinsium hic errare potuisse; cum et Inscriptio perspicua sit, et nulla sint consecrationis symbola." MSS. Not. Sanctamand. Porro apud Ægyptios honori ducebatur, si Soror Fratrem in matrimonium duxerit. Hinc nuptiæ Ptolemæi et Arsinoes. Denique in supremo versiculo Fragmenti de Berenice, legit Sanctamandus, pro γνωκιτε, συναιτε.

IDYLL. XVIII.

Ad v. 4. p. 223. *Adde*. Eustathius, ad Homer. Tom. ii. pag. 435. 30. edit. Basil. ΚΑΛΟΝ τι ΧΡΗΜΑ βοων. Lucianus insuper, Timon. Wetst. i. pag. 172. §. 55. Παντοφον τι χρημα. Cujus tamen formulæ propius est illud Idyll. xv. 145. Confer et huc Wolf. ad Liban. Epistol. pag. 277. 8. Necnon Munckerum, ad Antonin. Liberal. pag. 106. 108. 227.

V. 12. p. 224. "Ordo est. Εχρην αυτον τι χρηζοντα ευδειν, ευδειν καθ' ωραν. Vel mutata interpunctione, ut comma ponatur, non post χρηζοντα, sed post ωραν, talis erit: Εχρην αυτον τι χρηζοντα μεν ευδειν καθ' ωραν, ευδειν καθ' ωραν. In versu præcedenti peccat interpres, qui ὀτ' per *cum* reddidit, quasi esset ὀτε, cum sit ὀτι, ut connectio loci plane evincit quæ talis est. *Itane tempestive dormitum ivisti, O Menelae? Num gravis membra es? Num somni amans? An nimium bibisti, quod jam adeo tempestive lectum ivisti? Sane si dormire adeo tempestive volebas, oportebat Teipsum quidem cubitum ire, non Helenam nobis præmaturius eripere.* Connectendum hunc versum cum sequenti particula δε, v. seq. arguit: αυτον vero, quod Heinsius ineptum hic putavit, omnino necessarium est. Credebat interpres, chorum hic exprobrare Menelao, quod cum lecto se composuisset, subito obdormisset: deceptus nimirum verbis καταδαρθες, v. 9. et ευδειν, v. 12. Quæ hic parallela sunt illi, ες ευναν κατεκλειν. Voces illas virginibus studiose, eo sensu, tribuit poeta, quod virgineam innocentiam ita sumptæ arguant: cum sponsum non alia de causa lectum petere putarent, quam ut dormiret." MSS. Not. Sanctam.

Ad v. 26. p. 224. *Adde*. "Ita locus constituendus.

—— Ἀτε λευκον εαρ, χειμωνος ανεντος,
Ὡδε και ἁ χρυσεα Ἑλενα διεφαινετ' εν ἡμιν.
Πιειρη μεγαλη ατ' ανεδραμε κορμος αρουρα,
Η καπω, κυπαρισσος, &c. ——

Sicut candidum ver, hyeme remittente, sic et aurea Helena elucebat inter nos. Sicut magna cupressus sursum procurrit ornamentum pingui arvo, aut horto, &c. De his dubitandum non puto. De cæteris nihil occurrit, in quo acquiescere plane possim." MSS. Not. Sanctam. Κοσμος est lectio Codicum, et editionum nonnullarum veterum. Adjicit Sanctamandus, "Litera initialis κ forte præcedenti voci adhæsit, ac in ν finale [ανεδραμεν] mutata est; σ vero medium in γ mutatum, facili quoque lapsu: ni clare enim delineatum sit, ferme speciem habet σ. Quomodo sæpe scribitur γ in manuscriptis. Neque dubitarunt, pro ογμος, voce nihili, ΟΓΜΟΣ scribere; quod pulchre, ut putabant, cum Αρουρα conveniebat." Ita plane idiomate nostro adhibetur illud ανεδραμεν. Dicimus enim de arboribus, *To run up*. Ut Iliad. xviii. 56. Vide Suidam. V. ΑΝΕΔΡΑΜΗΝ. Ibidemque Kusterum.

Ad v. 32. *Adde*. Tradit Salmasius trinam distinctionem fuisse apud grammaticos, των videlicet Αττικων, των Ἑλληνων, et των Κοινων. Per loquendi autem genus κοινον, existimat intelligi ιδιωτικον, *loquelam trivialem*. De Hellen. pag. 55. seq. Idem sensit D. Heinsius; qui de V. τραγωδειν, *cantare*, in hisce scholiis usurpata, loquens, eam sequiori Hellenismo tribuit: adjicitque, "Ea vox ιδιωτικη και ΚΟΙΝΗ illius temporis." LECT. Theocr. c. ii. pag. 296. edit. Commelin. Confer elegantissimum Piersonum, etsi contra nos faciat, ad Mœrid. Atticist. V. ΦΕΙΔΩΛΟΙ. pag. 389.

Ad v. 33. p. 226. *Adde*. Confer Hesych. V. ΕΥΗΤΡΙΟΝ. Et Misc. Obs. Vol. vii. Tom. 2. pag. 304.

Ad v. 43. p. 227. *Adde*. Conferatur huc Euripidis illud Λωτοτροφοι λειμωνες. Phœniss. v. 1564.

Κοκκύσδων νάρκαισιν ἀνιηρῇσι διδοίη.] Hæc minus recte intelligunt. Νάρκαι ἀνιηραὶ sunt *frigora matutina,* quæ sub galli cantum graviora esse solent. Horatius,

MATUTINA parum cautos jam FRIGORA mordent.

Quare dicit Theocritus, *Ad amati fores alius per totam noctem excubet, et frigora matutina patiatur.* Qui sensus optimus.

V. 137. Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο. ———] Huc adludit Synesius, Epist. 114. Τὸ δὲ τῶν Νυμφῶν ἄντρον οὐκ ἐπαινέσομαι. Θεόκριτε γὰρ δεῖ. Quod et pridem observaverat Joannes Meursius.

IDYLL. VIII.

Ver. 40. ——— Κἤν τι Μενάλκας
Τῆδ' ἀγάγοι, χαίρων ἄφθονα πάντα νέμοι.] Scribendum, adsentiente Scholiasta, Τῆδ' ἀγάγῃ. Noster supra,

——— Ἦν δὲ πᾶς' ΕΝΘΗ
Δάφνις ἔχων δαμάλας, μηδὲν ἔλασσον ἔχοι.

Quod sequitur minus ceperunt viri doctissimi. Χαίρων est *gratis, impune.* Eupolis apud LONGINUM NOSTRUM, Περὶ Ὕψ. §. xvi.

Οὐ γὰρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην,
ΧΑΙΡΩΝ τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

Quem locum neutiquam adsecuti sunt interpretes.

V. 57. Δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν κακόν, ὕδασι δ' αὐχμός.] Hæc male sollicitarunt viri doctissimi. Ὕδατα sunt *fontes aquarum,* quibus inimicus est αὐχμός. Recte Schol. Πρὸς τὰ δένδρα μὲν ἐπὶ κακὸν φοβερὸν ἔχει ὁ χειμών. πρὸς τὰ ὕδατα δὲ ἡ ἀνομβρία, ὅτι ἀποξηραίνει καὶ ἀφανίζει αὐτά. Antigonus Carystius, Hist. Mirab. cap. xv. Ἔστιν αὐτοῖς ἀνακειμένη ἅμαξα χαλκῆ, ἣν, ὅτ' ἂν ΑΥΧΜΟΣ ᾖ, σείοντες ΥΔΩΡ αἰτοῦνται τὸν θεόν, καί φασι γίνεσθαι. Qui locus notandus. Atque hac occasione monitus, luculentissimum fragmentum Euripidis in CHRYSIPPO, quod extat apud Sextum Empiricum, p. 360. quodque *eximium et nulla parte defectum* vocat vir doctissimus, *Diatrib. Euripid.* p. 18.

p. 18. hic integrum et emendatum adscribam. Nam quod vulgo legitur aperte mendosum est.

> Γαῖα μεγίστη, ἐ Διὸς αἰθήρ,
> Ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ,
> Ἡ δ' ΥΓΡΟΒΟΛΟΣ, ἡ σταγόνας νοτίας
> Παραδεξαμένη, τίκτει θνατοὺς,
> Τίκτει δὲ βορὰν, φῦλά τε θηρῶν·
> Ὅθεν οὐκ ἀδίκως
> Μήτηρ πάντων νενόμισται.

Ita scribendi isti versiculi. Vulgo inepte legitur ὑδροβόλους. Dicitur autem γαῖα ὑγροβόλος, ut ὄρη νιφόβολα. Plutarchus in Sertorio. Ὁ δὲ ἀπὸ τῆς ἄρκτου ῥέων ἄνεμος, ὃν καικίαν ἔνιοι καλοῦσιν, ἐπέχει μάλιστα, καὶ πλεῖστος ἐστι τῶν ἐκεῖ πνευμάτων, ἐξ ὑγρῶν πεδίων καὶ ΝΙΦΟΒΟΛΩΝ συμφυσώμενος ΟΡΩΝ. Rem egregie expressit Virgilius, Georg. ii. 325.

> Tum pater omnipotens fæcundis imbribus Æther
> Conjugis in gremium lætæ descendit, et omnes
> Magnus alit magno commixtus corpore fætus.

V. 92. Κ' ἄκα τούτω Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρᾶτος ἔγεντο.] Hunc versum laudat Synesius, Epist. 127.

IDYLL. IX.

Ver. 4. Χ' οἱ μὲν ἁμᾶ βόσκοιντο.———] Illud ἁμᾶ vox nulla est. Scribendum ἅμα. Librarii autem, versui metuentes, istam formam nobis procuderunt. In quo frustra fuerunt. Idem vitium, xi. 39.

> ——— Ἁμᾶ κ' ἠμαυτὸν ἀείδων.

Scribe ἅμα. Quæ forma restituenda Pindaro, Olymp. iii. p. 32.

> Καὶ μεγάλων ἀέθλων ἁγνὰν κρίσιν,
> Καὶ πενταετηρίδ' ἅμα
> Θῆκε ζαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς Ἀλφεοῦ.

Ita scribendum, non ἁμᾶ. Quod ex præcedenti stropha patet. Hesychius. Ἅμα, ὁμοῦ.

V. 13. Τῶ δὲ θέρευς φρύγοντος ἐγὼ τόσσον μελεδαίνω
Ὅσσον ἐρῶντι πατρὸς μύθων καὶ ματρὸς ἀκούειν.] Editio Florentina, ἐρῶντα. Neutrum verum. Scribendum, ΕΡΩΝΤΕ. *Puer* scilicet et *puella*. Sensus est, *Mibi vero æstatis æstus non magis curæ est, quam puero et puellæ, qui se invicem amant, parentum præcepta.* Viris doctissimis sæpius fraudi fuit numerus dualis. De quo nos ad Suid. Emendat. i. p. 135.

V. 21. —Ἡ νωδὸς καρύων.——] Scribendum, ἢ ὠ νωδός. Constructio hujus loci, quam nemo vidit, hæc est. *Equidem non tantam curam babeo byemis, quanta ea est quam babet edentulus nucum pulte adpofita.* Nimirum litera ι absorpta erat a sequenti. Hinc alii ἢ, alii ἦ. Sed nostra lectio verissima et planissima est.

V. 29. ——— Φαίνετε δ' ᾠδὰν
Τὰν ποκ' ἐγὼ τήνοισι παρὼν ἄεισα νομεῦσι.] Vox παρὼν neminem non offendit. Scribendum, idque ne litera quidem mutata,

> Τὰν ποκ' ἐγὼ τήνοισι ΠΡΩΑΝ ἄεισα νομεῦσι.

Theocritus, v. 4.

> Τόν μευ τὰν σύριγγα ΠΡΩΑΝ κλέψαντα Κομάταν.

Idem autem πόκα πρώαν et πρᾶν πόκα. Quomodo non semel locutus est Theocritus. Nempe, ii. 115.

> ΠΡΑΝ ΠΟΚΑ τῷ χαρίεντι τρέχων ἔφθαξα Φιλίνῳ.

Idem, v. 81.

> —— Χιμάρως δύο ΠΡΑΝ ΠΟΚ' ἔθυσα.

Nihil verius hac emendatione. Confer omnino nostrum, vii. 51.

IDYLL. X.

Ver. 31. Ἁ γέρανος τὤροτρον.——] Hinc explicandus Callimachi versiculus apud Apollon. Lex. MSS. Ὀψέοντες, ὀπτικῶς ἔχοντες. ὁ δὲ τύπος τῆς λέξεως Ἀττικός. Κλαυσέοντες γὰρ λέγεσι, ἀντὶ τοῦ κλαυστικῶς ἔχοντες. Καὶ Καλλίμαχος.

> Οἱ κεν βρωσέοντες ἐμὸν περιῶσιν ἄροτρον.

ἀντὶ τοῦ βρωτικῶς ἔχοντες. In Callimachi versiculo vitium non leve est. Scribendum παρίωσιν, atque ita vertendum.

> *Qui esurientes meum aratrum prætervolant.*

Sermo est de *gruibus*, quæ aratrum præter propter volant. Optime Scholiastes. Ἀρχομένου γὰρ σπόρου αἱ γέρανοι φαίνονται. Vide Cl. Alberti ad Hesych. V. ΟΨΕΙΟΝΤΕΣ. Et Cl. Ernesti ad Callimach. p. 573.

V. 32. Αἴθε μοι ἦσαν ὅσα Κροῖσόν ποκα φαντὶ πεπᾶσθαι.] Edit. Florentina, Αἴθε μοι ἦν. omnino recte. Quare iste versiculus ita rescribendus est,

> Αἴθε μοι ἩΣ ὍΣΣΑ Κροῖσόν ποκα φαντὶ πεπᾶσθαι.

Poteris etiam scribere, Αἴθε μοι ἧς ἂν ὅσα. Sed illud verius. Theocritus, iv. 49.

> Εἴθ' ἦν μοι ῥοικὸν τὸ λαγωβόλον.———

Scribe, Αἴθ' ἧς. Quod ex more et consuetudine Dorum est. Noster, ii. 140.

> Καὶ ταχὺ χρὼς ἐπὶ χρωτὶ πεπαίνετο, καὶ τὰ πρόσωπα
> Θερμότερ' ΗΣ ἢ πρόσθε.———

Idem, vii. 1.

> ΗΣ χρόνος ἁνίκ' ἐγών.———

Ita scribendum, non ἐγώ. Vid. vii. 131. Theodoridas in Epigram. Anthol. MS.

> Μνασάλκειος τὸ σᾶμα τῶ Πλαταιίδα
> Τῶ λεγειοποιῶ.
> Ἁ μῶσα δ' αὐτῷ τᾶς Σιμωνίδα πλάξ
> ΗΣ ἀποσπάραγμα.
> Κενά τε καὶ γὰρ κ' ἀπιλακυθίστρια,
> Διθυραμβοχάνα.
> Τέθνακε, μὴ βάλωμες· εἰ δέ κε ζόη,
> Τύμπανον γ' ἐφύση.

Ita scribendum istud Epigramma, quod omnes Interpretes elusit. Πλάκα Σιμωνίδα est *Simonidis tabella*, ut πλάτας Παλαμήδους *Palamedis tabellæ*. de quibus Aristophanes in Thesmoph. 777. ad quem locum respexisse videtur Theodoridas. Erat autem *Mnesalces* iste Πλαταιίδας. *Platæensis.* hinc ἀποσπάραγμα τᾶς πλακός. qui jocus scilicet. Sic solent nonnulli. de

de quo nos alibi. Festive autem *Mnesalcem* istum sive *Mnesalcis musam*, Διθυραμβοχώνην vocat Epigrammatarius. Nam χώνη *infundibulum* est. Vulgo legitur, Διθυραμβοχάνα. quæ vox nihili est. Atque hinc κενὴ καὶ ἐπιληκυθίστρια. quæ verba finitima, et ejusdem *tumoris*, *bombi*, et *inanitatis* sunt. Nam λήκυθος res comica et ridicula est. de qua viri docti ad Aristophanis Ranas. *Ampullam* vocat Horatius. Hinc Ληκυθίζειν, et μοῦσα Ληκυθεῖος apud Hephæstion. de qua Cl. Bentleius ad Callimachum. et Κομπολακύθης apud Aristoph. in Acharn. 589. ubi Schol. Ἀπὸ τοῦ λακεῖν ἐν πυργώματι γίγνεται τὸ Ληκύθιον. Ληκυθίζειν γὰρ τὸ μεῖζον βοᾶν ἢ ψοφεῖν. ἦχον γὰρ ἀποτελεῖ καὶ ἡ λήκυθος, ἐπεὶ καὶ αὕτη ΠΕΦΥΣΗΤΑΙ. πάντα γὰρ τὰ πεφυσημένα κόμπον ποιεῖ. Quæ verba notanda. nam Theodoridam nostrum plurimum illustrant. Confer etiam Etymologum V. Κομπολακύθης. Quod sequitur perperam sollicitavit Piersonus. Dicitur Τύμπανον φυσᾶν, ut ἀσκὸν φυσᾶν, λήκυθον φυσᾶν. de quo supra. Quod hominis *magnum* quid et *inane* spirantis est. Eandem locutionem usurpat Noster infra xix. 3. Sed has veneres et facetias, quæ plane singulares sunt, non cujusvis est adsequi. Ceterum ut Theodoridas ἧς pro ἦν, sic Epicharmus ἀπῆς pro ἀπῆν, ἐνῆς pro ἐνῆν. Epicharmus *in Nuptiis Hebes* apud Athenæum, lib. vii. p. 326.

Ἦν δ᾽ ὑαινίδες τε, βούγλωσσοί τε, καὶ κίθαρος ΕΝΗΣ.

Ita scribendus iste locus. Καὶ κίθαρος ἐνῆς. ubi *tribrachys* pro *trochæo*. Quod doctissimo *Corinthi* editori fraudi fuit. Idem Epicharmus *in Musis* apud Athenæum, lib. vii. p. 312.

Οὔτε γόγγρων τι παχήων, οὔτε μυραινᾶν ΑΠΗΣ.

Ita legebat vir doctissimus ad Corinth. *de Dialect.* p. 119. Sed Siculi trochiacus, quod Cl. editorem fugit, uno pede claudicat, atque ita sublevandus est,

Οὔτε γόγγρων τις παχήων, οὔτε μυραινᾶν ἀπῆς.

V. 34. Τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα, καὶ ἢ ῥόδον ἢ τύγε μᾶλον·
Σχῆμα δ᾽ ἔσω καὶ καυνάκας ἐπ᾽ ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας.] Scribe ἢ ΤΥΓΑ μᾶλον. Quod Dorum est. Vide quæ scripsimus ad i. 148. Quod sequitur, σχῆμα δ᾽ ἐγὼ, aliter exponit Casaubonus, aliter Berglerus ad Alciphron. p. 141. Quocum et facit Scholiastes. Mihi hic locus nonnihil suspectus est, atque ita fortasse restituendus.

Τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα, καὶ ἢ ῥόδον, ἢ τύγα μᾶλον·
ΣΤΕΜΜΑ δ᾽ ἐγὼ, καὶ καυνὰς ἐπ᾽ ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας.

Ac tu quidem stares, in una manu tibiam tenens, in altera rosam vel malum: ego vero coronam gerens, *et Laconicum in modum calceatus.* Nostram emendationem unice commendat Suidas. ΑΜΥΚΛΑΙ. κόσμιόν τι ὅπερ ἐν ποσὶν εἶχεν Ἐμπεδοκλῆς. εἶχε γὰρ χρυσοῦν ΣΤΕΜΜΑ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ ΑΜΥΚΛΑΣ ἐν τοῖς ποσὶ χαλκᾶς. Quem locum perperam sollicitavit Joannes Meursius.

Atque hæc scripseram: sed nihil temere mutandum. Videor enim in ipsum locum incidisse ad quem respexit Theocritus. Respexit autem ad Aristoph. Vesp. 1152. — 1155.

Β. Ἄγε νῦν ἀπόδυθι τὰς καταράτους ΕΜΒΑΔΑΣ,
Ταδὶ δ᾽ ἀνύσας ὑπόδυθι ΤΑΣ ΛΑΚΩΝΙΚΑΣ.
Ἀνυσόν ποθ᾽ ὑποδυσάμενος· εἶτα πλουσίως
Ὡδὶ προβὰς, τρυφερόν τι διασαλακώνισον.
Φ. Ἰδού· θεῶ τὸ ΣΧΗΜΑ, καὶ σκέψαι μ᾽ ὅτῳ
Μάλιστ᾽ ἔοικα τὴν βάδισιν τῶν πλουσίων.

Qui locus diligenter perlegendus est. Nam ad Theocritum intelligendum plurimum facit.

IDYLL. XI.

Ver. 13. —— Ὁ δὲ τὰν Γαλάτειαν ἀείδων,
Αὐτῶ ἐπ᾽ ἀϊόνος κατετάκετο φυκιοέσσας.] Hæc perperam sollicitavit Heinsius. Αὐτῶ ἐπ᾽ ἀϊόνος est *in solo litore.* Virgilius, Georg. iv. 465.

—— Te SOLO IN LITORE secum,
Te veniente die, te decedente CANEBAT.

Ad Theocritum manifesto respexit Maro.

V. 31. Οὕνεκά μοι λασία μὲν ὀφρῦς ἐπὶ παντὶ μετώπῳ
Ἐξ ὠτὸς τέταται ποτὶ θὥτερον ὡς μία μακρά,
Εἷς δ᾽ ὀφθαλμὸς ἔπεστι. ——] Legebat interpres ὕπεστι. Ita enim reddit, *Unus vero oculus* SUBEST. Callimachus in Dian. 52. ubi de *Cyclopibus* agit.

——— Πᾶσι δ᾽ ΥΠ᾽ ΟΦΡΥΝ
Φάεα μουνόγληνα. ———

Sed nihil mutandum. Dicit Theocritus, *Polyphemo in fronte unum supercilium, unum oculum inesse.* Quod planum est. Ceterum huc respexit Herodes Atticus apud Philostrat. Vit. Sophist. L. ii. p. 552. Διαγράφει δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης ἐν μιᾷ τῶν πρὸς Ἰουλιανὸν ἐπιστολῶν, κομᾶν τε συμμέτρως, καὶ ΤΩΝ ΟΦΡΥΩΝ ΛΑΣΙΩΣ ἔχειν, ὡς καὶ συμβάλλειν ἀλλήλαις οἷον ΜΙΑΝ.

V. 71. ——— Καὶ θαλλὸν ἀμάσας
Ταῖς ἄρνεσσι φέροις. ———] Quicquid *herbarum* vel *fruticum viret*, Θαλλὸν vocant Græci. Vide Schol. ad iv. 45. Hinc elegans locutio, Θαλλὸν προτείνειν, *ramum pecori ostendere.* De quo plena manu, ut solent, viri doctissimi ad Timæi Lexicon. Atque hinc explicandum Epigr. Anthol. l. vii. p. 587.

Τῷ θαλλῷ Διδύμη με συνήρπασεν· ὤμοι· ἐγὼ δὲ
Τήκομαι, ὡς κηρὸς πὰρ πυρὶ, κάλλος ὁρῶν.
Εἰ δὲ μέλαινα, τί τοῦτο; καὶ ἄνθρακες· ἀλλ᾽ ἂν ἐκείνους
Θάλψωμεν, λάμπουσ᾽ ὡς ῥόδεαι κάλυκες.

Τῷ θαλλῷ συναρπάσαι est, *Illecebris suis,* tanquam *ramo ovem, abducere.* Interpretes non intellexerunt. Optime Augustinus in Joannis Evangel. Serm. xxvi. *Ramum viridem ostendis ovi, et trahis illam.* Confer etiam nos ad Suid. V. ΣΕΙΡΗΝΑΣ.

IDYLL. XII.

Ver. 2. —— Οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσι.] Hunc locum laudat Julianus in Epistola ad Libanium. Ἀλλὰ καὶ τοῦτόν με τῶν τριῶν ἡμερῶν ἴσθι συντρίψας.

ψαι. ὅπερ ἀληθῆ φησιν ὁ Σικελιώτης ποιητής, ΕΝ ΗΜΑΤΙ φάσκων ΠΟΘΟΥΝΤΑΣ ΓΗΡΑΣΚΕΙΝ.

V. 32. Ὅς δέ κε προσμάξῃ γλυκερώτερα χείλεσι χείλη.] Huc respexit Julianus in Misopog. p. 338. Ὑπὲρ δὲ τοῦ φιλεῖν ἢ φιλεῖσθαι ἥκιστα ἀλγῶ. Καίτοι καὶ τοῦτο ἔχειν ἔοικεν ὁ πώγων, ὥσπερ τὰ ἄλλα, λυπηρόν. οὐκ ἐπιτρέπων καθαρὰ λείοις, καὶ διὰ τοῦτο, οἶμαι, ΓΛΥΚΕΡΩΤΕΡΟΙΣ ΧΕΙΛΕΣΙ ΧΕΙΛΗ ΠΡΟΣΜΑΤΤΕΙΝ. Ὅπερ ἤδη τις ἔφη τῶν ἐργασαμένων σὺν τῷ Πανὶ καὶ τῇ Καλλιόπῃ εἰς Δάφνιν ποιήματα. Ceterum hoc Idyllium Theocrito abjudicavit D. Heinsius. Sed invito, ut videtur, Juliano.

V. 37. ——— Χρυσὸν ὁποίη

Πεύθονται μὴ φαῦλον, ἐτήτυμον ἀργυραμοιβοί.] Hunc locum non intellexit Reiskius. Ἐτήτυμον πευθέσθαι est, *vere et accurate* explorare. Hesychius, Ἐτήτυμον, ἀληθὴς vel ἀληθῶς. Quare nihil mutandum in Theocrito.

I D Y L L. XIII.

V. 24. Αἰετὸς ὥς, μέγα λαῖτμα. ———] "Ita dant "omnes editiones. Pro quo rescripsi, Αἰετὸς ὥς μεγαλαιχμος. *Ut aquila magnis unguibus prædita.*" REISKIUS. Quæ hæc intemperies omnia corrigendi? Nihil verius aut venustius vulgata lectione. Quid quod μέγα λαῖτμα elegans et poetis familiare est. Homer. Odyss. ι. 174.

——— Σχεδίῃ περάαν ΜΕΓΑ ΛΑΙΤΜΑ θαλάσσης.

Idem, Odyss. η. 34.

Νηυσὶ θοῇσιν τοίγε πεποιθότες ὠκείῃσι

ΛΑΙΤΜΑ ΜΕΓ' ἐκπερόωσιν. ———

Hesiod. Oper. 164.

Τοὺς δὲ καὶ ἐν νήεσσιν ὑπὲρ ΜΕΓΑ ΛΑΙΤΜΑ θαλάσσης

Ἐς Τροίην ἀγαγών. ———

Apollon. Rhod. iv. 980.

Πεῖρον ἁλὸς ΜΕΓΑ ΛΑΙΤΜΑ. ———

Illud vero μεγάλαιχμος, quæ vox plane nova et inaudita est, nihil huc facit, et proinde omnibus Musis exsibilandum est.

V. 40. ——— Περὶ δὲ θρύα πολλὰ πεφύκει

Κυάνεόν τε χελιδόνιον, χλωρόν τ' ἀδίαντον.] Editio Florentina, θρύα. Recte omnino. Θρύον est *juncus*, sive *herba*, quæ in locis ὑγροῖς et palustribus nascitur. Θρύον et ἀδίαντον conjungit Orpheus, Argon. 913.

——— Εὐωδὴς ΑΔΙΑΝΤΟΣ,

Καὶ ΘΡΥΟΝ. ———

Quare nullus dubito, quin ita scripserit Theocritus. Confer nos ad Suid. V. ΤΕΘΡΙΑ. Ubi similis error.

V. 68. Ναῦς μὲν ἄρμεν' ἔχοισα μετάρσια ———

Ἱστία δ' ἤϊθεοι μεσονύκτιον ἐξεκάθαιρον.] De priori versiculo alii viderint. Posterior autem manifesto vitio corruptus est, atque ita emendandus.

ΟΥΡΟΝ δ' ἤϊθεοι μεσονύκτιον ἐξεκάθαιρον.

Οὖρον ἐξεκάθαιρον. *Alveum expurgabant ad navem deducendam.* Respexit noster ad Homer. Il. β. 153.

——— Τοὶ δ' ἀλλήλοισι κέλευον

Ἅπτεσθαι νηῶν, ἠδ' ἑλκέμεν εἰς ἅλα δῖαν,

ΟΥΡΟΥΣ Τ' ΕΞΕΚΑΘΑΙΡΟΝ. ———

Ubi Schol. ΟΥΡΟΥΣ. τὰς φερούσας ὀρύγματα, δι' ὧν αἱ νῆες καθέλκονται εἰς τὴν θάλασσαν.

I D Y L L. XIV.

Ver. 14. Ἐν χώρῳ παρ' ἐμίν. ——— Nihil muta. χῶρος est *ager* sive *villa rustica*. Hesych. Χῶρος, τόπος, ἀγρὸς ἀνθρώπου, ἢ χωρίον. Ita scribendus iste locus. Hinc Πρόχωρα. *loca vicina*, sive *quæ villæ adjacent*. Hesych. Παραύλια, τὰ παρὰ τὴν αὐλήν, οἷον πρόχωρα. lege, ΠΡΟΣΧΩΡΑ. Photius in Lex. MS. Παραύλια, ΠΡΟΣΧΩΡΑ. Suidas, ΠΡΟΣΧΩΡΟΙ, περίοικοι. *circumvicini*. Deinde sequitur apud Nostrum,

——— Δύο μὲ κατέκοψε νεοσσώς.

Ubi verbum κατακόπτειν appositissimum est. Heraclides Comicus apud Athenæum, lib. xii. p. 532.

Ἀλεκτρυόνα τὸν τοῦ Φιλίππου παραλαβὼν

Ἀωρὶ κοκκύζοντα καὶ πλανώμενον,

ΚΑΤΕΚΟΨΕΝ. ———

V. 25. Οὐ φθεγξῇ; λύκον εἶδες. ——— Ad hunc locum, qui venustus in primis est, respexit scriptor nescio quis apud Suidam, cujus verba adponam. Λύκον εἶδες. ἐπὶ τῶν αἰφνίδιον ἀφανῶν γενομένων. Σὺ δ' οὐκ ἂν δυναίο πρὸς αὐτὸν ἀντιβλέπειν, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον, ΟΥ ΦΘΕΓΞΗ; ΛΥΚΟΝ ΕΙΔΕΣ, ὅπερ ἀλλαχοῦ που κἀνταῦθα δόξει κυρίως εἰρῆσθαι. Ita distinguendus iste locus ex Edit. Mediolanensi. Dum hæc scribo, Suidam nostrum in præcedenti articulo graviter adfectum esse video, quem hic una opera instaurabo. Λυκομήδειος. Τῇ δὲ Λυκομήδους παιδὶ φιλαστραγάλῃ. Ad hunc locum ne verbum quidem Kusterus. Res ita supplenda et restituenda est: Λυκομηδείῳ. τῇ δὲ Λυκομήδους παιδί.

Τῇ Λυκομηδείῳ παιδὶ φιλαστραγάλῃ.

Confer Suid. V. ΙΟΤΗΤΙ. ubi integrum distichon legitur. Epigramma ipsum non exstat. De *Lycomedis* autem *filiabus*, Leonides in Epigram. apud Reisk. p. 45.

V. 24. ——— Λαῖσα δὲ γείτονος υἱός,

Εὐμάκης χ' ὡπιπολός. ———] Versus posterior laborat. Scribendum,

Εὐμάκης, ἀπιπολός. ———

Ceterum ad hunc locum respexisse videtur Longus *Pastoral.* lib. iii. p. 110. Ed. Junger. Τῆς ἐπιούσης ὡς παρὰ τὴν γυναῖκα ΛΑΒΑ τὴν τίκτουσαν ἀπῄεσαν φαινερῶς ἐπὶ τὴν δῆμον, ἐν ᾗ ἐκαθίζετο Δάφνις καὶ Χλόη παρέχοντι. Ita scribendus iste locus, qui viros eruditissimos admodum torsit. Τὴν γυναῖκα Λάβα est *Uxorem vicini Labæ. Neighbour Laba's wife.* Τὴν τίκτουσαν ΓΕΙΤΟΝΑ supra vocat Longus. Vulgo nullo sensu legitur λαβεῖν. Quod frustra defendit Cl. Albert. ad Hesychium. Ad Theocritum autem passim adludit Longus.

V. 35. ——— ἀνειρύσασα δὲ πέπλως,

Ἕξω ἀπῶχετο θᾶσσον. ——] Hunc locum, quo nihil elegantius aut expressius, insigniter violavit Cl. Reiskius. Ita locutus est Noster, xxvi. 16.

—— αἱ δ' ἐδίωκον
ΠΕΠΛΩΣ ἐκ ζωστῆρος ἐπ' ἰγνύ' ΑΝΕΙΡΥΣΑΣΑΙ.

Huc facit egregie Apollonius Rhodius, iv. 940.

Αὐτίκ' ἀνασχόμεναι λευκοῖς ἐπὶ γούνασι πέζας
Ὑψοῦ ἐπ' αὐτάων σπιλάδων ϰ κύμασιν ἀγῆς
Ῥώοντ' ἔνθα ϰ ἔνθα. ——

Ubi Schol. Εὐθέως ΑΝΕΛΚΥΣΑΣΑΙ ἐπὶ τῶν λευκῶν γονάτων ΤΑ ΙΜΑΤΙΑ ἄνωθεν τῆς ζωναρίας, ϰ ΑΝΑΣΥΡΑΣΑΙ ΑΥΤΑ, ἐρρωμένως ἄνωθεν τῶν πετρῶν ϰ τ̃ τοῦ κύματος ἀνακλάσεως ἐκινοῦντο. Confer Joannem Meursium in Spicilegio ad Theocritum.

V. 37. Ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος· ἄλλον ἰοῖσα Θάλπε φίλον. ——] Ad hunc locum manifesto respexit Paulus Silentiarius in Epigrammate, quod quia satis festivum est, et Bucolici nostri veneres non semel expressit, hic integrum et ex Cod. MS. emendatum subjiciam.

Δειελινῷ χαρίεσσα Μενεκρατὶς ἔκχυτος ὕπνῳ
Κεῖτο περὶ κροτάφους πῆχυν ἑλιξαμένη.
Τολμήσας δ' ἐπέβην λεχέων ὕπερ· ὡς δὲ κελεύθου
Ἥμισυ Κυπριδίης ἤνυον ἀσπασίως,
Ἡ παῖς ἐξ ὕπνοιο διέγρετο, χερσὶ δὲ λευκαῖς
Κράατος ἡμετέρου πάσας ἐτίλλε κόμας.
Μαρναμένης δὲ τὸ λοιπὸν ΑΝΥΣΣΑΜΕΝ ἔργον ἔρωτος,
Ἡ δ' ὑποπιμπλαμένη δάκρυσιν εἶπε τάδε·
Σχέτλιε, νῦν μὲν ἔρεξας ὅ τοι φίλον, ᾧ ἔπι πουλὺν
Πολλάκι σῆς παλάμης χρυσὸν ΑΠΩΜΟΣΑΜΗΝ.
ΟΙΧΟΜΕΝΟΣ Δ' ΑΛΛΗΝ ΥΠΟΚΟΛΠΙΟΝ εὐθὺς ἑλίξεις,
Ἐσσὶ γὰρ ἀπλήστου Κύπριδος ἐργατίνης.

Ita scribendum est istud Epigramma; cujus tum metrum, tum Græcismum minus perspectum habuerunt eruditissimi editores. Vocem Ὑποκόλπιος usurpat etiam Automedo in Epigrammate apud *Stratonem*; quod hactenus *ineditum*, hic, ob singularem elegantiam, in lucem publicam proferam.

ΑΥΤΟΜΕΔΟΝΤΟΣ.

Πρὸς τ̃ παιδοτρίβην Δημήτριον ἐχθὲς ἐδείπνουν,
Πάντων ἀνθρώπων τ̃ μακαριστότατον.
Εἷς αὐτοῦ κατέκειθ' ΥΠΟΚΟΛΠΙΟΣ, εἷς ὑπὲρ ὦμον,
Εἷς ἔφερεν τὸ φαγεῖν, εἷς δὲ πιεῖν ἐδίδου·
Ἡ τετρὰς ἡ περίβλεπτος. ἐγὼ παίζων γε πρὸς αὐτὸν
Φημί, &c.

Atque hic, quod attinet ad *Decubitum* Græcorum, plura possent adscribi.

V. 38. —— Τήνῳ τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι.] Locutio vernilis. Quicquid *gratum* et *perjucundum* est μᾶλα vocat poeta. Sic nos Angli, *This is nuts and figs to him*. Editor autem *Lipsiensis*, quod mireris, μᾶλα scribendum contendit. Quo pacto tum *metrum* tum *sensum* pessundedit. Sed in Theocrito jugulando artifex est Cl. Reiskius. Haud aliter Noster, iii. 34.

Ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο κατὰ βρόχθοιο γένοιτο.

Qui locus notandus.

V. 39. Μάστακα δ' οἷα τέκνοισιν ὑπωροφίοισι χελιδὼν Ἀψορρον ταχινὰ πέτετ') βίον ἄλλον ἀγείρειν.] Hunc locum minus perspectum habuerunt Interpretes. Sensus est: *Quemadmodum hirundo celeriter avolat ad aliud et aliud pabulum pullis suis comparandum; ita quoque sine mora Cynisca a nobis avolabat.* Quare locus ita distinguendus est,

Μάστακα δ' οἷα τέκνοισιν ὑπωροφίοισι χελιδὼν
Ἄψορρον ταχινὰ πέτεται, βίον ἄλλον, ἀγείρειν.

Et hoc verum. Quod vero sequitur, ᾧ πόδες ἄγον, eleganter vertit Horatius.

—— *Ferebar* INCERTO PEDE.

V. 46. —— Οὐδὲ Θρᾳκιστὶ κέκαρμαι.] Legebat Scholiastes,

—— οὐδὲ ΚΑΡΙΣΤΙ κέκαρμαι.

Quod ex interpretatione ejus liquet. Ψηφίζεί τὰς ἡμέρας, ἀφ' οὗ ἀπ' ἀλλήλων κεχωρισμένοι εἰσί, καὶ ἀφ' οὗ οὐκ ἐκάρη ΚΑΤΑ ΚΑΡΑΣ τὰς τρίχας. Quæ lectio sane pulcherrima est.

V. 47. Ἁ δὲ Λύκῳ νῦν πάντα. ——] Edit. Florentina, Οἱ δὲ Λύκος νῦν πάντα. Repono certissime,

Οἱ δὲ Λύκος νῦν πάντα. ——

Illi vero omnia nunc Lycus est. Lucianus *de Dea Syria*. Ὡς δὲ οἱ τὸ κακὸν μέζον ἡσυχίης ἐγένετο, ἐς ἐμφανὲς ἐπεύχετο, κλαίεσκέ τε δι' ἡμέρης, ϰ Κομβάβον ἀνεκαλέετο, ΚΑΙ ΟΙ ΠΑΝΤΑ ΚΟΜΒΑΒΟΣ ΗΝ. *Verum ubi malum hoc factum est majus quam ut silentio tegi posset, palam conficiebatur, interdiu flebat, et Combabum accersebat*, EIQUE OMNIA COMBABUS ERAT. Quæ ex Theocrito manifesto adumbrata sunt. Confer nos, ad xxvii. 49.

V. 55. —— Οὔτε κάκιστος,
Οὔτε πρᾶτος ἴσως, ὁμαλὸς δέ τις ὁ στρατιώτης.] Notandum illud, ὁμαλὸς στρατιώτης. *miles nec primus nec postremus.* Quomodo locutus est Plutarchus in Cat. Major. Φαίνεται δ' ὁ μὲν Ἀριστείδης, οὔπω τότε μεγάλων ὄντων τῶν Ἀθηνῶν, καὶ τὰς οὐσίας ἔτι ΣΥΜΜΕΤΡΟΙΣ ΚΑΙ ΟΜΑΛΟΙΣ ἐπιβαλλόντων δημαγωγοῖς ϰ στρατηγοῖς, ἐπιφανὴς γενέσθαι.

IDYLL. XV.

Ver. 25. Ὧν ἴδες, χὤν εἶπας ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.] Libri nonnulli, ὧν ἴδες. Rescribo.

Ὧν ἴδες ἂν εἴπαις ἂν ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.

Recte Schol. Ἐξ ὧν ἐθεάσω, ἐκ τούτων ΔΙΗΓΗΣΑΙΟ ΑΝ τῷ μὴ θεασαμένῳ. Est autem ὧν pro ἄν. Quod Dorum est. Noster, v. 69.

—— Μὴ ΩΝ τύχα τοῦτον ὀνάσῃς,

V. 58. Ἵππον καὶ τὸν ψυχρὸν ὄφιν. ——] Huc facit egregie Scholiastes ad Æschyli Sept. Theb. 387. Φύσει γὰρ ΨΥΧΡΟΣ ΩΝ Ο ΟΦΙΣ ἐν μεσημβρίᾳ ἀκμάζοντες τοῦ ἡλίου θερμαινόμενος, εὐκίνητός ἐστι καὶ συρριγμοῖς πρόσεισι.

V. 73. Ὠθεῦνθ' ὥσπερ ὕες.] Editio Florentina, ὥσπερ ὕες.

ὗες. Quæ lectio non contemnenda. Sed hujusmodi hiatus haud infrequens est. Alcæus Comicus apud Athenæum, ix. p. 396.

> Οἶδεν γὰρ αὐτὸς, ἅ τι γρύζομαι μόνον,
> Ὢν σοι λέγω πλέον τι γαλαθηνοῦ ὗος.

Enimvero ille, si tibi grunniam modo, me statim intelligit magis quam matrem suam porcellus. Ita scribendus et vertendus iste locus, qui insignis est, et magnum Animadversorem elusit.

V. 88. —— Πλατυάσδοισαι. ——] Scribendum πλατειάσδοισαι. Τὸ ι epentheticum. Quod Græcis usitatissimum est.

Idyll. XVI.

Ver. 9. —— Ὅτ' ἀλαθίαν ὁδὸν ἦνθον.] Editio Aldina ὅτ' ἀλιθίαν ὁδὸν ἦνθον. Quod et in textum admisit Cl. Reiskius. Atqui ἀλητάλαν ἔρχεσθαι ne Græcum quidem videtur. Quid quod versus scaber, et sensus nullus. Neque enim poetæ vitio vertebant Charites, quod *viam erraticam ivissent*, sed quod *frustra* et *nullo fructu* iter illud peregissent. Recte Schol. ΑΛΙΘΙΗΝ. ἤγουν ματαίαν ὁδόν. *Iter infructuosum. A fruitless journey.* Quod non raro faciunt poetæ.

V. 30. Ὄφρα κε, κ' εἰν ἀΐδαο κεκρυμμένος, ἐσθλὸς ἀκούσῃς.] Ita scribendus est iste versiculus, quem perperam administravit Cl. Reiskius. Aliud est ἐσθλὰ ἀκούσῃς, aliud ἐσθλὸς ἀκούσῃς. quæ verissima et antiquissima lectio. Ita locutus est Noster, xxix. 21.

> Αἰ γὰρ ὧδε ποῇς, ΑΓΑΘΟΣ ΜΕΝ ΑΚΟΥΣΕΑΙ
> Ἐξ ἀστῶν. ————

Huc nonnihil facit auctor epigrammatis ἐπιταφίου in *Theodotum*, nescio quem, *Sostrati* filium, quod post alios publicavit Cl. Chishullus in *Itinerario*, p. 168. et non ita pridem doctissimus D'Orvillius ad *Charit.* 523. Sed corruptum uterque et parum perspectum. Carmen integrum, quod puræ et priscæ elegantiæ est, hic emendatum adscribam.

> Ἤλυθες οὐκ ἀέκοντος ἐνὶ τελεσαῖς δικάδεσσι,
> Θεύδοτε, τὸν ζώεις ἵμερον ὀφθαλμοῖσιν.
> Καί σε τὸν ἐν σπονδαῖσι γεγαθότα πολλὰ μετ' ἀστῶν
> Μάτηρ αἰάζει μυρομένα πρύτανιν.
> Πέτρος οὐδὲ ξένοισι βοάσεται, ὡς ἀΐδηλος
> Ἀσφαλὲς ἀνθρώποις οὐδὲν ἔνειμε τύχη.
> Εἴης τοι σῷ πατρὶ κεχαρμένος, ΟΦΡ ΑΝ ΕΣ ΑΙΩ
> Σώστρατος ἐν φθιμένοις μυρίον αἶνον ἔχῃ.

Ita legendum et distinguendum istud Epigramma. Idem ἐς αἰῶ et εἰς αἰῶνα. Lexicon *Sangerm. ineditum* apud Cl. Ruhnkenium: Αἰῶ, τὸν αἰῶνα κατ' ἀποκοπὴν Αἰσχύλος εἶπεν. Eleganter, ut solet, Longinus περὶ Ὕψους, §. 4. Ἀλλ' οὐδ' ἐκ τοιούτων προσώπων διὰ μικροψυχίαν καλὸν ἀσχημονεῖν ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ.

V. 32. Ὡσεί τις μακέλᾳ πτυλωμένος ἔνδοθι χεῖρας,
Δειλὰν ἐκ πατέρων πενίαν ἀκτήμονα κλαίων.] Legendum, κ' ἀκτήμονα sive καὶ ἀκτήμονα. Πενίαν δειλὰν καὶ ἀκτήμονα. *Pauperiem duram et angustam.* Notandum autem illud, πτυλωμένος χεῖρας. Quod hominis *fossoris*, et *manibus* victum quæritantis est. Lucianus *in Somnio.* Ἡ μὲν ἐργατικὴ, καὶ τὼ χεῖρε τύλων ἀνάπλεως. Hinc Callimachus *in Dian.* 213. de virginibus, Dianæ asseclis, pharetramque *lævo humero* gestantibus,

> ———— ΑΤΥΛΩΤΟΙ δέ οἱ ἀμφὶ
> Δεξιτεροί, καὶ γυμνὸς ἀεὶ παρεφαίνετο μαζός.

Ita scribendus iste locus. de quo nos ad Suid. V. Τύλη. Atque hic nequeo mihi temperare, quin insignem locum D. Pauli subjiciam, ut emendem. Nam quod vulgo legitur, viris doctissimis neutiquam satisfacit. Est autem in Epistola ad Ephesios, iv. 28. Ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω, μᾶλλον δὲ κοπιάτω, ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς χερσὶν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι. Ubi quid sit ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθὸν ταῖς χερσὶν, equidem non intelligo. Ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθὸν est *benefacere.* quod huic loco non convenit. Paulus ad Galat. vi. 10. Ὡς καιρὸν ἔχομεν, ΕΡΓΑΖΩΜΕΘΑ ΤΟ ΑΓΑΘΟΝ πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. Quare locus Apostoli ita tandem rescribendus videtur: Ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω, μᾶλλον δὲ κοπιάτω, ἐργαζόμενος ΤΟΝ ΑΡΤΟΝ ταῖς χερσὶν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι. Quæ planissima sententia. Ἐργάζεσθαι τὸν ἄρτον, est *Victum sibi comparare. to earn ones bread.* Ἐργάζεσθαι τὴν βρῶσιν vocat Joannes, vi. 27. Quod tantundem est. Opportune succurrit Paulus in Epistola Secunda ad Thessal. iii. 11. 12. Ἀκούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους. Τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν καὶ παρακαλοῦμεν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα μετὰ ἡσυχίας ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΙ ΤΟΝ ΕΑΥΤΩΝ ΑΡΤΟΝ ΕΣΘΙΩΣΙ. Quæ plane affinia sunt.

V. 41. ——— Εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος.] Legebat Dionysius Lambinus, vir doctissimus, ad Horatium, στυγνοῖο Χάροντος. Proculdubio legendum,

> ——— Εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνοῖο ΓΕΡΟΝΤΟΣ.

Στυγνὸς γέρων est *Charon.* Στυγνὸν πορθμῆα vocat infra Theocritus. Nihil verius hac emendatione. Virgilius de Charone,

> Et ferruginea subvectat corpora cymba
> Jam SENIOR. ————

Ceterum quam εὐρεῖαν σχεδίαν Theocritus, κοίλην ἄκατον vocat Hermesianax apud Athenæum, xiii. p. 597.

> Ἔνθα Χάρων ΚΟΙΛΗΝ ἕλκεται εἰς ἄκατον
> Ψυχὰς οἰχομένων. ————

Quod perinde est. Vulgo inepte legitur ἀκοήν. Est qui legat κοινὴν, quod argutum est. Sed nos veram lectionem restituimus. Homer. Odyss. γ. 344.

> Ἄμφω ἴσαν ΚΟΙΛΗΝ ἐπὶ νῆα νέεσθαι.

V. 69. —— Χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τελέθουσιν ἀοιδῶν
Μουσέων, ἀπάνευθε Διὸς μέγα βουλεύοντος.] Editio Florentina Κουρᾶν. Recte. Locus ita legendus et distinguendus est,

> Δίζημαι δ' ᾧτινι θνατῶν κεχαρισμένος ἔνθω
> Σὺν Μοίσαις. Χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τελέθουσιν ΑΟΙΔΩΝ,
> Κουρᾶν ἀπάνευθε Διὸς μέγα βουλεύοντος.

Ὁδοὶ ἀοιδῶν sunt *poetarum ad divites accessus*, quos absque

absque Musis *difficiles* atque *irritos* esse dicit. Recte autem Musas Διὸς κούρας vocat poeta. Noster supra, I.

Αἰεὶ τοῦτο ΔΙΟΣ ΚΟΥΡΑΙΣ μέλει, αἰὲν ΑΟΙΔΟΙΣ.

V. 77. ——— Ἐρρίγαισιν.] MSS. nonnulli ἐρρίγαντι. Quod verum, et ut solent Dores. Noster, i. 43.

Αἱ δέ οἱ ΩΔΗΚΑΝΤΙ κατ' αὐχένα πάντοθεν ἶνες.

Idem, xv. 82.

——— Ὡς ἔτυμ' ΕΣΤΗΚΑΝΤΙ. ———

Quare Theocrito nostro Dorismus suus restituendus est.

IDYLL. XVII.

Ver. 17. Ἀθανάτοις, καί οἱ, &c.] Versus laborat. Scribendum Ἀθανάτοισι. Simile peccatum infra, xxi. ii.

Ὁρμειαί, κύρτοι, καὶ ἐκ σχοίνων λαβύρινθοι.

Scribendum,

Ὁρμειαί, κύρτοι τε, καὶ. ———

V. 52. ——— Κούφας δ' δίδοι ποθέοντι μερίμνας.] Hunc locum frustra sollicitavit Cl. Reiskius. Ποθέοντι est *Amanti*. Noster, xii. 2.

——— οἱ δὲ ΠΟΘΕΥΝΤΕΣ ἐν ἤματι γηράσκουσι.

Quare dicit poeta, *Berenicen amantium curas allevare*. Quod alibi Κουφίζειν τὸν ἔρωτα vocat Theocritus. Sed hæc non intellexerunt Interpretes.

V. 122. ——— ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη.] Inepte Interpres, *detergit vestigia*. Immo, *exprimit*, *refert*. *Walks in the steps of his father*. Leonides in Epigram. Anthol. L. iv. p. 466.

Τὰν ἐκφυγοῦσαν ματρὸς ἐκ κόλπων ἔτι,
Ἀφρῷ τε μορμύρουσαν εὐλεχῆ Κύπριν
Ἰδὼν Ἀπελλῆς κάλλος ἱμεροέστατον
Οὐ γραπτὸν ἀλλ' ἔμψυχον ΕΞΕΜΑΞΑΤΟ.

Idem ἐκμάσσεσθαι et ἀπομάσσεσθαι. Cyrus in Epigram. Anthol. lib. iii. p. 334.

Τρεῖς ἐτέων δεκάδας Μαίης χρόνος· ἐς τρίτα δ' ἄλλα
Ἔστειχεν, ἀλλ' ἀΐδης πικρὸς ἐπέμψε βέλος.
Θηλυτέρην δ' ἥρπαξε ῥόδων καλύκεσσιν ὁμοίην,
Πάντ' ΑΠΟΜΑΞΑΜΕΝΗΝ ἔργα τὰ Πηνελόπης.

Ut Maia Penelopen, sic Ptolemæus parentes suos vita et institutis referebat. Ceterum quæ ad hunc locum commentatus est Cl. Reiskius, una litura corrigenda sunt.

IDYLL. XVIII.

Ver. 12. ——— Καθ' ὥραν αὐτὸν ἐχρῆν τυ.] Miserum hunc versiculum, qui nonnihil mendosus est, penitus disperdidit Cl. Reiskius. Legendum alibi monuimus, cum Heinsio,

——— Καθ' ὥραν ΕΥΔΕΝ ἐχρῆν τυ.

Quod verum et elegans. Hujusmodi repetitionibus gaudet Theocritus. Recte etiam ἐχρῆν τυ. Quæ vox restituenda Lysidi Pythagoreo, apud Jamblich. Vit. Pythag. cap. xvii. Γεγονὼς μέγας, ὦ φύντα, Σικελίας πολυτελείας, ἃς οὐκ ΕΧΡΗΝ ΤΥ ΓΕΝΕΣΘΑΙ ΔΕΥΤΕΡΟΝ. Ita scribendus iste locus. Vulgo inepte legitur ἐχρῆν τοι γενέσθαι. Illud autem, γενέσθαι δεύτερον, Græcissimum et elegantissimum est. Aphthonius Sophist. Progymn. cap. v. Πῶς δ' ἂν ἄκων τὴν κόρην ὁ πόθος, θνητῆς ΕΓΕΝΕΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

V. 17. ——— Ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
Ἐς Σπάρταν, ὅποι ὦλλοι ἀριστέες, ὡς ἀνύσαιο.] Aliud est ἀνύσαι, aliud ἀνύσασθαι. Quod miror non animadvertisse Interpretes. Noster, v. 144.

ΑΝΥΣΑΜΑΝ τὸν ἀμνόν. ———

Agnum consecutus sum. *I have got the prize*. Aristoph. Plut. 196.

Κ' ἂν ταῦτ' ΑΝΥΣΗΤΑΙ, τετταράκοντα βούλεται.

Si hæc consecutus fuerit, quadraginta talenta appetet. Ita scribendus iste locus. Quod et recte observavit Cl. Dawesius. Polybius, ix. 4. Ὑπέλαβε γὰρ, ὁ λαθραίαν ποιησάμενος τὴν πορείαν, αἰφνιδίως ἐπιφανεὶς τοῖς κατὰ τὴν Ῥώμην τόποις, ἴσως μὲν ἂν καὶ περὶ τὴν πόλιν ΑΝΥΣΑΣΘΑΙ τι τῶν χρησίμων, ἐκπλήξας τοὺς παραδόξως τοὺς ἐνοικοῦντας. Ubi ἀνύσασθαί τι τῶν χρησίμων, est, *Commodi quid consecuturum*. *to gain some advantage*. Interpretes non intellexerunt. Quare locus Theocriti ita demum interpretandus videtur: *Fortunate sponse, bonus tibi quispiam adsternutavit ad Spartam proficiscenti, ut tu, aliis postbabitis, has nuptias consequerere*. Quod verum et rectum est. Huc accedit Suidas: ΑΝΥΣΑΣΘΑΙ ΤΙ. παρὰ τοῖς ἀρχαίοις διαπράξασθαι. Ad Polybii locum proculdubio respexit Lexicographus.

V. 26. Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφανε πρόσωπον
Πότνια νύξ ἅτε. ———] Horum versuum transpositionem recte vidit Heinsius. Locus ita legendus et distinguendus est.

Πότνια νὺξ ἅτε, λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος,
Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφανε πρόσωπον,
Ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν.

Recte πότνια Ἀὼς, ut πότνια Ἥρα, πότνια Ἥρη, et si quæ alia. Illud autem νυκτὶ perquam necessarium est. Apollonius Rhod. ii. 672.

Ἦμος δ' οὔτ' ἄρ πω φάος ἄμβροτον, οὔτ' ἔτι λίην
Ὀρφναίη πέλεται, λεπτὸν δ' ἐπιδέδρομε ΝΥΚΤΙ
ΦΕΓΓΟΣ. ———

V. 39. Ἄμμες δ' ἐς δρόμον ἦρι. ———] Hunc locum perperam sollicitavit Cl. Reiskius. Δρόμος est *gymnasium*, sive *ambulacrum publicum*. Suidas, Δρόμοις, τοῖς γυμνασίοις, κατὰ Κρῆτας. Laertius, in Platone. Ἐπανελθὼν δ' εἰς Ἀθήνας, διέτριβεν ἐν Ἀκαδημίᾳ. Τὸ δ' ἐστὶ γυμνάσιον προάστειον ἀλσῶδες, ἀπό τινος ἥρωος ὀνομασθὲν Ἀκαδήμου, καθά καὶ Εὔπολις ἐν Ἀστρατεύτοις φησιν,

Ἐν εὐσκίοις ΔΡΟΜΟΙΣΙΝ Ἀκαδήμου θεοῦ.

Stadia Platonis vocat Propertius, iii. 20.

Illic vel STADIIS animum emendare Platonis
Incipiam, aut hortis, docte Epicure, tuis.

Est autem ἦρι, *mane*, sive *tempore matutino*. Quomodo noster infra, xxiv. 19.

ΗΡΙ

ΗΡΙ ᾗ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις.

Ubi recte interpres, *sub auroram*. Callimachus in Jov. 85.

Ἑσπέριος κεῖνός γε τελεῖ τά κεν ΗΡΙ νοήσῃ.

Ita legendus iste locus. Quod et dudum viderunt eruditi. Extra dubium ponet Aratus Phœnom. p. 34.

Αἱ μὲ ὅμως ὀλίγαι ᾗ ἀφεγγέες, ἀλλ' ὀνομασταὶ

ΗΡΙ ΚΑΙ ΕΣΠΕΡΙΑΙ, Ζεὺς δ' αἴτιος, ἀλίσσεν.

Ad quem locum consulendus Scholiastes. Ceterum isti Arati versiculi laudantur Athenæo, xi. p. 490.

V. 48. Ἀγγνοίη Δωρισί.———] Hic locus satis sanus videtur, et non est. Nam verbum Ἀγγνοίη, quod nemo vidit, est purum putum glossema, quod ex margine libri, ut fieri solet, in textum irrepserat. Editio Florentina, Ἀννείμη Δωρισί. Quod omnino verum et egregium. Hesychius, ΑΝΝΕΜΕΙΝ. ἀναγινώσκειν. Suidas, ΑΝΑΝΕΜΕΙΝ. ἴσον τῷ ἀναγινώσκειν. Ἐπίχαρμος. Ἡρόδοτος δὲ ἈΝΑΝΕΜΕΣΘΑΙ ἐπὶ τῶ καταλέγειν τίθεισιν. Qui locus neutiquam sollicitandus est. Pindar. Isthm. Od. ii.

Ταῦτα Νικάσιππ' ΑΠΟΝΕΙΜΟΝ, ὅταν

Ξεῖνον ἐμὸν ἠθαῖον ἔλθῃς.

Ubi Schol. Ἴσιον ὅτι ὁ εἰς Ξενοκράτην ὕμνον εἰς Ἀκράγαντα διὰ Νικασίππου πέμπει πρὸς Θρασύβουλον τὸν Ξενοκράτους ἀδελφόν. Τὸ γὰρ ΑΠΟΝΕΙΜΟΝ ἀντὶ τοῦ ἀνάγνωθι. Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ.

Σὺ δ' ἐν θρόνοισι γραμμάτων πτύχας ἔχων,

ΑΠΟΝΕΙΜΟΝ.————

ΝΕΜΕΙ τίς ὁ παρέσι, τίς ξυνώμοσε.

Καὶ Παρθένιος ἐν τῇ Ἀρήτῃ τὸ ΑΝΝΕΙΜΕ, ἀντὶ τοῦ ἀνάγνω. Καὶ ΑΝΝΕΙΜΗ ΔΩΡΙΣΤΙ Βουκόλος. Ita scribendus iste locus, qui exquitissimus est, et parum hactenus intellectus. Ad Theocritum autem, qui veteribus ΒΟΥΚΟΛΟΣ dictus, manifesto respexit Pindari Scholiastes.

IDYLL. XX.

Ver. 5. Μή τύ γέ μευ κύσῃς τὸ καλὸν στόμα.———] Verbum κύσαι primam semper corripit. Quare legendum,

Μή τύ γά μευ ΚΥΣΣΗΣ τὸ καλὸν στόμα.———

Homerus, Odyss. Π. 15.

ΚΥΣΣΕ δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλά.

V. 15. Χείλεσι μυθίζοισα.———] Scribendum μυχθίζοισα. Quod et vidit Reiskius. Vidit et doctissimus Hemsterhusius ad Lucianum: qui de hoc verbo consulendus. Addam elegantissimum locum Polybii, lib. xv. cap. 24. Ὧν οἱ Μακεδόνες ἀκούοντες, οὐχ οἷον ἠλέουν αὐτὸν, ἀλλὰ πρὸς οὐδὲν προσεῖχον τῶν λεγομένων· καὶ ΜΥΚΘΙΖΟΝΤΕΣ δὲ καὶ διαψιθυρίζοντες ἐξελήρησαν οὕτως, ὥστε μηδ' αὐτὸν εἰδέναι μήτε πῶς παρεγένετο ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελύθη. *Hæc loquentem Macedones quum audirent, adeo nulla ejus misericordia tangebantur, ut nulli eorum quæ dicerentur attenderent: quin et hominem* sannis sibilisque exceptum *ita dementarunt, ut ipse nesciret quo pacto ex illa concione esset dimissus.* Ita scribendus est vertendus iste locus, quem minus perspectum habuit magnus Interpres.

V. 17. Χά μὲν ἔσα με λιπεῦσα.———] Imperitissime Reiskius, λυπεῦσα. Verba enim Λύπη et Λυπεῖν, cum tota familia, primam semper producunt. Quod contra versum est. Noster, viii. 90.

——— Κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο φρένα ΛΥΠΑ.

Idem, xxiii. 22.

——— Οὐκ ἔτι γάρ σε,

Κῶρε, θέλω ΛΥΠΗΝ κεχαλωμένον.———

Quem locum illotis manibus contrectavit editor Lipsiensis. Ceterum quod dixit Theocritus dixit etiam Euripides Phœniss. 210.

Τύριον οἶδμα ΛΙΠΟΥΣ' ΕΒΑΝ

Ἀκροθίνια Λοξίᾳ

Φοινίσσας ἀπὸ νάσου.

Sed hoc tritum et solenne est.

IDYLL. XXI.

Ver. 10.——— Φυκιόεντά τε λῶδα.] Corrigunt viri docti φυκιόεντά τε ΛΙΝΑ. Sed vox Λίνον hoc infortunio laborat, quod primam semper corripiat. Quod contra versum est. At vero huic observationi obstare videntur loca nonnulla, quæ hic operæ pretium fuerit subjicere, ut emendatiora legantur. Nicander, Alexiph. 450.

——— Ῥοδίοιο νέον θύος εὔτριχι λίνῳ.

Ubi recte codex Mediceus, εὔτριχι ΛΗΝΕΙ. Quocum facere videtur Scholiastes. Hesychius, Λήνεα ἔρια. Apollonarius, Metaphras. Psalm. x. 13.

Οὐρανόθεν χαλεποῖς λῖνα φθισιμβροτα πέμπει.

Lege χαλεποῖσι λίνα. Nonnus, Dionys. xlviii. 459.

Αὐχένα λιναίῃ ὀφιώδεα τύψεν ἱμάσθλῃ.

Qui versus non una macula deformatus est. Scribendum sine dubio,

Αὔρης δ' ἐγγὺς ἵκανεν ἀγήνορος, ὑψινὸε δὲ

Αὐχένα ΛΑΙΝΕΗΝ ὀφιώδεϊ τύψεν ἱμάσθλῃ.

Nonnus ut supra, v. 435.

ΛΑΙΝΕΗΣ ἀπένευσε ἀμαιμακέτης δέμας ΑΥΡΗΣ.

Confer Cl. D'Orvill. ad Charit. p. 768. ubi de hoc loco agit, sed frustra agit. Atque hæc hactenus. Theocriti autem lectio, ut ad Nostrum revertamur, neutiquam sollicitanda est. Idem λῶδες, λῶδιν, et λώδιον sive λήδιον. Ejus meminere Pollux, Hesychius, Suidas, alii. Etymologus: ΛΗΔΙΟΝ, Φιλήμων φησὶ σημαίνειν εὐτελῆ χιτώνιον, ἢ χλανίδα παλαιάν. *Vestem vilem et detritam.* Λεπτὸν λήδιον vocat Clearchus Solensis apud Athenæum. Sunt autem λῶδα φυκιόεντα, *retia lacera et usu detrita. a parcel of old nets.* Quæ pars supellectilis piscatoriæ. Dicitur autem λῶδα φυκιόεντα, ut χλαῖνα λινοῦλκος, χιτὼν τριγλοφόρος, et si quæ alia ejusmodi. de quibus nos in Epist. Crit. p. 106. Sed hæc sunt paulo exquisitiora, et non nisi paucis perspecta.

V. 15. Οὐδεὶς δ' οὐ χύτρον εἶχ', οὐ κύνα.——————]
Quid piscatori cum *cane?* Revocanda lectio, quam tantum non agnoscunt libri veteres,

Οὐδεὶς δ' οὐ ΧΥΤΡΟΝ εἶχ' ΟΥΧ ΕΝΑ. ———

Nemo vero ne unam quidem ollam habuit. Theophrastus Charact. cap. x. Περὶ Μικρολογίας. Καὶ οἰκέτου ΧΥΤΡΟΝ ΕΝΑ ἢ λοπάδα κατάξαντος, εἰσπράξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων. Ita scribendus iste locus ex MSS. antiquissimis. *Si servus unam modo ollam aut patinam fregerit, de ejus demenso tantum detrahet, quanti erat quod fractum est.* Quod hominis μικρολόγου est. Huc facit Cn. Matius apud Aul. Gell. x. 25.

Aquarium URCEUM UNICUM *domi fregit.*

Vide quæ scripsimus, ad ii. 151.

V. 26. Ἀσφαλίων, μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος. οὐ γὰρ ὁ καιρὸς

Αὐτομάτως παρέοντα τὸν ἐὸν δρόμον.——————] Ad hunc locum commentatus est, ut alios bene multos taceam, Bernardus Martinus, *Var. Lect.* iii. 19. Sed frustra, et aliud agens vir doctissimus. Equidem legebam,

Ἀσφαλίων, μέμφῃ τί καλὸν θέρος; ————

Sed articulus τὸ neutiquam rejiciendus est. Quare vide an ita redintegrari possit.

Ἀσφαλίων, τί μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος; ————

Asphalio, cur accusas pulchram æstatem? Non est quod incuses æstatem; neque enim æstas, sed tute incusandus est. Quæ quidem lectio simplicitate sua se nobis commendat. Haud aliter locutus est Nonnus *Dionys.* lib. xxxix. p. 1018.

—— Τί με μέμφεαι, ἄτρομε Μορρεῦ;

Prima autem τοῦ Μέμφῃ, quod librariis fraudi fuit, nunc *brevis*, nunc *longa* est. de quo docte, ut solet, Cl. Salmasius *ad Herod. Attici Inscript.* p. 87. Sed *Liquidarum* natura a viris doctissimis parum hactenus perspecta fuit. Nos paucis exemplis allatis rem in apricum proferemus. Simonides in Epigrammate apud *Cephalam*, a Cl. Salmasio laudatus,

Ἄνθηκεν τόδ' ἄγαλμα Κορίνθιος, ὅσπερ ἐνίκα
Ἐν Δελφοῖς ποτε Νικολαΐδας.
Καὶ Παναθηναίοις στεφάνους λάβε πέντ' ἐπ' ἀέθλοις,
Ἑξήκοντ' ἀμφορέας ἐλαίου·

Ubi prima τοῦ Ἀμφορεῦς, ut prima τοῦ Μέμφῃ, ob versum necessario corripitur. Aristophanes *in Nub.* 130.

Λόγων ἀκριβῶν σκινδαλάμους μαθήσομαι.

Ubi non male Bentleius, σκινδαλάμους. Sed nihil opus. Pronuntiabatur scilicet, σκῖνδάλμους. quod notandum. Leonides *in Epigram. Anthol.* lib. vi. p. 547.

Εὐκάμπτους ἀγκιστρον, ἃ δέρατα δολιχόεντα.

Solon in *Elegiis.*

Αἶψα γὰρ ἂν φάτις ἥδε μετ' ἀνθρώποισι γένοιτο,
Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμιναφετῶν.

Sappho apud *Hephæst.* p. 23.

Θυρωρῷ πόδες ἑπτορόγυιοι.
Τὰ δὲ σάμβαλα πεμπέβοεια,
Πίσυγγοι δὲ δέκ' ἐξεπόνασαν.

Ad quem locum consulendus Cl. D'Orvill. *in Crit. Vann.* p. 436. Atque hinc nescio an vindicandus Euripides *in Medea.* 282. ad quem locum, tanquam ad scopulum, naufragium fecerunt viri doctissimi.

Δέδοικά σ'. οὐδὲν δεῖ περιαμπίσχειν λόγους.

Sed de hoc judicent eruditi. Quæ sequuntur apud Nostrum,

—————— ἀλλὰ τὸν ὕπνον

Ἁ φροντὶς κόπτοισα, μακρὰν τὰν νύκτα ποιεῖ τιν.

haud dissimiliter expressit Apollodorus Comicus *in Galatea*, apud Stobæum, p. 788.

Τοῖς γὰρ μεριμνῶσίν τι καὶ λυπουμένοις
Ἅπασα ΝΥΞ ἔοικε φαίνεσθαι ΜΑΚΡΑ.

Ita scribendus iste locus. Quod et recte observavit doctissimus Grotius. Notandus autem hic Apollodorus ἐν Γαλατείᾳ. Nam quod exhibet Stobæus ἐν Γαλάταις, proculdubio corruptum est. Cl. Grotius, ἐν Γαλακτι. Sed unice verum est ἐν Γαλατείᾳ. Quo titulo fabulas conscripserunt Alexis, Nicochares, Posidippus. de quibus Athenæus, Pollux, Photius, alii. In eodem etiam argumento versatus est Philoxenus, cujus *Galateam* laudat Scholiastes ad Aristophanis *Plutum*. laudat et Phanias apud Athenæum, lib. i. p. 6. cujus verba integriora leguntur apud Suidam. V. Φιλόξενος. Quod magnum Animadversorem fugisse miror. Huc accedit Schol. ad Theocritum, xi. 1. Καὶ Φιλόξενος ποιεῖ τὸν Κύκλωπα παραμυθούμενον ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ τῆς ΓΑΛΑΤΕΙΑΣ ἔρωτι, καὶ ἐντελλόμενον τοῖς δελφῖσιν ὅπως ἀγγείλωσιν αὐτῷ, (leg. αὐτῇ,) ὅπως ταῖς μούσαις τὸν ἔρωτα ἀκεῖται. Plena autem inscriptio hujus operis fuerat: ΦΙΛΟΞΕΝΟΥ ΚΥΚΛΩΨ ΚΑΙ ΓΑΛΑΤΕΙΑ. Hinc nunc ἐν Κύκλωπι, nunc ἐν Γαλατείᾳ laudatur Philoxenus. Quod nescio an ab aliis animadversum. Libenter autem Comici fabulas suas muliercularum nominibus insigniebant. de quo nos ad Suidam, V. Ἀνάγυρος. in quibus, ut de aliis nihil dicam, Philemonis *Neæra*, et Menandri GLYCERA. ex qua pulcherrimos versus nobis conservavit Priscianus.

ΓΛΥΚΕΡΑ, τί κλαίεις; ὀμνύω σοι τὸν Δία
Τὸν Ὀλύμπιον, καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, φιλτάτη,
Ὀμωμοκὼς καὶ πρότερον ἤδη πολλάκις.

Atque hinc corrigendus insignis locus Hesychii, qui jam in mendo cubat, et medicorum opem implorat. Ἀριστόδημος. Ἀριστόδημον οἱ κωμικοὶ τὸν πρωκτὸν, καὶ Θεόδωρον, καὶ Τιμησιάνακτα ἔλεγον ἀπὸ τῶν ἡταιρηκότων. Φορμισίους δὲ τὰ γυναικεῖα αἰδοῖα, καὶ Βασιλίδας, καὶ λαχάρας. Vox ultima manifesto depravata est. Scribendum absque controversia: Βασιλίδας καὶ ΓΛΥΚΕΡΑΣ. *Basilis* et *Glycera* sunt nomina *meretricum*. Hinc —— sed pudet dicere. Nihil verius hac emendatione, nihil SUAVIUS. *Basilidis* meretricis mentionem facit Anaxandrides apud Athenæum, lib. xv. p. 691.

Ἀλλ' οἷα νύμφη ΒΑΣΙΛΙΣ ὀνομασμένη
Μύροις Μεγαλλείοισι σῶμ' ἀλείφεται.

Ubi νύμφη ὀνομασμένη est *sponsa genere et opibus clara.* Interpres hic graviter hallucinatur. Diodorus Sicul. xi. 78. Δουκέτιος ὁ τῶν Σικελῶν βασιλεὺς ὢν, ΩΝΟΜΑΣΜΕΝΟΣ τὸ γένος. De *Phormisio* autem, cujus supra mentio, consulendus Suidas, et Scholiastes ad

ad Ariſtophanis *Eccleſiazuſas.* Φορμήσιον vocat Plato Comicus apud Athenæum, lib. vi. p. 229. et Philetærus apud Athenæum, lib. xiii. ubi mortis ejus ſuaviſſimæ meminit, verſibus ſane lepidiſſimis, quos hic ſubjiciam, ut emendatiores legantur. Nam Interpres hic nihil vidit.

> Παύσαιτ' γέρων ἂν τοὺς τρόπους· οὐκ οἶδ' ὅτι
> Ἥδιστόν ἐστιν ἀποθανεῖν βινοῦνθ' ἅμα,
> Ὥσπερ λέγουσιν ἀποθανεῖν ΦΟΡΜΗΣΙΟΝ.

V. 52. Ἥνυσ' ἰδὼν τὸν ἄεθλον. ————] Hæc fruſtra ſuſpecta ſunt viris doctiſſimis. Vox Ἰδὼν ſignificantiſſima eſt. Locus ita vertendus eſt: *Ut piſcem vidi, certamen illico confeci.* Quod ex ſequentibus patet. Haud diſſimiliter Auctor ii. Reg. xxiii. 29. Καὶ ἐθανάτωσεν αὐτὸν ἐν Μαγεδδὼ ἐν τῷ ΙΔΕΙΝ αὐτόν. *And he ſlew him in Megiddo, when he had ſeen him,* i. e. AS SOON AS HE HAD SEEN HIM. Qui locus inprimis notandus. Cæterum ſcribendum, ut Doriſmo ſuus honos habeatur, ΑΝΥΣ' ἰδὼν τὸν ἄεθλον. Quomodo non ſemel locutus eſt Theocritus. Poteris etiam vertere, *Certamen mihi viſus ſum confeciſſe.* Quo ſenſu verbum ἰδεῖν ab Artemidoro, ceteriſque Ὀνειροκριτικῶν Scriptoribus, uſurpatur. ſed illud, opinor, verius.

IDYLL. XXII.

Ver. 32. ——— Καὶ ὑπήνεμον ἀκτάν.] Interpres, *ventoſam maris oram.* Immo, *oram placidam et tranquillam. Under the wind.* Heſych. Ὑπηνέμιον ἄνεμον, ὑετόν, καὶ τὰ ὅμοια. Quæ corrupta ſunt, atque ita videntur reformanda: Ὑπήνεμοι, ὑπὸ τὸν ἄνεμον, ὑετόν, καὶ τὰ ὅμοια. Sophoclis in Antig. 418.

> Καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων ΥΠΗΝΕΜΟΙ.

Ubi Schol. Ὑπήνεμοι, ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ τὸν ἄνεμον. Ad hunc locum reſpexiſſe videtur Heſychius.

V. 69. Ἐγγὺς ὁρᾷς. οὐ γνώσῃ ἐὰν κεκλήσεθ' ὁ πύκτης.] Hæc eſt Henrici Stephani lectio. Ingenioſe Cl. Reiſkius ex libris antiquis,

> Ἐγγὺς ὁρᾷς οὐ σύ με; ΑΜΥΚΟΣ κεκλήσεθ' ὁ πύκτης.

Ita ſcribendus iſte locus. Sed vim τοῦ Καλεῖσθαι minus cepit vir doctiſſimus. Græca ita vertenda ſunt: *Nonne me coram vides? Amycus erit pugil.* Vide Cl. Caſaubon. ad Theocrit. cap. iii. ubi de *hoc verbo* agit. Vocula etiam σὺ ante *liquidam* non raro producitur. de quo nos ad Suid. V. Κασσαλών.

V. 75. ——— Κόχλον ἑλὼν μυκάσατο κοῖλον.] Reiſkius, *Inſonabat cavum quid.* Nihil minus. Κόχλος κοῖλος eſt *cava concha.* Reſpexit, ut videtur, Virgilius Æn. vi. 171.

> *Sed tum forte* CAVA *dum perſonat æquora*
> CONCHA
> *Demens, et cantu vocat in certamina Divos.*

Vocem Κόχλος uſurpat Noſter ſupra ix. 25.

> ——— Ὁ δ' ἐγκαναχήσατο κόχλῳ.

Ubi ridicule Scholiaſtes: Ὁ δὲ Μενάλκας τὸν κόχλον λαβών, ἐπὶ τούτῳ ἡδέως ἐγέλασεν.

V. 120. ——— Ἑτέρᾳ δ' ἐπιβαίνων
Δεξιτερῆς ἤνεικεν ἀπὸ λαγόνος πλατὺ γυῖον.] Græca depravata ineptam verſionem, ut par erat, pepererunt. Scribendum, ἑτέρῳ. Scil. ποδί. Eſt autem ἑτέρῳ ποδὶ ἐπιβαίνειν, *Siniſtro pede inniti.* Quod hominis *pugilis* eſt, et jam *ictum intentantis.* Τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προβαίνειν vocat Xenopho. de quo nos ad Suid. V. Καρδοῦχοι. Confer etiam Philoſt. Icon. xv. p. 887. Huc facit Lucianus Dial. Meret. p. 288. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτό με σφόδρα καὶ ὁ Φοιβίδας τὸ μίσηθρον ἐδίδαξατο, τηρήσασαν τὸ ἴχνος ἐπὰν ἀπολίπῃ, ἀμαυρώσασαν ΕΠΙΒΗΝΑΙ μὲν ΤΩι ΑΡΙΣΤΕΡΩι ἐκείνης τὸν ἐμὸν δεξιόν, τῷ δεξιῷ δὲ τὸν ἀριστερὸν ἔμπαλιν. Deinde Edit. princeps Aldina, ἀπὸ λαγόνος. Quod verum. Sed poſteriores *vim cæſuræ* minus perſpectam habuerunt. Hinc plurima loca in poetis Græcis corrupta, et in primis elegantiſſimum Callimachi Epigramma, quod integrum et emendatum adſcribam. Nam viri eruditiſſimi hic aliud agentes fruſtra fuerunt.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

> Οἶδ' ὅτι μοι πλούτου κενεαὶ χέρες, ἀλλὰ Μένιππε,
> Μὴ λέγε πρὸς χαρίτων τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοί.
> Ἀλγέω τὸ διὰ παντὸς ἔπος τόδε πικρὸν ἀκούων,
> Ναί, φίλε, τῶν παρὰ σοῦ τοῦτ' ἀνεραστότατον.

V. 149. Ὑμεῖς δ' οὐ κατὰ κόσμον ἐπ' ἀλλοτρίοις λεχέεσσι
Βαίνετε καὶ ἡμιόνοισι καὶ ἀλλοτρίοις κτεάτεσσιν
Ἄνδρα παρετρέψασθε, γάμον δ' ἐκλέψατε δώροις.] Vox ἀλλοτρίοις repetita aliis placet, aliis non placet. Scribendum videtur,

> ——— Καὶ ΑΜΕΤΕΡΟΙΣ κτεάτεσσιν.

Quod fortius, et ad rem magis. Ceterum ἀλλότρια λέχη ſunt *alienæ uxores. other mens wives.* quas permolere haud æquum eſſe dicit Horatius. Confer nos in Epiſt. Crit. p. 96. ubi Dioſcoridis Epigramma, quod neſcio quomodo, minus recte adminiſtratum eſt, ita tandem integritati ſuæ reſtituendum eſt. Sc. in v. 1. pro ἀντιπρόσωπος, lege ΑΝΤΙΠΡΟΣΩΠΟΝ. In v. 5. pro πάλιν στρέψας, lege ΠΕΡΙΣΤΡΕΨΑΣ.

IDYLL. XXIII.

Ver. 16. Λοίσθιον οὐκ ἤνεικε τὰ σύμφορα τᾶς Κυθερέας.] Locus depravatiſſimus. Editio princeps Aldina.

> ——— Τοσσαμφασότατος Κυθηρέας.

Scribendum ſine dubio,

> Λοίσθιον οὐκ ἤνεικε ΤΟΣΑΝ ΦΛΟΓΑ τᾶς Κυθερέας.

Quæ Cl. Eldikii elegans emendatio eſt: ut me per literas monuit amiciſſimus Ruhnkenius. Noſter, ii. 134.

> ——— Ἔρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίω
> Πολλάκις Ἀφαίστοιο σέλας ΦΛΟΓΕΡΩΤΕΡΟΝ αἴθει.

Ver. 32.

Ver. 23. ——— Ὅπῃ λόγος ἦμεν ἀτεκρπόν,
Ξυνὸν τοῖσιν ἐρῶσιν τὸ φάρμακον, ἔνθα τὸ λᾶθος.] Lego et distinguo,
——— ὅπῃ λόγος ἦμεν ἀτεκρπόν
ΞΥΝΑΝ, τοῖσι δ' ἐρῶσι τὸ φάρμακον ἔνθα τὸ λᾶθος.
Quo viam esse aiunt omnibus communem, et ubi amantibus medicina est oblivio. Qui sensus optimus. Via leti omnibus calcanda est. Hinc ξυνὰν ἀτεκρπὸν vocat poeta. Noster, vii. 35.
——— ΞΥΝΑ γὰρ ΟΔΟΣ, ξυνὰ δὲ καὶ ἀώς.
Bio *Idyll.* ix.
Ὄλβιος ὧν χαλεποῖσιν ἐν Ἀξένοισιν Ὀρέστης,
Οὕνεκα οἱ ΞΥΝΑΣ Πυλάδας ἄρητο ΚΕΛΕΥΘΟΥΣ.
V. 46. —— Τό σοι στίχοισι χαράξω.] Versus laborat. Nam στίχος primam corripit. Sed res nullo negotio restituenda est. Scribendum,
——— Τὸ τοῖσι στίχοισι χαράξω.
Et hoc verum.
V. 55. ——— Ἀλλ' ἐπὶ νεκρῷ
Εἵματα πάντ' ἐμίανεν ἐφοίνικα. ———] Locus illustris, sed quem nemo interpretum intellexit. Reiskius autem, vir doctissimus, hic egregie hallucinatus est. Vestes sanguine polluit iste juvenis, ut cædem quodammodo præ se ferens, et inimicum suum ultus. Opportune succurrit Esaias, lxiii. 3. Καὶ κατεπάτησα αὐτοὺς ἐν θυμῷ μου, καὶ κατέθλασα αὐτοὺς ἐν ὀργῇ μου, καὶ κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς γῆν, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΝΔΥΜΑΤΑ ΜΟΥ ΕΜΟΛΥΝΑ. Ubi nostri Interpretes, *I will tread them in mine anger, and trample them in my fury, and their blood shall be sprinkled upon my garments,* AND I WILL STAIN ALL MY RAIMENT. Qui locus in primis notandus: nam ad Theocritum intelligendum unice facit.

IDYLL. XXIV.

Ver. 18. ——— Ἀπ' ὀφθαλμῶν δὲ κακὸν πῦρ
Ἐρχομένοις λάμπεσκε. ———] Multus est in hoc loco corrigendo Cl. Piersonus. Sed vox Ἐρχομένοις haud temere repudianda est. Huc spectat Apollonius Rhod. iv. 1541.
Ὡς δὲ δράκων σκολιὴν εἰλιγμένος ΕΡΧΕΤΑΙ οἶμον,
——— ἐν δέ οἱ ΟΣΣΕ
Σπινθαρύγεσι ΠΥΡΟΣ ἐναλίγκια μαιμώοντι
ΛΑΜΠΕΤΑΙ. ———
Quæ ex Theocrito nostro adumbrata videntur.
V. 99. ——— Ἐλεφάντινον ἆχετο δίφρον
Τειρεσίας. ———] Notandus δίφρος ἐλεφάντινος. *Sella eburna. an ivory chair.* quæ Veteribus in pretio et honore scilicet. Meminit Polybius apud Athenæum, lib. v. p. 193. et Horatius in *Epistolis.* Hinc ἰπνὸς ἐλεφάντινος. *an ivory close-*STOOL. apud Aristophanem in *Pluto.* de quo nos ad Suid. V. ἸΠΝΟΣ. Nihil verius aut facetius. *Sellam familiaricam* vocat Varro de R. R. i. 13. ad quem locum consulendus Josephus Scaliger. Dum hoc agimus, restituendus Scholiastes ad Lucian. *Deor. Dial.* vi. qui corruptus manifesto est, et viros in hac arte primarios penitus elusit. Ἰξίων Λαπίθης τὸ γένος ὤν, ἠγάγετο Δίαν τὴν Οἰονέως. (leg. Δηϊονέως.) Τὸν δὲ πενθερὸν αὐτοῦ, ἐλθόντα ἐπὶ τὰ ἕδνα, συνεσκευάσατο. ὄρυγμα γὰρ ποιήσας, καὶ γεμίσας πυρὸς, ἔνθα αὐτὸν ἐνέβαλεν· ἐφ' ᾧ οἱ θεοὶ ἀγανακτήσαντες ἔμελλον αὐτὸν τιμωρεῖν. ὁ δὲ Ζεὺς μόνος ἠλέησεν αὐτὸν, καὶ λαβὼν ἰδίᾳ ἴθρῳ ἀφῆκε μεταδιδοὺς αὐτῷ τῆς ἀθανασίας. Vox ἴθρῳ nec Græca, nec Latina est. Scribendum sine controversia, καὶ λαβὼν ἰδίῳ ΔΙΦΡΩ. *Took him up into his Chariot.* Callimachus *Lavac. Pall.* 65.
Πολλάκις ἁ δαίμων μιν ΕΩ ἐπεβάσατο ΔΙΦΡΩ.
De *Ixione* autem atque ejus *raptu* abunde Scholiastes ad Pindar. *Pyth.* ii. p. 205. ubi recte Δίαν τὴν Δηϊονέως legitur. Quocum facit et Schol. ad Homer Il. Α. 268.
V. 125. ——— Λόχον τ' ἀναμετρήσασθαι
Δυσμενέων ἐπιόντα. ———] Hunc locum nemo interpretum intellexit. Nam quod reddunt, *Insidias disponere hostes aggredientem,* a Græcis toto cœlo aberrarunt. Λόχον ἀναμετρήσασθαι est *Agmen* sive *Aciem hostilem metiri. To measure the Enemy's ground.* Quod periti et prudentis imperatoris est. Sed de hoc viderint tactici. Recte autem λόχον ἐπιόντα. Onosander, Stratag. cap. xxviii. Δεινότεροι γὰρ οἱ ΕΠΙΟΝΤΕΣ φαίνονται ΛΟΧΟΙ τοῖς τῶν ὅπλων αἰθύγμασιν.

IDYLL. XXV.

V. 63. —— Χειροπληθῆ τε κορύνην.] Penultimam τῆς Κορύνη apud veteres semper brevem esse contendit Cl. Clarkius ad Homer. Il. Η. 141. Quocum et facere videtur Cl. Ernestus. Sed, quod viris doctissimis fraudi fuit, litera ν, pro Liquidarum natura, non raro geminatur. Hinc secunda τῆς Κορύνη nunc brevis nunc longa est. Euripides, in Supplic. 715.
Αὐτὸς δ' ὅπλισμα τοὐπιδαύριον λαβὼν
Δεινῆς ΚΟΡΥΝΗΣ. ———
Quem secutus est Nicander Alexiph. 409.
ΔΕΙΝΗΝ βεμβήεντος ἐναλδήσασα ΚΟΡΥΝΗΝ.
Eadem quoque ratio verbi Ἐλινύειν. De quo nos ad Suid. V. ΣΤΡΑΓΓΕΥΕΙ.
V. 267. ——— Μὴ σαρκὸς ἀποδρύψῃ ὀνύχεσσι.] Scribendum videtur,
——— Μὴ ΣΑΡΚΑΣ ἀποδρύψῃ ὀνύχεσσι.
Ne corpus unguibus laceraret. Apollon. Lex. MS. Ἀποδρύψῃ, καταξύσῃ. Hesych. Ἀμύξασθαι, τὸ ξέειν ΤΑΣ ΣΑΡΚΑΣ ΤΟΙΣ ΟΝΥΞΙ. Quod perinde est. Haud dissimiliter Silenus apud Suid. V. Σκερδύνιος γέλως. Τὰς σιαγόνας καὶ ΤΑΣ ΣΑΡΚΑΣ ΑΥΤΩΝ ΑΠΟΔΑΚΝΕΙΝ. Atque hac occasione corrigendus Hesychius, loco vexatissimo, et qui principes in his litteris viros elusit. Λιγδαριοχύται. οἱ ἐν ταῖς λίγδαις τὰς σάρκας ἔχοντες. Vox primaria corrupta est. Scribendum, ne literula mutata, ΛΙΓΔΕΑΡΟΧΥΤΑΙ. οἱ ἐν τοῖς λίγδοις τὰς σάρκας ἔχοντες. *Artifices qui succum et sanguinem suum in caminis exhauriunt.* Ἔαρ est *sanguis,*

est *sanguis*, sive *succus corporis*. Hesych. Ἔαρ, αἷμα. Εἰαροπότης, αἱμοπότης, ψυχοπότης. Rufinus in Epigrammate Anthol. lib. vii. p. 616.

Αὐτὴ πρόσθεν ἴω ἐαρπόχροος, ΕΙΑΡΟΜΑΣΘΟΣ.

Ubi Interpres, *vernantibus mamillis*. Immo, *tumidis et succi plenis*. *Papillas sororiantes* vocant Latini. Idem autem mendum apud Suid. V. Ἄξενος.

——— ἦχι κονίσραι

Ἄξεινοι λύθρῳ τε καὶ Ἄρει πιπλῆθωσι.

Ubi scribendum, καὶ ἔαρι. Quomodo recte legitur apud Suid. V. Ἔαρ. Confer et *Biblioth. Coislin.* p. 233. Ceterum de locutione ista, τὰς στέρνας ἔχειν ἐν τοῖς λίγδοις, quæ haud protrita est, vide quæ scripsimus ad Suid. V. Λάπτειν.

IDYLL. XXVI.

Ver. 7. Ἱερὰ δ' ἐκ κίστας πεποναμένα χερσὶν ἑλοῖσαι.] Notandus locus. nam hic sacra res agitur. Est autem Κίστη *vas mysticum*, in quo τὰ ἱερὰ recondebantur scilicet. Meminit Clemens Alexandrinus *in Protreptico*, et Catullus in *Nuptiis Pelei*.

Pars obscura cavis celebrabant orgia cistis.

Ad quem locum consulendi Interpretes. Quæ vero *cistas* ferebant, Κιστοφόροι dicebantur. de quibus viri eruditi, sed minus accurate, ad Suidam, Harpocrationem, et Demosthenem *in Orat. pro Corona*. Aliud est κιστοφορεῖν, aliud κιστοφορεῖν. hoc *virorum*, illud *mulierum* est. Quod et recte animadvertit vir exquisitæ doctrinæ Henricus Valesius. Hinc Æschines κιστοφόρος, non κιστοφόρος. de quo nos ad Suid. V. Στεῖπτος. Idem autem κίστη, κιστὶς, et κιστίς. Hesych. Κιστίς, κύρτος. Quem locum frustra sollicitarunt viri eruditi. Callimachus in Epigram. xlix.

Ἐστ' ἁμῖν χ' ἁ ΚΙΣΤΑΣ ἀφειδέα πρὸς τὸν ἔρωτα.

Ita scribendus iste versiculus. *Est et nobis remedium contra amorem*. Κιστὶς sive κίστη est φαρμακοπώλου ἀγγεῖον. *vas pharmacis recondendis adcommodum*. Quo sensu usurpat Theopompus Comicus apud Pollúc. x. 180.

Τὴν οἰκίαν γὰρ εὗρον εἰσελθὼν ὅλην

ΚΙΣΤΗΝ γεγονυῖαν φαρμακοπώλου Μεγαρικοῦ.

Hinc Simætha apud Nostrum in *Pharmaceutria*.

Τοῖά οἱ ΕΝ ΚΙΣΤᾼ κακὰ φάρμακα φαμὶ φυλάσσειν,

Ἀσσυρίω, δέσποινα, παρὰ ξείνοιο μαθοῖσα.

Atque hinc intelligendus Callimachus.

V. 23. ——— Καὶ Αὐτονόας ῥυθμὸς ὠυτός.] Editio Florentina, Αὐτονόα. Recte. Noster supra, xviii. 22.

——— Ἧς δρόμος ὠυτός.

Quod geminum est. Ceterum haud dissimiliter locutus est Dionysius, Perieg. 271.

ΩΥΤΟΣ δὲ Λιβύης (al. Λιβύη) ΡΥΣΜΟΣ πέλει. —

Ubi Schol. Ῥυσμὸς, ῥυθμός. Huc facit Pempelus Pythagoreus apud Stobæum, p. 680. Ὥστε αὐτῷ δέοντως τις χρῆται πατέρα, καὶ ματέρι, καὶ προπάτορι, καὶ ὅλως τοῖς ΟΜΟΙΟΡΥΣΜΟΙΣ, πάντων ποτὶ θεοφιλῆ μοῖραν ἀπάντων ἀγαλμάτων κυρεῶντι. Ubi notanda vox Ὁμοιόρυσμος. quam non agnoscunt Lexicographi. Cui opponitur Ἑτερόρυσμος. Hesych. ΕΤΕΡΟΡΥΣΜΑ, ἀνόμοια.

IDYLL. XXVII.

Ver. 49. Μᾶλα τὰ πρόπιρα τάδε χνοάοντα διδάξω.] Monuimus alibi legendum, χλοάοντα ΜΑΛΑΞΩ. Quod verum est. Vide alliterationem, μᾶλα μαλάξω. Quod amat Theocritus. Idem, xiv. 46.

——— οὐδὲ ΚΑΡΙΣΤΙ κίκαρμαι.

De quo nos supra. Idem in BACCHIS, 27.

Ἐξ ὄρεος ΠΕΝΘΗΜΑ καὶ οὐ ΠΕΝΘΗΑ φέροισαι.

Quin et Idyll. v. 128. Καὶ αἴγιλον αἶγες ἔδοντι. Quod pulcherrimum est. Sic solent optimi scriptores. Confer nos ad Suid. V. ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ.

V. 54. Φεῦ φεῦ, καὶ τὰν μίτραν ἀπέχισας. ———] Hoc ne Græcum quidem est. Henricus Stephanus, ἀπέχισας. quod melius. Sed vera lectio est ΑΠΕΣΧΑΣΑΣ. Est autem τὴν μίτραν ἀποχάσαι, *Zonam puellæ solvere*. Quod hominis prurientis, et tangere non tangenda festinantis est. Hesych. Ἀποχάσαι, διαρρῆξαι, διαλῦσαι. Idem: Ἀπέχας, ΑΠΕΣΧΑΣΑΣ.

V. 68. Χὴ μὲν ἀνεγρομένη δέσποινα μᾶλα νομεύειν.] Versus uno pede claudicat. Edit. Florentina, ἀνεγρομένη γε. quod verum. Ceterum quæ ad hunc locum scripsit Reiskius, *nova* sunt, et digna scilicet quæ posteris tradantur. "Poetæ tyrannidem in metrum "exercebant, neque metrum admodum callebant, "neque magnopere curabant, aut ulla ejus religione "tenebantur." Huic homini poetas Græcos edendos committas, si quid recte curatum velis.

Partem aliquam, venti, Divum referatis ad aures!

IDYLL. XXVIII.

Ver. 1. Γλαυκᾶς ὦ φιλέριθ' ἀλακάτα δῶρον Ἀθανάας,

Γυναιξὶ νόος οἰκωφελίεσσι τὰς ἐπήβολος.] Hæc sensu carent. Libri nonnulli, Γυναιξὶ πόνος. recte. Lego itaque et distinguo,

Γυναίξιν πόνος οἰκωφελίεσσιν, ΣΕΥ ΕΠΗΒΟΛΟΙΣ.

Γυναιξὶ σοῦ ἐπηβόλοις. *Mulieribus quæ tui compotes sunt, quæ te possident*. Homer. Odyss. B. 319.

——— Οὐ γὰρ νηὸς ΕΠΗΒΟΛΟΣ οὐδ' ἐρετάων

Γίνομαι. ———

I have neither ship nor men. Ceterum de voce Ἐπήβολος, vide, si te amas, Porphyr. in *Quæst. Homericis*. Confer etiam Cl. Wesseling. ad *Diodor*. i. 19. ubi de hac voce agit.

V. 15. Οὐ γὰρ ὡς ἀκιρὴς οὐδ' ἐς ἀεργῶν μὲ ἐθελλόμεθα.] Ed. Rom. et Flor. ἐθελλόμεθα. Ed. Commel. ἐθελλόμεθα. Quod verum et egregium. Idem ἐθελλόμεθα et ἐθελλόμην. ut βουλή et βολὰ sive βόλλα. de quo antiquissimo

quissimo scribendi more vir doctissimus ad Corinth. de Dialect. p. 82. Dicebatur autem βόλεσθ et βόλεσθαι. Hesych. Ἐβόλοντο, ἐβούλοντο, ἐβουλεύσαντο. Respexit lexicographus ad Homer. Odyss. Α. 234.

Νῦν δ' ἑτέρως ΕΒΟΛΟΝΤΟ θεοί, κακὰ μητιόωντες.

Ubi hodie male legitur, ἐβάλοντο. Atque ad hanc normam corrigendus Homerus Odyss. Π. 387.

Εἰ δ' ὑμῖν ὅδε μῦθος ἀφανδάνει, ἀλλὰ ΒΟΛΕΣΘΕ
Αὐτὸν τε ζώειν καὶ ἔχειν πατρώϊα πάντα.

Ita legendus iste locus ex libris MSS. Huc facit Monumentum antiquissimum Teiorum apud Cl. Chishul Antiq. Asiat. p. 98. Ὃς ἂν ἢ κιξαλλεύοι, ἢ κιξάλλας ὑποδέχοιτο, ἢ ληΐζοιτο, ἢ ληϊστὰς ὑποδέχοιτο, εἰδώς, ἐκ γῆς τῆς Τηΐης ἢ θαλάττης φέροντας, ἢ τὸ κακὸν ΒΟΛΕΥΟΙ περὶ Τηΐων τοῦ ξυνοῦ, εἰδώς, ἢ πρὸς Ἕλληνας, ἢ πρὸς βαρβάρους, ἀπόλλυσθαι καὶ αὐτὸν, καὶ γένος τὸ κείνου. Verbum autem βόλεσθαι deprehendisse videor apud Dium Pythagoreum, cujus fragmentum nobis conservavit Joan. Stobæus, p. 583. Τούτως ὦν εὐδαίμονας οἶδα ὡς ἦμμιν δοκοῦντι τοῖς πὰν ὥραν αὐτῶν ΒΟΛΛΟΜΕΝΟΙΣ ὁπωρίζεσθαι. Ita scribendus est iste locus, cujus structuram minus perspectam habuerunt viri eruditissimi. Vulgo nullo sensu legitur, βαλλομένοις.

V. 21. Οἰκήσεις καὶ Μίλατον ἐραστείναν μετ' Ἰώνων.] Versus laborat. Legendum ex Edit. Florentina, Μίλατον ΕΡΑΝΝΑΝ. Quod et Reiskius vidit. Homer. Η. Ι. 573.

——— Πιόντον πεδίον Καλυδῶνος ΕΡΑΝΝΗΣ.

IDYLL. XXIX.

Ver. 16. Καὶ μέλω σεῦ τὸ καλὸν τις ἰδὼν ῥέθος αἰνέσαι.] Ed. Florentina, Καὶ κεῖν. Repono,

Κἀκκεῖν σεῦ τὸ καλόν τις ἰδὼν ῥέθος αἰνέσῃ.

Noster, i. 61.

ΑΙΚΕΝ μοι τὺ φίλος τὸν ἐφίμερον ὕμνον ἀείσῃς.

Idem, vii. 55.

ΑΙΚΕΝ τὸν Λυκίδαν ὀπτεύμενον ἐξ Ἀφροδίτας
Ῥύσηται. ———

Est autem ῥέθος αἰνεῖν, *faciem laudare*. Quod et recte vidit Interpres. Hesych. Ῥέθος, πρόσωπον, παρειά. Vocem usurpat Noster, xxiii. 39.

——— καὶ ἀμφίθες ἐκ ΡΕΘΕΩΝ σῶν
Εἵματα. ———

Huc facit Schol. ad Hom. Il. Χ. 68. Ῥέθεα λέγεται τὰ τῶν σωμάτων μέλη, ἐπειδὴ καὶ ἕκαστος μέλος τὸ ζωτικὸν καὶ ψυχικὸν ἔστι. Ῥέθη δὲ τὰ ζῶντα μέλη, δι' ὧν ῥέζομέν τι. Αἰολεῖς δὲ ῥέθος, ΤΟ ΠΡΟΣΩΠΟΝ· καὶ Ῥεθομαλίδας, ΤΑΣ ΕΥΠΡΟΣΩΠΟΥΣ. Quæ nota elegans. Confer Etymolog. in V. et quæ nos scripsimus ad Suid. V. Ῥέθος.

V. 20. Φίλει δ'; ὥς κε ζώης, τὸν ὅμοιον ἔχειν αἰεί.] Ed. Florentina, ἄς κε ζώῃς. *Dum vivas*. Recte et eximie. Hesych. Ἄς, ἕως, μέχρις οὗ. Ad quem locum consulendus Cl. Kusterus. Consulendus et vir doctissimus ad Corinth, de Dialect, p. 81. ubi hanc voculam Epicharmo reddit. Locus autem Epicharmi, qui legitur apud Athenæum, vi. p. 236. ita scribendus est.

Ἐπεὶ δ' ἱκανὸν οἴκαδις κατεφθάρης,
Ἄσωτος εὕδω, καὶ τὰ μὲ πρέποντ' οὐ κῶ,
ΑΣ κά μ' ἄκρατος οἶνος ἀμφίπῃ φρένας.

Recte scripsimus, μέ ἀμφίπῃ φρένας. quod elegans inprimis est. Ita locutus est Homer. Il. Α. 362.

——— Τί δέ ΣΕ ΦΡΕΝΑΣ ἵκετο πένθος;

Nihil autem verius illo, ἱκανὸν οἴκαδις. Theocritus, xxii. 60.

——— ξενίων γε τυχὼν πάλιν ΟΙΚΑΔ' ΙΚΑΝΘΟΙΣ.

V. 31. Ταῦτα χρὴ νοέοντα τέλειν ποτιμώτερον.] Elegans locutio, τέλειν ποτιμώτερον. *mitiorem esse et suaviorem*. Metaphora a *vinis*, quæ quo *leniora*, eo *gratiora*, et *potui matura* esse solent. Philostratus, Icon. i. 20. Μὴ ἐπαινεῖ τὸ ὕδωρ. καὶ γὰρ εἰ ΠΟΤΙΜΟΝ καὶ γαληνὸν γίγνεται, ΠΟΤΙΜΩΤΕΡΩ ἐντεύξῃ ΤΩ ΟΛΥΜΠΙΩ. *Olympus* est nomen pueri. Ad Theocritum autem proculdubio respexit Philostratus.

EPIGR. I.

Ταὶ δὲ μελάμφυλλοι δάφναι τὶν Πύθιε Παιάν,
Δελφὶς ἐπεὶ πέτρα τοῦτό τοι ἀγλαΐσε.

Legendum,

ΔΕΛΦΙΔ' ἐπεὶ ΠΕΤΡΑΝ τοῦτό τοι ἀγλάϊσε.
Delphicam enim petram hæ tibi ornarunt.

Τοῦτο, τὸ δένδρον scilicet. Epigramma, nescio cujus, exquisitissimum tamen, in Anthol. lib. iii. p. 306.

Γαῖα φίλη, τὸ πρίονου Ἀμύντιχον ἔνθεο κόλποις
Πολλῶν μνησαμένη τῶν ἐπὶ σοὶ καμάτων.
Καὶ γὰρ ἀεὶ πρέμνον σοι ἀνεστήριξεν ἐλαίης,
Πολλάκι δὲ Βρομίῳ κλήμασι σ' ΗΓΛΑΙΣΕΝ.

EPIGR. III.

Εὕδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ, Δάφνι, σῶμα κεκμηκὸς
Ἀμπαύων, στάλικες δ' ἀρτιπαγεῖς ἀν' ὄρη.
Ἀγρεύει δέ τυ Πὰν, καὶ ὁ τὸν κροκόεντα Πρίηπος
Κισσὸν ἐφ' ἱμερτῷ κρατὶ καθαπτόμενος,
Ἄντρον ἔσω στείχοντες ὁμόρροθοι. ἀλλὰ τὺ φεῦγε,
Φεῦγε, μεθεὶς ὕπνου κῶμα, καταγρόμενος.

Ita scribendum istud Epigramma. In tertio pentametro vulgo legitur, κῶμα καταγρόμενον. Quod inepte defendit Reiskius. Nos, sensu jubente, reposuimus καταγρόμενος. Est autem καταγείρεσθαι *e somno teipsum excitare, idque ocyus et sine mora*. Verbum elegans et Lexicographis ignotum. Locus ita vertendus est: *Tu vero, somno remisso, surge demum, et fugam capesse.* Quod omnino verum. Notanda autem verba Εὕδεις — Ἀμπαύων — Καταγρόμενος. Haud dissimiliter Matthæus, xxvi. 45. Τότε ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς· ΚΑΘΕΥΔΕΤΕ τὸ λοιπὸν, καὶ ΑΝΑΠΑΥΕΣΘΕ —— ΕΓΕΙΡΕΣΘΕ, ἄγωμεν. ἰδοὺ,

ἰδὼ, ἤγγειλεν ὁ παρακολουθῶν μοι. De quo loco, qui longe vexatiſſimus eſt, nos aliquando fortaſſe in *Exercitationibus* noſtris *Sacris*. Sed hæc obiter. Quod vero legitur in noſtro Epigrammate,

——— ὁ τὸν κροκόεντα Πρίηπος
Κισσὸν ἐφ' ἱμερτῷ κρατὶ καθαπτόμενος.

Non intellexerunt Interpretes. Κισσὸν κροκόεντα eſt *hederam croceas baccas* five *corymbos ferentem*. Καρπὸν κροκόεντα vocat Theocritus, i. 31. Qui locum aliter accipiunt, falluntur. Confer Dioſcor. ii. 210. Atque hinc eleganter Niceratus in Epigrammate apud Athenæum, lib. ii. p. 39. quod, quia haud invenuſtum eſt, hic integrum, idque paulo emendatius quam vulgo legi ſolet, ſubjiciam.

Οἶνός τοι χαρίεντι πέλει μέγας ἵππος ἀοιδῷ,
Ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις.
Ταῦτ' ἔλεγεν, Διόνυσε, καὶ ἔπνεεν, οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ,
Κρατῖνος, ἀλλὰ παντὸς ὀδωδὼς πίθου.
Τοι γάρ τοι στεφάνων δόμος ἔβρυεν, εἶχε δὲ κιττῷ
Μέτωπον οἷα καὶ σὺ ΚΕΚΡΟΚΩΜΕΝΟΝ.

Ita legendum et diſtinguendum iſtud Epigramma, quod perperam ſollicitavit Cl. Caſaubonus. Huc accedit Andreas, medicus antiquiſſimus apud Athenæum, lib. xv. p. 675. Τούτῳ ἐν βοηθήματι πρὸς τοὺς πότους χρώμενοι, τοῖς περιαπτίσκεσι τὴν κεφαλὴν ἐνδεόμενοι. καὶ ἐπὶ ΤΟΝ ΚΙΣΣΙΝΟΝ ΣΤΕΦΑΝΟΝ ἦλθον αὐτόματόν τε καὶ πολὺν ὄντα, καὶ κατὰ πάντα τόπον φυόμενον, ἔχοντα καὶ πρόσοψιν οὐκ ἀτερπῆ, χλωροῖς πετάλοις καὶ ΚΟΡΥΜΒΟΙΣ ΣΚΙΑΖΟΝΤΑ ΤΟ ΜΕΤΩΠΟΝ. Ceterum quod dicit Niceratus in tertio hexametro,

Τοι γάρ τοι στεφάνων δόμος ἔβρυεν. ———

deſumptum videtur ex Theocrito. ii. 153.

Καί φατο οἱ στεφάνοισι τὰ δώματα τῆνα πυκάσδεν.

de quo nos ſupra.

E P I G R. IX.

Ἄνθρωπε ζωῆς περιφείδεο, μηδὲ παρ' ὥρην
Ναυτίλος ἴσθ', ὡς ἔστ' οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος.
Δειλαῖε Κλεόνικε, σὺ δ' εἰς λιπαρὴν Θάσον ἐλθεῖν
Ἠπείγευ, κοίλης ἔμπορος ἐκ Συρίης.
Ἔμπορος, ὦ Κλεόνικε· δύσιν δ' ὑπὸ Πλειάδος αὐτὴν
Ποντοπορῶν αὐτῇ Πλειάδι συγκατέδυς.

Epigramma hoc integrum edidit ex codice Palatino Cl. Grævius in Lectionibus Heſiodeis. Primum pentametrum, qui uno pede claudicabat, nos recte reſtituimus. Reliqua egregie mecum emendavit doctiſſimus Pierſonus in *Veriſimilibus*. Nam quod vulgo legitur, mendoſiſſimum eſt.

E P I G R. XI.

Βουθυνέος τὸ μνᾶμα· φυσιγνώμων ὁ σοφιστής.
Δεινὸς ἀπ' ὀφθαλμοῦ, καὶ τὸ νόημα μαθεῖν,
Εὖ μιν ἔθαψαν ἑταῖροι ἐπὶ ξείνης ξεῖνον ὄντα·
Χ' ὑμνοθέτης αὐτοῖς δαιμονίως φίλος ἦς.
Πάντων ὧν ἐπέοικε τύχεν τεθναὼς ὁ σοφιστής,
Καίπερ ἄοικος ἐὼν, οὐκ ἄρα κηδεμόνας.

Ita ſcribendum videtur iſtud Epigramma, quod elegans in primis eſt, ex doctiſſimorum virorum emendatione. Recte autem libri veteres, φίλος ἦς. Sic ſolent Dores. de quo nos ſupra ad x. 32. Locus ita vertendus: *Quin et ipſis poetis mire carus erat.* Deinde egregie Heinſius,

Καίπερ ΑΟΙΚΟΣ ἐών. ———

Sed vim τοῦ Ἄοικος minus cepiſſe videtur vir doctiſſimus. Cui nec domus nec familia, is ἄοικος dicebatur. Heſiod. *Oper*. 602.

Θῆτα ΑΟΙΚΟΝ ποιεῖσθαι καὶ ἄτεκνον ἔριθον
Δίζεσθαι κέλομαι. ———

Quare dicit poeta: *Sophiſtam illum, etſi non uxorem habebat, nec liberos, aut propinquos, habuiſſe tamen qui exequias ſuas curarent.* Græca ſuaviora et elegantiora ſunt. Ceterum ad Theocritum noſtrum reſpexiſſe videtur neſcio quis Epigram. Anthol. lib. iii. p. 337. quod, quia huc plurimum facit, adponam.

Μηδὲ καταχθονίοις μετὰ δαίμοσιν ἄμμορος ἔης
Ἡμετέρων δώρων, ΩΝ Σ' ΕΠΕΟΙΚΕ ΤΥΧΕΙΝ,
Ἀμμίας, οὕνεκα Νικόμαχος θυγάτηρ τε Διώνη
Τύμβον καὶ στήλην σοὶ ἐθέμεσθα χάριν.

E P I G R. XVII.

Ἅ τε φωνὰ Δώριος, χ' ὡνὴρ ὁ τὰν κωμῳδίαν
Εὑρὼν Ἐπίχαρμος.
Ὦ Βάκχε, χάλκεόν νιν ἀντ' ἀλαθινοῦ
Τὶν ὧδ' ἀνέθηκαν
Τοὶ Συρακόσαις ἐνίδρυνται Πελωρεῖς τᾷ πόλει,
Οἷ' ἀνδρὶ πολίται,
Σωρὸν γὰρ εἶχε χρημάτων, μεμναμένοι
Τελεῖν ἐπίχειρα.
Πολλὰ καὶ ποτὶ τὰν ζόαν τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα·
Μεγάλα χάρις αὐτῷ.

Ita legendum et diſtinguendum eſt, præeunte aliquantum Scaligero, iſtud Epigramma; quod elegantiſſimum ſane eſt, ſed cujus mentem nemo eruditorum perſpexit. Senſus eſt: EPICHARMI *ſtatuam æneam Baccho dedicarunt Pelorenſes, qui in urbe Syracuſis ſedes poſuerant; idque duabus de cauſis: Primum, quod cives pecunia ſua ſublevabat; deinde, quod adoleſcentibus in vita formanda præibat.* Quod utrumque de *Epicharmo* verum videtur. Οἱ ἐνίδρυνται Πελωρεῖς ſunt *Pelorenſes, qui in urbe Syracuſis ſedes fixerant*. SETTLED *themſelves in Syracuſe.* Iſta eſt vis verbi ἐνίδρυνται. quod omnes Interpretes feſellit. Noſter, xvii. 102.

Τοῖος ἀνὴρ πλατίεσσιν ΕΝΙΔΡΥΤΑΙ πεδίοισι,
Ξανθοκόμας Πτολεμαῖος. ———

Thucydides, viii. 77. Λογίζεσθαι δὲ, ὅτι αὐτοί τε πόλις εὐθὺς ἐστὲ, ὅποι ἂν καθίζοισθε, καὶ ἄλλη οὐδεμία ὑμᾶς τῶν ἐν Σικελίᾳ,

ἐν Σικελίᾳ, οὔτ' ἂν ἐπιόντας δέξαιτο ῥᾳδίως, οὐδ' ἂν ΙΔΡΥΘΕΝΤΑΣ πυ ἐξαναστήσειε. *Quinetiam illud cogitate, vos ipsos, ubicunque consederitis, ibi protinus vobis ipsis esse civitatem; et fore, ut nulla alia Siciliensis civitas, aut vestrum, si eam invadatis, impetum facile sustineat; aut,* SI SEDES ALICUBI FIXERITIS, *expellat.* Atque hinc vitam *exulem* atque *erraticam, an unsettled life,* κακὸν ἀίδρυτον vocat Cratinus. Hesychius: Ἀίδρυτον κακόν. Κρατῖνος Σεριφίοις·

Ἔχουσιν οἱ φεύγοντες ΑΙΔΡΥΤΟΝ ΚΑΚΟΝ.

Ita scribendus iste locus, qui viros doctissimos frustra exercuit. οἱ φεύγοντες sunt *exules,* qui *miseram et erraticam* vitam degunt. Atque hoc verum. Idem autem Συρακούσαις πόλις et πόλις Συρακουσῶν. Deinde σωρὸς χρημάτων est *acervus nummorum.* Interpretes aliter acceperunt: sed falluntur. Suidas: Σωρὸν χρημάτων ἀγγέλλεις. *Acervum nummorum nuntias.* Quæ referenda sunt ad Aristoph. *Plut.* 268.

Ὦ χρυσὸν ΑΓΓΕΙΛΑΣ ἐπῶν. πῶς φής; πάλιν φράσον μοι.

Δηλοῖς γὰρ αὐτὸν ΣΩΡΟΝ ἥκειν ΧΡΗΜΑΤΩΝ ἔχοντα.

Erat nimirum Epicharmus vir nobilis, et bene nummatus, et qui mercatores *Pelorenses* opibus suis juverat. Hinc statua ei pro mercede, et honoris ergo collocata. Hæc mens poetæ est. Quod miror neminem eorum, qui in Theocritum scripserunt, animadvertisse. Quæ sequuntur, per se satis manifesta sunt.

Epigr. XVIII.

Ἑξεῖ τὴν χάριν ἡ γυνὴ ἀντὶ τήνων
Ὧν τὸ κοῦρον ἔθρεψ'. ἔτι μὴν ἔτι χρησιμὴ καλεῖται.

Scribendum,

Ὧν τὸ κοῦρον ἔθρεψε. ΤΙ ΜΗΝ; ἔτι χρησιμὴ καλεῖται.

Suidas: Τί μήν; καταφάσιν δηλοῖ. ἀντὶ τοῦ, πῶς γὰρ οὔ; Διὰ τί γὰρ οὔ; Confer virum doctissimum ad *Corinth. de Dialect.* p. 109. ubi de his voculis agit. Nihil verius hac emendatione.

Epigr. XXI.

Εἰ δ' ἐστὶ χρηγυός τε καὶ παρὰ χρηστῶν,
Θαρσέων καθίζευ. ————

Huc spectat auctor ἀνώνυμος in *Antholog.* lib. iii. p. 354. cujus Epigramma, quod elegans in primis est, hic adponam. Est autem in *Praxitelem* nescio quem, ex *Andro* oriundum.

Τὴν ἱλαρὰν φωνὴν καὶ τίμιον, ὦ παριόντες,
ΤΩ ΧΡΗΣΤΩ χαίρειν εἴπατε Πραξιτέλει.
Ἦν δ' ἀνὴρ μουσῶν ἱκανῆ μέρος, ἠδὲ παρ' οἴνῳ
ΚΡΗΓΥΟΣ. ὦ χαίροις Ἄνδριε Πραξιτέλες.

Epigr. XXII.

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ' ἔγραψα,
Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρηκοσίων,
Υἱὸς Πραξαγόραο περικλειτῆς τε Φιλίνης·
Μοῦσαν δ' ὀθνείην οὔποτ' ἐφελκυσάμην.

Monuimus supra legendum, Φιλίννης. Quomodo recte exhibet Editio Florentina. Huc accedit Suidas: Θεόκριτος, ΧΙΟΣ. ———— Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Θεόκριτος, Πραξαγόρου καὶ ΦΙΛΙΝΝΗΣ. Quæ nostrum Epigramma respicere videntur.

Ceterum laudatur etiam noster Theocritus in BERENICE, poematio in honorem, ut videtur, sive potius ἀποθέωσιν *Berenices,* uxoris Ptolemæi *Soteris,* conscripto. ex quo luculentum sane fragmentum nobis conservavit Athenæus, lib. vii. p. 284. quod hic subjungam, ut aliquanto melius et integrius legatur. Nam viri clarissimi, qui in hanc arenam descenderunt, nihil viribus suis dignum præstiterunt. Θεόκριτος δὲ ὁ Συρακούσιος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Βερενίκῃ, τὸν λεῦκον ὀνομαζόμενον ἰχθὺν, ἱερὸν καλεῖ διὰ τούτων·

Κ' αἴ τις ἀνὴρ αἰτεῖτ' ΕΥΑΓΡΕΣΙΗΝ τε καὶ ὄλβον,
Ἐξ ἁλὸς ᾧ ΖΩΗ, τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα,
Σφάζων ἀκρόνυχος ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθὺν,
Ὃν λεῦκον καλέουσιν, ὃ γὰρ ΦΙΑΡΩΤΑΤΟΣ ἄλλων,
Καί κε λίνα στήσαιτο καὶ ἐξερύσαιτο θαλάσσης
Ἔμπλεα. ————

Si quis autem, qui ex mari victitat, et cui retia sunt pro aratro, felicem capturam et piscium copiam petit, is huic deæ prima nocte sacrum piscem immolet, quem Λεῦκον *appellant, est enim omnium piscium nitidissimus, et projectam in mare sagenam plenam extrahet.* Ita scribendus est iste locus, qui elegans in primis est, sed parum hactenus intellectus. Primum Καὶ pro καί εἰ. Quomodo Noster ἐν Παιδικοῖς.

Καὶ μὴ σεῦ τὸ καλόν τις ἰδὼν ῥέθος αἰνέσαι. –

Atque ita legendum, xiv. 50.

Καὶ μὴ ἀποστέρξαιμι. ————

Deinde legendum ζωή, non ζωά. Ἀνὴρ ᾧ ἐξ ἁλὸς ζωή, est *piscator, qui ex mari victum comparat.* Hesych. Ζωή, ἡ πρὸς τὸ ζῆν χορηγία. Quo sensu vocem non semel usurpat Homerus. Antipater in Epigram. Anthol. lib. iii. p. 371.

———— ὁ δ' ἐκ πόντοιο ματεύων
ΖΩΗΝ, ἐκ πόντου καὶ μόρον ἑλκυσάμην.

Noster supra, vii. 60. de *avibus marinis,*

———— Ὅσσαισί περ ἐξ ἁλὸς ἄγρα.

Quod tantundem est. De voce autem Εὐαγρεσίη, quæ elegantissima est, vide quæ nos ad Suid. V. Ἱερός. Inepte autem Reiskius, Ἀκρόνυχος, *summis unguibus.* Aliud est Ἀκρόνυχος, aliud Ἀκρώνυχος. Suidas: Ἀκρόνυξ. τὸ ἄκρον τῆς νυκτός. καὶ Ἀκρονυχία, ὁμοίως, διὰ τοῦ ο μικροῦ. Ἀκρώνυξ δὲ, καὶ Ἀκρωνυχία, τὸ ἄκρον τοῦ ὄνυχος, καὶ τοῦ ὄρους. διὰ τοῦ ω μεγάλου. Nicander *Ther.* 761.

Κνώδαλα φαλαίνῃ ἐναλίγκια, τὴν περὶ λύχνους
ΑΚΡΟΝΟΥΧΟΣ δειπνηστὶς ἀπήλκασε παμφάοντας.

Ubi

Ubi recte Schol. Ἀκρόνυχος δὲ, ἤγουν ἑσπερινός. Confer etiam Sophocl. *Aj.* 285. et Suid. V. Ἄκρας νυκτός. qui ex Schol. ad Sophocl. corrigendus et supplendus est. Quod Kusterum non animadvertisse miror. Denique, ut ad Theocritum revertar, in versu quarto vulgo legitur, ὁ γὰρ θ' ἱερώτατος ἄλλων. Quam lectionem agnoscit Eustathius ad Homerum. Perperam id quidem et nullo judicio. Sed sic solet Præsul doctissimus. Quod et alibi observavimus. Nos veram Theocriti manum absque controversia restituimus,

——— ὁ γὰρ ΦΙΑΡΩΤΑΤΟΣ ἄλλων.

Quod ex sensu loci manifestum est. Rationem enim reddit poeta, cur iste piscis Λεῦκος appellabatur. Hesychius: φιαρὸν, λαμπρὸν, καθαρόν. Nicander *Alexiph.* 91.

——— ΦΙΑΡΗΝ δὲ ποτὲ ἐπιπαίνυσα χηνῶν.

Ubi *florem* sive *spumam lactis* φιαρὴν χηνῶν vocat Nicander. Hinc Ἀποφιαρίζειν *florem lactis decerpere.* Quod verbum Scholiastæ debemus. Sed hæc obiter. Callimachus apud Etymologum Mag. V. Φιαρός.

——— ΦΙΑΡΗ τῆμος ἀνίσχει ἕως.

Theocritus, xi. 21. de *Galatea.*

——— ΦΙΑΡΩΤΕΡΑ ὄμφακος ὠμᾶς.

Ubi inepte Interpres, Scholiastam secutus, *Acerbior uva immatura.* Immo, *splendidior.* Quod et recte animadvertit Casaubonus. Ovid. *Metamorph.* xiii. 791. de *Galatea,*

Splendidior vitro. ———————

Quod perinde est. Confer nos ad Suid. V. Μιαρόν.

Atque hæc scripsimus ad Theocriti *Idyllia* et *Epigrammata.* Nam si Epigrammata excipias, reliqua omnia tum Theocriti, tum Moschi et Bionis, nescio quomodo uno nomine Εἰδύλλια nuncupantur. de qua voce alii aliter, ut solent, Interpretes. Etymologus Ἡδύλλια vocat. sed perperam. Auctor nescio quis Προλεγομένων ad Theocritum: Εἰδύλλιον λέγεται, ὅτι εἶδός ἐστιν, ὁποῖον ἐστι λόγος. ὑποκοριστικῶς δὲ ἔρηται Εἰδύλλιον. Ut Εἴδη Pindari, sic Εἰδύλλια Theocriti. Adscribam insignem locum Pempeli *Pythagorei* apud Stobæum, p. 681. ex quo vide an aliquid certi de hoc loco designari possit. Εἰ δέ τινα φάμα ἀμύντω (leg. ἀμύντορ) ὥτων ποτὶ κώφωσιν κρατῆσαι τοιῶνδε λόγων, ΕΙΔΥΛΛΕΤΑΙ ὡς καὶ δαίμοσιν ἐχθρὸς ποιεῖ καὶ ἀνθρώποις, τοῖς ποτὶ συνέσιος ἀκρύξασιν ἀπεραπόν. Ubi notandum verbum Εἰδύλλεσθαι, et lexicographis commendandum. Nam antiquum et notæ interioris est.

*** QUOD scripsi ad Idyll. xxii. 120. de Callimachi scilicet epigrammate, vellem penitus inducendum. Nulla in epigrammate Callimachi cæsura est. Legendum modo τι pro τι. Confer Cl. Pav. ad Quint. Calabr. viii. 144. a Cl. Dorvillio male reprehensum Vann. Crit. p. 331.

Quinimo si fas sit ut ADDENDIS accedant ADDENDA, subtexam hic nonnulla, suo loco prætermita, ad EPIGR. iv. viz.

——— Ἀλλὰ φάλητι

Παιδογόνῳ δυνατὸν Κύπριδος ἔργα πλέον.

Interpres hic ineptit. Sermo est de *Priapo*; qui etsi auribus carebat, membro tamen virili non carebat. Φάλης est, *ea pars viri qua viri sumus.* Vocem non semel usurpat Aristophanes. Sophron apud Schol. ad Aristoph. *Acharn.* 262.

Ὁ δ' αὖ ΦΑΛΗΣ κατακυπτάζει.

Quæ paulo obscæniora sunt. Sensus autem apertus est. et notandum verbum Καταχυπτάζειν. quod alibi, opinor, frustra quæsiveris. Hesychius: Φαληρίς, ὄρνις λιμναῖος. καὶ ΦΑΛΗΣ, τὸ δερμάτινον καὶ ξύλινον αἰδοῖον. Ita scribendus iste locus. Suidas: Φαληρίς, ὄρνις λιμναία. ἐσχημάτισται δὲ παρὰ τὸ φάλον. Scribe. παρὰ ΤΟΝ ΦΑΛΛΟΝ. Quomodo recte legitur apud Schol. ad Aristoph. *Av.* 566. ad quem locum uterque lexicographus respexit. Quod doctissimos editores fugisse video. Idem autem φάλης et φάλλος. Atque ita etiam alibi lusit Aristophanes. Hesychius: Ἐπὶ Φαλητι. τὸ Ἀλκιβιάδην φησὶν ὁ Ἀριστοφάνης ἐπὶ Φαλλῳ γεγονέναι. σκώπτων παρὰ ΤΟΝ ΦΑΛΗΤΑ. ἐπ' ἀκαιχυντίᾳ γὰρ ὁ ΦΑΛΗΣ. Idem: Λόμβαι. αἱ τῇ Ἀρτέμιδι θυσιῶν ἀρχουσαι, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν παιδείαν σκευῆς. οἱ γὰρ ΦΑΛΗΤΕΣ οὕτω καλοῦνται. Qui locus fœdissime corruptus est. Scribendum, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ΠΑΙΔΟΠΟΙΙΑΝ σκευῆς. *a virorum apparatu,* sive *generationis instrumentis.* Res ex sequentibus manifesta. Agathias in Epigram. Anthol. lib. vii. p. 605.

Τῶν ἀνθρώπων ἀπέχει, μὴ ΣΚΕΥΗΝ ὀλέσῃς.

de quo nos ad Suid. V. Ὦχρος. Σκεῦος vocat Antistius in Epigram. Anthol. lib. iv. p. 478. quod perinde est. Photius in Lex. MS. Σκεῦος, τὸ αἰδοῖον. Latini *Vasa,* et *bene Vasatos.* de quo Plautus in *Pœnulo,* et Lampridius in *Heliogabalo.* Atque hinc titulus comœdiæ Aristophanis ΤΡΙΦΑΛΗΣ. quæ vox dici videtur de eo, qui *æquo membrosior* est, sive, ut ille ait, *Pulchre pensilibus* PECULIATUS. Haud nescio quidem, Suidam vocem Τριφάλητα de *proprio viri nomine* accepisse. Sed hominem istum, qui mihi probe perspectus est, non moror. Dicitur autem Τριφάλης, ut Τρίγερων, Τρικόρυζος, quæ vox restituenda Alciphroni, i. 28. de quo nos in *Epist. Crit.* p. 143. Τρίπορνος, atque alia ejusdem formæ sexcenta. Hujusmodi hominem Τριόρχην vocat Polybius in Excerptis Valesii. Quod diligenter notabunt eruditi. Aristophanem autem ἐν Τριφάλητι, sive *in* BENE VASATO, laudant Pollux, Harpocratio, Hesychius, Photius in Lex. MS. alii. Confer Hesychium in V. Ἑρμῆς τρικέφαλος. et in V. Ἰλάων. Quæ ex eodem dramate petita sunt. Extat luculentum ejus fragmentum apud Athenæum, lib. xii. p. 525. quod hic emendatum adscribam. Nam Casaubonus, dum exinde sensum aliquem elicere studet, Senarium manifesto jugulavit. Καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι παρακωμῳδῶν πολλοὺς τῶν Ἰώνων,

Ἔπειθ' ὅσοι παρῆσαν ἐπίσημοι ξένοι
Ἐπηκολούθουν, κἠντιβόλουν προσκείμενοι,
Ὅπως ἄγοιεν τὸν παῖδα πωλήσεις εἰς Χίον,
Ἕτερος δ' ὅπως ἐς Κλαζομενὰς, ἕτερος δ' ὅπως
Εἰς Ἔφεσον, οἱ δ' ἐς Ἄβυδον. ἦν δὲ πάνθ' ὁδοῦ
Ἐκεῖνα. ———————

Addam porro, quod, a nobis prætermissum, suo loco restitutum velim. Theocrit. Idyll. v. 114.

——— οἱ τὰ Φιλώνδα

Σῦκα κατατρώγοντες, ἀποπτίλοι φορέοντες.

 Ubi

Ubi festive Scholiastes: Καὶ ὁ ἕτερος ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἀλληγορεῖ, ἐμφαίνων τοὺς περαίνοντας καὶ πορνεύοντας τὸν Κομάταν αὐτὸν ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΣΥΚΩΔΗ ΦΥΣΙΝ. Nimirum vox σῦκον in prætextatis est. Philippus in Epigrammate,

——— Τὰ μὲν κατέσθων
ΣΥΚΑ, δὸς εὐθύμου ΙΣΧΑΔΑ ΤΗΝ ΟΠΙΣΩ.

Hinc Συκόπρωκτος. quam vocem male sollicitavit doctissimus Hesychii editor. et Συκάζειν. cujus meminit Hesychius, et Strattis, Comicus, apud Athænæum, et Harpocrat. V. Λαγίσκα.

Καὶ τὴν Λαγίσκαν τὴν Ἰσοκράτους παλλακὴν
Ἰδεῖν με ΣΥΚΑΖΟΥΣΑΝ εὐναίαν ἔτι
Τόν τ' αὐλοτρύπην αὐτόν. ———

Quæ alii explicabunt. nam hæc paulo suaviora et delicatiora sunt. Confer viros doctissimos Mausaacum et Valesium ad locum. Notandum autem Λαγίσκαν εὐναῖαν. Nam Λαγίσκα est nomen *mulierculæ*. Est et Λαγίσκα *lepusculus*. Hinc jocus Comici. Hesychius: Εὐναῖος λαγώς. Σοφοκλῆς Δόλοψι. Locus Sophoclis extat apud Etymologum et Photium in Lex. MS.

——— ὥσπερ ΛΑΓΩΣ
ΕΥΝΑΙΟΣ ἔπη, δραπέτην στέγην ἔχων.

Ita legendus videtur iste locus. Confer Hesych. V. Δρομάλος. Ceterum restituendus hic obiter Hesychius: Φιλωνίδας, ὑποκοριστικῶς ἀντὶ τοῦ Φιλωνίδης. Vox primaria leviter corrupta est. Scribendum omnino: ΦΙΛΩΝΔΑΣ. Quod ex Theocrito nostro manifestum.

Dum hæc denique scribo, succurrit unus atque alter locus Scholiastæ, de quibus nos supra, si bene memini, quorum alterum explicandum, alterum emendandum curabo. Schol. ad iii. 54. Βρόχθος λέγεται τὸ ἐπίλακκον μέρος, τὸ μετὰ τὸν τράχηλον ποιὸν ἦχον ἀποτελοῦν. Ubi τὸ ἐπίλακκον μέρος est *pars supra stomachum*, quem hic non male λάκκον vocat. Nos Angli, *the* PIT *of the stomach*. Nam λάκκος omnium rerum receptaculum est. Hinc λακκόπρωκτος, et λακκοπρωκτία. Deinde Schol. ad vii. 151. Ἢ τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι λίθους, ὡς Δημήτριός φησι, τοὺς πεπλωκότας οὐκ οἶδ' ὅπῃ φιλότης. Legebam, οὐκ οἶδ' ὅπῃ φιλοπότης. Sed vereor ne hæc nova glossa sit. Quare vide an res ita restitui possit. ἢ τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι λίθους, ὡς Δημήτριός φησι. Τοὺς πεπλωκότας οὐκ οἶδ' ὅπῃ. ΦΙΛΗΤΑΣ. In *Glossis* sæpius laudatur Philetas.

Dabam S. Martini, Feb. XXVII. 1770.

Cum jam Theocritus noster in fine laboraret, Emendationes nonnullas et Conjecturas mecum benevole admodum per literas communicavit criticus eruditissimus SAMUELES MUSGRAVE, medicus Devoniensis. Quas hic opportune legis.

II, 151. Non putem recipiendum esse ἕνεκ', quod præbet pro αἰεὶ Mediceus. Græci hanc formulam elleiptice efferunt. Sic xiv, 18.

——— Ἐδόξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον
Ὤτινος ἤθελ' ἕκαστος ———

Ubi pariter ὤτινος est pro ὤτινος ἕνεκα. Nec aliter Plutarchus in BRUTO. Ἐπιχύσεις ἐποιοῦντο νίκης τε Βρούτου, καὶ Ῥωμαίων ἐλευθερίας. Ed. H. Steph. p. 1820. Phylarchus apud Athenæum, lib. vi. c. 17. κολακεύοντας αὐτὸν ἐν τοῖς συμποσίοις καὶ ἐπιχεομένους Δημητρίου μὲν μόνου βασιλέως. Quid proprie sit ἐπιχεῖσθαι ex his saltem locis non liquet. Plutarchus in DEMETRIO habet ἐπιχύσεις λαμβανόντων Δημητρίου, p. 1649. unde oritur conjectura ἐπιχεῖσθαι esse *merum adjicere haustui, quem quisque assumit*. Pro φεύγων, in proximo versiculo, legerim φεύζων *ejulans*, φεῦ, φεῦ, *ingeminans*. Extat vox in Æschyl. Agam. v. 1317. Ed. Glasg. ad quem locum videndus Stanleius.

III, 31. κοσκινομάντις. Philostrat. Vit. Apollon. Tyan. vi. c. 6. γρᾶες ἀνημμέναι κόσκινα, φοιτῶσιν ἐπὶ ποιμένας, ὁτὲ δὲ καὶ βουκόλους, ἰώμεναι τὰ νοσοῦντα τῶν θρεμμάτων μαντικῇ, ὡς φασίν.

VII, 6. ἐκ ποδὸς valet ποδὶ, plane ut ἐκ χειρὸς Soph. Ajac. v. 26. et ex τόξων Philoctet. v. 724. valent χειρὶ et τόξοις. Simile miraculum commemorat Lycophron, v. 245. ubi confer etiam Antimachi fragmentum in Scholiis citatum.

Ibid. 152. λᾶας. Legendum puto, νᾶας, *qui montes in naves jaculatus est*. Notum est, Polyphemum, Homero auctore, ad navim Ulyssis opprimendam, montis cacumen (κορυφὴν ὄρεος) in mare conjecisse. Orationis forma eadem est quæ v, 88. vi, 6.

XII, 13. εἴσπνηλος. Plut. in CLEOMENE, ἐραστοῦ γεγονότος, τοῦτο δὲ ἐμπνεῖσθαι Λακεδαιμόνιοι καλοῦσι. Ælian. Var. Hist. iii. c. 12. δέονται τῶν ἐραστῶν εἰσπνεῖν αὐτοῖς. Λακεδαιμονίων δὲ ἐστὶν αὕτη ἡ φωνή, ἐρᾷν δὲ εἶν λέγουσι.

XIII, 40. ἥμενῳ. Malim, ἠνεμόῳ, et sic Valckenarius V. Cl. alicubi, ni fallor, emendat.

XIV, 14. ἐν χώρῳ. Male Interpres *in loco*. Vertendum: *ruri, in agro*. Hesychius Χῶρος ——— ἀγρός. χωρίτης, ἀγρώτης, ἀγροικος.

Ibid. 38. μᾶλα. An legendum μάχλα, *lacrymæ impudicæ*?

XV, 8. παρερος, i. e. παρηορος. Hom. Il. ψ. 603. επει ου παρηορος, ουδ' αεσιφρων. Archilochus apud Stobæum νοε παρηορ&, p. 437. Ed. Grot.

XVIII, 29. Legendum ογμος *seges*, non ολμος *sulcus*. Nulla enim venustas agro ex sulcis, multa ex segete.

XXI, 18. τρυφερον. Lego τραφερον, ut v. 44. Exprimere videtur Homeri κυματα τροφεοντα.

Ibid. 37. Vox φαντι proverbium vel scomma populare indicare videtur. Confer xiv, 51. Sed id quo pertinere possit, nescio, nisi forte mos erat ενεχυρα, quæ Creditor ex Debitoris domo auferebat, (vid. Schol. ad Aristoph. Nub. v. 240.) in Prytaneum deferre. Tum enim facilis et hujus et præcedentis versus interpretatio. Dicet utique Piscator, lampadem sibi cum reliqua supellectile in Prytaneum migrasse; ibi enim, quod aiunt, prædam nunquam deficere.

Ibid. 40. δειπνιδιοις εν ωρα. Legendum forte δειπνευντες οπωρα, *cænantes fructus æstivos*. Æstate enim rem agi patet ex v. 26. et seq. Δειπνειν sequente Accusativo est in Apophthegmate Euripidis τ' αλλοτρια δειπνειν τον καλως ευδαιμονα. Sic et Horatius: *cænare times olus omne*. Mox sequitur τας γαστρος εφειδομεθ'. *parce ventri obtemperavimus:* sc. quia fructus æstivi admodum nocivi credebantur. Bion apud Stobæum Ecl. Phys. Tit. xi. ουκ εθελω φθινοπωρον, επει νοσον ωρια τικτει. Res confecta esset, si certo exemplo constaret οπωρα de fructibus æstivis dici.

Ibid. 51. Lego: χαρμ', ο φευγοντος, ετεινα, i. e. και αρμα, ο φευγοντος του ιχθυος, ετεινα τω χειρι. Deinde:

Κ' ηνυσ' ευδω τον αεθλον. ——————

ευδω *prospere, feliciter*.

XXIV, 105. επισκοπον οιστον. Dici videtur ut κωπης ανακτες Eurip. Cyclop. v. 86. ψευδων ανακτες. Androm. v. 447.

XXVI, 28. Locus mendosissimus et tantum non deploratus. Videndum tamen annon pro εμογησεν legi possit εμηχανησεν *machinatus est*, et pro ειη, ειλη (vel ιλη) *gregi, populo*.

Ibid. 31. Et hic ancipiti medicina utendum est. Quid si legamus:

Εκ Διος Αιγιοχω τιμαν εχει αιετος, ουχ ως
Ευσεβεων παιδεσσι τα λωια. ——————

Non sic honoratur a Jove Aquila, *ut* bona eveniunt Piorum Liberis: i. e. minus certum est honorari aquilam.

*** ATQUE hactenus Cl. MUSGRAVIUS. Cum vero paulo plusquam pagella restaret, non poteram quin occasionem, extremam illam quidem, arriperem, vel emendandi vel illustrandi quæ jam protuli in Notis ad Idyll. xxiv. 105.

—————— Επισκοπον ειναι οιστων.

Eleganter Heinsius, ut dixi, suoque more.

—————— Επι σκοπον ειναι οιστον.

Atqui, modo reponas cum Heinsio ειναι et οιστον, nulla literularum mutatione profligandus est sensus Vocis επισκοπον, *supervisorem* nempe, qui hodie circumfertur. Etenim sumi possit επισκοπον adjective, ut conveniat cum οιστον. Scilicet επισκοπος οιστος est *Sagitta certa quæ nunquam aberrat a Scopo*. Qualem *mittere* docebatur puer Hercules. Habet επισκοπον βελεμνον Greg. Nazianzenus, quod perinde est, De Virtut. Human. tom. ii. p. 137. B. edit. Paris. 1611.

Αιει μεν το ΒΕΛΕΜΝΟΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ εν χερσι κεισθω.
Semper in manibus tuis sit Sagitta SCOPUM FERIENS.

Metaphorice Oppianus ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ηχον, *Sonum qui* PERVENIT *ad aures*, Cyneg. lib. i. v. 42. Sic et Preces quæ exaudiuntur ΕΠΙΣΚΟΠΟΙ dicuntur, Æsch. Choeph. v. 118. ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ μελος habetur apud Sophoclem, Aj. v. 996. Parum hæc viderunt lexicographi. Confer Arnald. Lect. Gr. ii. §. 8. p. 183. Apud Achillem Tatium legitur, Επι σκοπω τοξον βαλλειν. Clit. Leucip. L. ii. p. 127. edit. Lugd. 1640. Ubi vult επισκοπα τοξοβολειν Salmasius, Not. p. 578. Dicit enim, minus Græcam esse orationem επι σκοπω βαλλειν. Quod ad τοξοβολειν attinet, viro doctissimo ita emendanti facile adsentior. Veruntamen Atticissimis politissimisque scriptoribus familiaris est phrasis, etiam Xenophonti, επι τον σκοπον βαλλειν, *Scopum attingere*. Quod probat H. Stephanus, Thesaur. Gr. iii. p. 830. V. ΣΚΟΠΟΣ. Interea non repugno quo minus επισκοπα, sensu Salmasiano, sit ex lepore et proprietate Græci sermonis. Ut patet ex Suida et Hesychio.

Eadem et utor opportunitate corrigendi quæ dixi in Notis ad Idyll. xvi. 63.

Και φιλοκερδειη βεβλαμμενον ανδρα παρελθειν.

Nihil opus emendatione, quod ad V. Παρελθειν attinet. Potes interpretari *vincere*. *Persuadendo* nimirum; quod uno verbo, *flectere*, Latinus interpres exprimit. Vide Glossas Laurentianas. Hesych. Albert. V. ΠΑΡΕΡΧΕΤΑΙ, cum affinibus. Steph. Thesaur. Gr. tom. i. 1271. Valesium ad Harpocrat. p. 62. edit. Lugd. Bat. Anacreon de BATHYLLO puero, Carm. xxix. 28.

Τον δ' Αδωνιδος ΠΑΡΕΛΘΩΝ
Ελεφαντινος τραχηλ&.

Quemadmodum rite legi constituique debet iste locus. "*Cervix autem eburnea, illam Adonidis* CANDORE " SUPERANS." Vide tamen Colomes. Op. p. 384. edit. 1709. et Pav. Anacr. p. 122. Græci dicunt

παραδραμειν,

παραδραμειν, cursu vincere. Metaphora est itaque Παρελθειν, a cursoribus qui antegressos praetereunt, et post se relinquunt. Optime quod volumus illustrat Quintilianus, Instit. Orat. l. xii. c. 11. p. 644. edit. Gibs. "Verum ut TRANSEUNDI spes non sit, magna tamen est dignitas *subsequendi*." Atqui fatendum est paulo peculiarius, sensuque aliquantulum detorto, si totum contextum perpendas, V. Παρελθειν, sc *Vincere*, hoc loco usurpari. Id quod nos olim impulit ad aliam lectionem confugere. Quid ergo si novum ejus sensum, huic etiam loco magis accommodum, quaeramus? Nimirum quod Anglice dicimus, *to come upon unawares, to surprise, to catch*. Circumspecti enim ut maxime, cautique sunt, homines avari lucroque dediti. Homerus, Iliad. α. v. 132.

——————— Επει ου ΠΑΡΕΛΕΥΣΕΑΙ, ουδε με πεισεις.

Ubi Latinus interpres, cum Didymo quidam, "*Quoniam non* praeteribis, *neque mihi persuadebis*." Sed fortius aliquod poscit contextus, nec V. Παρελευσεαι recusat. Hesychius, ΠΑΡΕΛΕΥΣΕΑΙ. παραδραμεις. και ΠΑΡΑΛΟΓΙΣΗ. Accommodatissime tamen ad rem nostram H. Stephanus, hunc Homeri versiculum obiter enarrans, Thesaur. Gr. tom. i. p. 1271. "Sunt quidem qui itidem exponant *Superabis*: sed alii malunt *De-*" *cipies*. Ego vero existimo perinde esse ac si diceret, *Non me antevertes astutia, Non obrepes mihi incauto*." Ita et usurpatur, et clarissime quoad hunc sensum e contextu explicatur eadem vox, Odyss. ν. 291.

Κερδαλεος κ' ειη και επικλοπος, ος σε ΠΑΡΕΛΘΟΙ
Εν παντεσσι δολοισι. ——————————

He must be a cunning and deceitfull fellow indeed, who could overreach *you in all your Tricks*. Ubi frigide scholiastes, nec satis ad mentem poetae, ΠΑΡΕΛΘΟΙ. νικησει. μεταφορικως. Redintegrandus et hinc, et explicandus, Achilles Tatius, L. vi. p. 363. edit. ut supr. Επαγει γαρ μοι τον Θερσανδρον ευθυς ΚΑΙ ΠΑΡΕΛΘΟΝΤΑ. *Immisit mihi Thersandum repente* ET INOPINANTI MIHI SUPERVENIENTEM. Ubi mire fluctuat Salmasius, quippe qui vim voculae idiomaticam de qua agimus, parum conceperit. Not. p. 663. Recte vero vidit vir doctissimus V. Παρελθειν Thucydidi poni de re quae cito fit. Ευθυς autem et Παρελθοντα hic sese invicem illustrant.

Porro, cum jam sumus in via, venustissime noster in ΠΑΙΔΙΚΟΙΣ, sive Idyll. xxix. 24.

Κημι μαλθακω εξεποιησαι ΣΙΔΑΡΕΟΥ.

Quam locutionem Graecis scriptoribus in re amatoria solennem fuisse crediderim; et de duris et difficilibus, quasi τεχνικως, ut plurimum frequentatam. Quomodo Plutarchus de Philota, Antigonam captivam formosissimam depereunte. Και δη ο ΣΙΔΑΡΕΟΣ εκ τινος παπαινομενος, ουκ εκρατει των λογισμων εν ηδοναις. *Hujus amore vecors Philotas, vir aliaqui* ferreus, *ita tum mollis fractusque fuit, ut prae voluptate mente excideret*. De Fortun. Alexandr. L. ii. p. 95. B. edit. Steph. post Arrian. Paris. 1575. Ita et inquit Calypso, Ulyssem ocyus abiturum duritiei in amoribus arguens. Ουδε μοι αυτη θυμος ενι στηθεσσι ΣΙΔΗΡΕΟΣ. *Non enim mihi, ut tibi, animus* ferreus, sc. *in amore difficilis*. Odyss. ε. 191. Hinc ad Latinos, eodem sensu, profluxit. Tibullus, poeseos Romanae cultissimus artifex, i. 1. 67.

FERREUS ille fuat, qui, te cum possit habere,
Maluerit praedas stultus et arma sequi.

Ubi et plura suppetunt.

Denique ad Epigramma ineditum, quod affert Cl. Toupius noster, ADDEND. p. 392. [Idyll. v. 41.] adscribitur, in margine, εοικτεων pro εολειτων. v. 4. Scilicet in apographo Codicis Parisiani, MSS. Sanctamand. Bibl. Bodl. Quod Theocritum magis adhuc exprimit. Quem nempe respexisse, vult Toupius, epigrammatis auctorem. Confer Idyll. i. 87.

Unum amplius addam. Scilicet ad locum vexatissimum, Idyll. xv. 20.

Επτα δραχμων κυνιδας, γραιαν αποτιλματα πηρων,
Πεντε ποκως ελαβ' εχθες. ——————

Impedita haec et *appositionibus* longiusculis implicita, parumque plana et facilia. Audacter corrigo,

Επτα δραχμων κυνιδας, γραιαν αποτιλματα πηρων,
ΑΝΤΙ ΠΟΚΩΝ, ελαβ' εχθες. ——————

Nequid hic dicam de V. πηρων. *Maritus meus, gnavus ille quidem paterfamilias, heri emebat decem drachmis pilas quasdam caninas* PRO VELLERIBUS OVINIS. Ποκος est proprie *Vellus ovinum*. Hesychius, ΠΟΚΟΣ. το εριον προβατου. Stultitiae projectissimae arguit maritum suum Gorgo, qui pro BONIS OVINIS velleribus emerit tantum *pilas caudae caninae vilissimas*. Ita liberatur contextus, vox Κυνιδας ex *antithesi* significantior fit, et orationi muliercula maritum suum deridentis novus accedit aculeus.

F I N I S.

JOANNIS TOUPII
INDEX
AD ADDENDA SUA.

M.

N.

O

P.

R.

S.

T.

Φ.

Z.

C O R R I G E N D A.

Vol. I. ANIMADVERS. IN SCHOL. ii. 12. Hesychii locus ita scribendus est: Δαὶ δή. Τί δαί; τί δή;

ANIMADVERS. IN SCHOL. iii. 29. τὰς δὲ μεθυσὰς. Scribe μεθυστάς.

ANIMADVERS. IN SCHOL. iii. 54. Hæc nota litura emendanda est. nam spuria et inepta est. Vide nos in *Indic.* v. Ἐπίλακκον.

Vol. II. EPIST. AD CL. WARTON. p. 334. In Epigrammate ERINNÆ ita legitur,

Εὐπαλάμων χειρῶν τάδε γράμματα ————

Quæ magni Scaligeri emendatio. Sed vide annon vulgata lectio aliquo modò defendi possit.

Ἐξ ἁπαλᾶν χειρῶν τάδε γράμματα ————

Quæ phrasis technica fuerit. *a tender hand.* Nam τὸ ἁπαλὸν in pictura laudatur. Scriptor Pythagoreus apud Stobæum *de Virtute.* Δεῖ ὦν τὸ πάθος οὕτω περεμφαίνεσθαι ἐν τᾷ ἀρετᾷ, ὥσπερ καὶ τὰν σκιὰν καὶ τὰν γραμμὰν ἐπὶ τᾶς γραφᾶς. Τὸ γὰρ ἔμψυχον, καὶ ΤΟ ΑΠΑΛΟΝ, καὶ τὸ μεμιμημένον τὰν ἀλάθειαν σὺν τᾷ χρηστότατι τῶν χρωμάτων, μάλιστα γίνεται διὰ τούτων. Qui locus insignis est.

EPIST. AD CL. WARTON. pag. 340. ΔΙΑΠΕΠΟΝΕΥΜΕΝΩΝ. Scribe, ΔΙΑΠΕΠΟΝΗΜΕΝΩΝ.

ADDEND. ii. 151. Quæ ad calcem hujus notæ leguntur, *Jam vero quod,* &c. nullum locum hic habent, et proinde inducenda sunt.

ADDEND. v. 144. *Nempe prima syllaba nunc brevis, nunc longa est.* Scribe, *prima syllaba* τοῦ ἄμενον.

ADDEND. viii. 57. Euripidis locus ita scribendus est:

Ἡ δ' ΥΓΡΟΒΟΛΟΣ σταγόνας νοτίους
Παραδεξαμένη ————

Typographus autem de ponte dejiciendus, qui versiculum innocentem flagitiossime violavit.

ADDEND. x. 32. *Edit. Florentina,* Ἄιθε μοι ἦν. Scribe, Ἄιθε μοι ἦς.

ADDEND. x. 32.

Μνασάλκειος τὸ σᾶμα τῷ Πλαταίδα.

Scribe, τῶ Πλαταίδα.

ADDEND. xiv. 37. ἐγὼ παίζων γε πρὸς αὐτὸν. Scribe, παίζων δέ.

ADDEND. xvi. 9. *Editio Aldina,* ὅτ' ἀλιθίην ὁδὸν ἤνθον. Scribe, ὅτ' ἀλητείην ἤνθον.

ADDEND. xvii. 122. Scribe,

Οὐ γραπτὸν ἀλλ' ἔμψυχον ἐξεμάξατο.

ADDEND. xx. 31. Pro τὰ δ' ἀστικὰ μ' οὐκ ἐφίλασεν, Repone,

Καὶ πᾶσαί με φιλεῦντ', ἁ δ' ἀστικὰ οὔ μ' ἐφίλασεν.

Ἁ δ' ἀστικά. *Hæc ex urbe puella.* Nihil verius hac emendatione.

ADDEND. xxi. 15. Scribe, *syllaba autem postrema* τοῦ χυτρὸν *ob cæsuram producitur.* Vide quæ scripsimus ad ii. 151.

ADDEND. xxii. 120. Callimachi Epigramma, quod, vel nostro, vel operarum vitio, male curatum est, ita tandem integritati suæ restituendum est:

K A Λ Λ I M A X O Y.

Οἶδ' ὅτι μοι πλούτου κενεαὶ χέρες, ἀλλὰ Μένιππε,
Μὴ λέγε πρὸς Χαρίτων τ' ἐμὸν ὄνειρον ἐμοί.
Ἀλγέω ΤΕ διὰ παντὸς ἔπος τόδε πικρὸν ἀκούων.
Ναί, φίλε, τῶν ἀπὸ σοῦ τοῦτ' ἀνεραστότατον.

Sensus est: *Me pauperculum esse* ET SCIO ET DOLEO. *Quare non est ut quisquam, nedum amicus, somnia mea,* i. e. *rem notissimam et gravissimam, mihi narret.* Hæc mens poetæ est. Notandum autem illud πρὸς Χαρίτων. *Don't be so ungenteel as to tell me of it.* Quod inprimis venustum est. Vocula autem τὲ, ut Latinorum *que,* verbo præcedenti adjungi debuit. de quo vir doctissimus ad Q. Calab. viii. 144. a Cl. Dorvillio male sugillatus *Vann. Crit.* p. 331.

ADDEND. xxv. 267. Σαρκὸς ἀποδρύψῃ. Cod. MS. *Benedict.* Σαρκὸς ὑποδρύψῃ. Non male.

CORRIGENDA.

Vol. II. ADDEND. EPIGR. xi. σὺν ἐθέμεσθα χάριν. Scribe, σὴν. CETERA leviora per ſe lector eruditus expediet.

UNUM ADDAM, poſtcænii loco. Theocrit. v. 42.

——————— αἱ δὲ χίμαιραι
Αἶδε καταβληχῶντο, καὶ ὁ τράγος αὐτὰς ἐτρύπη.

Verbum τρυπᾶν, ut Latinorum *perforare*, in obſcœnis eſt. Hinc STRATTIS, *Comicus*, cujus ſupra meminimus, de *Iſocrate*,

Τόν τ' αὐλοτρύπην αὐτὸν ———————

Ubi notanda ἀμφιβολία. Nam Iſocrates tum *tibiarum*, tum *mulierculαrum* perforator. de quo Plutarchus *in Iſocrate*. Quin et hinc PAN, ruſticum illud numen, et deorum ſalaciſſimus, haud inepte τρύπανον αἰπολικὸν dicebatur. Schol. Theocrit. vii, 103. Ἐπικαλεῖται τὸν Πᾶνα, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τοιοῦτός ἐστι. Καὶ Καλλίμαχος·

Πὰν Ὁμαλῆτην τρύπανον αἰπολικόν.

Callimachi verſiculus ita ſcribendus eſt:

Πὰν Ὁ ΜΑΛΕΙΗΤΗΣ ———————

Vel, quod verius fortaſſe,

Πᾶνα ΜΑΛΕΙΗΤΗΝ τρύπανον αἰπολικόν.

Confer Stephanum Byzant. v. ΑΙΓΙΝΑΙ. qui hinc facile reſtituendus eſt. Adde viros doctiſſimos ad Callimachi *Fragm*. 422. de hoc loco diſputantes, ſed, quod pueri ſolent, in tenebris micantes. Atque hæc hactenus.

Dabam S. MARTINI, April. x. 1770.